



CONSILIA

D. O. M.

FRANCISCI DE PETRIS.

Dissipantur cogitationes vbi non est Consilium,

Prouerb. 15.

FRANCISCI DE PETRIS

Iuriſconſ. Neap.

RESPONSORVM SIVE CONSILIORVM

LIBER VNICVS.

In quibus non tam Inſigniores, Abſtruſiores, & hactenus non perpenſæ Iuris Quæſtiones pertractantur, quàm Peregrinæ, Grauiſſimæq; Supremorum Tribunalium Inclytæ Vrbis Neapolis

DECISIONES SVBNECTVNTVR:

Opus Ingenioſis LL. Cultoribus acceptiſsimum, Iuſdicentibus, Cauſſarumq; Patronis perquàm vtile, atq; adeò neceſſarium.

ACCESSIT INDEX LOCVPLETISSIMVS.





NEAPOLI, Typis Franciſci Sauij Typographi Cur. Archiep. M.DC.XXXVII.

Expenſis Dominici Vecchi Bibliopolæ ſub Signo Sanctiſs. Nominis IESV.

SANCTISS. AC BEATISS. D. N.

VRBANO VIII.

PONT. OPT. MAX.



FRANCISCVS DE PETRIS I. C.



X MVLTIPLICI SOPHIA, VTPOTE EX LATIAE POESEOS NVMERIS, EX ORATORIAE LECTTHO, EX HISTORIARVM MONVMENTIS, EX ACADEMICIS DECLAMATIONIBVS, EX VNIVERSA, OMNIGENAQVE ERVDITIONE, EX GEMINI DENIQVE IVRIS, SCHOLASTICI, ET FORENSIS DISCIPLINA, IN QVIBVS HACTENVS SVM VERSATVS; DIGNIOREM SANÈ, CELSIOREMQVE FORENSIS, PALATINIQVE IVRIS PARTEM, NIMIRVM RESPONSORVM OPVS CVM LECTISSIMIS, GRAVISSIMISQVE NEAPOLITANI SENATVS TOTO ORBE CELEBERRIMI SENTENTIIS ME PATROCINANTE PROLATIS TIBI CHRISTIANI ORBIS, CATHOLICAEQVE ECCLESIAE MONARCHAE, SOPHORVM PRINCIPI, PRINCIPVM PATRI, AEQVI, RECTIQVE CVSTODI, LEGVM ARBITRO LVBENS CONSECRO, ET TANQVAM STVDIORVM MEORVM DECVMAM SOLVO.

NEAP. XII. KAL. AVG. CIↃ.IↃ.C.XXXVII.

a 3 VR-




VRBANO VIII.
PONT. MAX.

SI PRINCEPS ORBIS CVR NOMEN SVMIS AB VRBE
VRBIS AN À SOLIO, SEDE VEL IMPERII?
AN QVONIAM MITIS, QVO NIL VRBANIVS VNQVAM?
TO PIVS IMPERITANS VRBIS, ET ORBIS AMOR.

EMI-

EMINENTISSIMO,
AC REVERENDISS. PRINCIPI
D. D. FRANCISCO MARIAE
S. R. E. CARDINALI
BRANCACIO, ETC.



FRANCISCVS DE PETRIS I. C.



Esponsorum meorum Opus, ceu studiorum Decumam Sanctissimo, ac Beatissimo D. N. VRBANO VIII. Pont. Opt. Max. sacraturus, verebar sanè tanti Nominis, tanti Numinis maiestatem, nimirum ad summi luminis iubar caligant oculi. Quare te Princeps Eminentissime tanti Solis collaterale Sidus, & in societatem moderandi Christiani Orbis adscitum mihi Auspicem implorare decreui, sidus inquam pio, felicique influxu, summo, faustoque in Remp. splendore prępollens. Quis enim in te, Gentilibusq; tuis contestatam longo æuo, pietatis, ac splendoris gloriam non colat, & recolat? Quos inter Cęsar ille Brancacius in primis enitet. Is ad Gall. vbi rem Christianam agebat pro tutanda Orthodoxa Fide ab Hæreticis glorioso agone cæsus est. Sileo tot summæ non tam Religionis, quàm ditionis Sacros Antistites, Illustriss. Præsules, Catholicęque Ecclesiæ Eminentissimos Principes, adeò vt septimus in familia emices Purpuratus amplissimus. Peruetustum generosę prosapiæ tuę splendorem, vel lippientibus conspicuam quis non viset? Ex his Burrus ille Brancaciæ gentis Heros optimè de Patria meritus sexcentos ante annos Neap. Reip. Consul, Sachacius Basilio, & Constantino Cæsaribus summus militiæ Dux; Missos facio vigin-

ti,

ti, & amplius sub Sueuis Principibus Regni Neapolitani splendidissimos Regulos. Alexander, Thomas, Antonellus sub Regibus Andegauens. inter familiæ Proceres strenui toto Orbe armorum Duces, Copiarum, Classiumque Ductores. Philippus infracti animi Dux, Campaniæ Comes vniuersi Sacros. Rom. Eccles. Exercitus Imperator. Paulus, & Marinus, alter Nuceriæ, Noiæ alter clarissimi Comites, idemque bellica dignitate præstantes; Ioannes Nellarum in Gallia Marchio, Andreas Magnus eiusdem Regni Admiratus, Buffillus Nissani in Aegeo Regulus. Petrus, & iunior Marinus sub Aragonens. Regibus armorum gloria itidem spectatissimi. Cœteros propè innumeros gentis tuæ præcelsiores viros, pace, belloque celeberrimos, fato non adeo functos prætereo. Vt omittam recentiores, vel ad nostra vsque tempora vigentes famigeratos Duces, præclaros Regulos. Superest sidus pientissimum, idemque fulgentissimum, vt Te Duce tanti Solis pateat Aula. Vale



IO. CAMILLVS IANVCIVS

VTR. IVRIS DOCTOR.



CANDIDO LECTORI.



Rodit tandem D. Francisci de Petris I. C. Clariss. Responsorum liber verè vnicus, in quo non verba, sed Iura, neque verò vulgaria Iura, sed recondita, & singularia. In quo inquam non triuiales, protritæque disceptationes sæpius anteà ventilatæ, sed insigniores, abstrusiores, non ex aliorum monumentis transcriptæ, sed ingenij acie, peregrinaque eruditione nunc primùm in lucem editæ. Pudet enim ingeniosos, magnosque viros ad aliorum scripta incumbere, ac toties decantata, quasi palinodia repetere, Remp. onerantes, quàm honorantes. Quare ex innumeris propè Allegationibus vix paucas hasce ad ingenium venditandum excerpsit Auctor, quibus accesserunt peregrinæ supremorum Senatuum Decisiones. Quis enim Togę amplitudinem, & immunitatem magis extulit, & vel etiam aduersus Sagum tutatus est, Quis Nobilitatis materiam, Quis Patriciatus, iura, inque eius Ordinem restitutionem; Quis nequissimas infandæ Monomachiæ leges ad honorem præsertim, pudoremque seruandum, Quis rei funerariæ, atque adeò Defunctorum priuilegia, Quis Insignium, Armorumque originem, & rationem, Quis Causidici muneris dignitatem. Quis Principis in populos Clementiam, Quis Coniugij vires, Quis Reg. Collationum iura satis hactenus exquisiuit? Quis denique ciuilem rationem egregia eruditione tantopere concinnauit? Vt omittam perbreui Opere grauiorum Iuris Quæstionum laconicam tractationem, in qua multum, non multa Auctor præstitit, quicquid alij multa, non multum effutiant. Commendanda in primis breuitas nostri Consulentis, Insignis sua tempestate caussarum Patroni, qui veritatis candore nitens, & à verborum lenocinio cauens, compendiosa non tam exarando, quàm exorando vsus est narratione, Veritas nimirum in paucis consistit. Præstat autem pauca idoneè effundere, quàm multis homines prægrauari, id, quod Iustinianus Imperator inter ciuilia iura sanxit. Quis enim Causidicorum insulsos, ambagiosos, nauseosos, captiosos verborum anfractus non fastidiat, & exhorrescat? Sanè eloquutio apud Auctorem varia, nonnunquam elegans, & perpolita, sæpius communis, & vulga-

vulgaris; vtpote forensis, vbi res ita expostulet; vt omnibus, vel etiam minutis Causidicis aequè prudentissimus Auctor arrideat. Inseruit quoque, perpaucis tamen in locis non nihil eruditionis, potissimum vero Poetarum auctoritates, quas ineruditi viri negligunt, negligitur enim, quod non intelligitur. Ii sunt, qui Romanas leges, potissimum vero nigra Pandectarum iura non capiunt, ad rubrum confugientes, erubescant miseri ex rubro, ad quod recurrunt. Annon vident isti leguleij magnos illos Legislatores è Poetarum sententijs iuris veritatem nonnunquam deprompsisse, quod, & sacros Canones itidem factitasse ostendit idemmet eruditissimus Auctor Fest. lect. lib. 3. cap. 12. Superest, vt qui eas lectiones, Scholasticum magis Opus tanto plausu legisti, perlegisti; Forenses hasce Disceptationes non ingrato accipias animo. Vale.



POTEST IMPRIMI

Si ita videbitur admodum Ill. & Reuerendiss. D. Vic. Gen.

D. Thomas de Aquino.

IMPRIMATVR

Felix Tamburellus Vic. Gen.

IMPRIMATVR

Tapia Reg. Enriquez Reg. Lopez Reg. Rouitus Reg.

HIERONYMVS GENVINVS I.C.

AD AVCTOREM IVRISCONS. CLARISS.

Franciſcus de Petris Neapolitanus.

ANAGRAMMA.

Florens es dictus, ac ter Papinianus.

Es dictus florens, per te florere videntur
Leges, augeri Iura, vigere Fora.
Florens dictus es, Ac doctus, *Ter Papinianus*,
Optimus ingenio, maximus eloquio;
Nam flores in iure, & iuris frugis abundas,
Florifer es ſtudijs, frugifer atq; libris:
Seu cauſſis Actor, ſeu chartis Auctor, honoras
Iura, Forum decoras, ſummus vbiq; Sophos.

IDEM

AD AVCTOREM OMNIGENA DOCTRINA, ET ERVDITIONE VIRVM

Franciſcus de Petris Academicus Ocioſus

ANAGRAMMA.

Cuncta ſcis copioſus, ac diues, mira deſers.

Si dico te Hiſtoricum pereruditum eſſe,
Dico parum, parumq; ſi voco Vatem;
Si Rhetorem te memoro, non ſatis laudo;
Si te Patronum dixero, & iubar iuris,
Modicum tibi dabitur honoris, & laudis.
Artem artis, & ſophiæ Sophum ergo te dicam,
Nam cuncta ſcis, doceſq; Magne Franciſce,
Et mira deſers copioſus, ac diues.

AD



AD CLARISS. IVRISCONS.

D. FRANCISCVM DE PETRIS

AVCTOREM

Famigerati Responsi pro Aduocatis Neapolitanis.

D. BARTHOLOMAEVS

CARACCIOLVS.

ARAGONIVS; È PISCIOTTAE REGVLIS.



QVOD PATRONOS MILLE VNVS TVEARE PATRONVS,
MILLE VNVS PALMAS, MILLE TROPHAEA REFERS.



LEMMATA, SIVE ARGVMENTA

AD SINGVLA IVRIS RESPONSA,

SIVE CONSILIA

D. FRANCISCI DE PETRIS

IVRISCONS. NEAP.

CONS. I.

Pro Aduocatis Neapolitanis.

IVramentum de Calumnia in Regno Neapolitano non esse à Causidicis præstandum, Eiusq; iuramenti durities, & absurditas latè recensentur; precipuè ob incertam ciuilis sapientiæ rationem, opinionumq; discrimina hactenus non perpensa. In primis vero summa Aduocatorum dignitas, ac præscripta libertas nouis inuentis ostenditur. Quibus à Principe, eiusque Collaterali Concilio maturius expensis Togatorum foro pax reddita. An. 1630.

CONS. II.

Pro Ludouico Caracciolo Comite Praduerię &c.

PRobationes, præsumptiones, & adminicula quæcunque de iure exigantur ad fundandam originem, descendentiam, siue cognationem, familiæq; identitatem nunc primum cumulatè traduntur Decretum inde latum ab Illustrissima Platea Capuanæ subnectitur, ex quo Caraccioli Placentini Praduerię Comites post ducentos annos ad Patritiatum Neapolitanum sunt restituti.



CONS. III.

Pro Marchionissa S. Agathæ.

FIlia pro Paragio nunquid rectè agat contra fratrem, vel alium tertium feudi possessorem. Et quid si fuerit hæres matris. Et an Decretum praambuli contra ius consuetudinarium Neap. per quod sorores vna cum fratribus declarantur equè hæredes matris sustineatur. Et quid fratribus presentibus, & tacentibus. Et quid si filia agat pro paragio cōtra tertium feudi possessorem ex renuntiatione hereditatis sibi facta per fratres. Et quid in Fisci preiudicium, & an vendito feudo ad instantiam Regij Fisci, sint resolutæ creditorum hypotecæ, & quid si filia intendat succedere virtute Consuetudinis Neapolitanę tanquam à fratribus indotata, & ad hoc Decretum Reg. Cam. Summariæ.

CONS. IV.

Pro Principe Auellini Magno Regni Cancellario.

CIuitas subdita non habens iura imperij nullum gradum, nullamq; dignitatem potest tribuere, sed tota pendet à Regis nutu. Et quatenus se fundet in priuilegio, vbi ab emanata lege sibi contraria infra decem dies non appellauerit, sibi præiudicauit. Et quatenus se fundet in prescriptione, ea non currit, nisi à tempore, quo fuit tentatum, & contradictum, & tanto magis in iure facultatis, cui de iure non

præscribitur, eoque maximè in mala, & illaudabili consuetudine, quæ iuri non derogat, nec conualescit tempore. Reip. interest peritos habere medicos, & ad hæc Decisio Supremi Collateralis Concilij.

CONS. V.

Pro Ciuibus Principi maledicentibus.

PRincipi nulla in maledicentes sumenda vindicta. Id, quod Dei monita, Ciuilia iura, Summi Principes, prudentissimi Sophi, pijssimi Vates vno omnium ore testantur. Hinc Heroicam virtutem non aliam esse quàm Clementiam ostenditur. Ideoq; celsissimos Cæsares ommisso Maiestatis, ac sublimitatis titulo, gloriosiorem benignitatis, ac mansuetudinis titulum iactitasse, nouis, concinnisq; perpensionibus traditur. Ex quibus Serenissimi Vrbinat. Ducis secuta est indulgentia.

CONS. VI.

Pro Marchione Villæ hærede Equitis Marini.

APpellatione mobilium, & suppellectilium domus, an veniant arma, & an libri, & manuscripta, & an aurum, & argentum. Et an pecunia numerata domi, vel extra. Et quid si pecunia fuerit apud Trapezitas vulgo Bancherios, vel destinata in emptionem bonorum stabiliũ, vbi examinatur, quæstio, an destinatio habeatur pro actu perfecto, cõtra Boerium, & quid hac in re Sacrum Concil. Neap. decreuerit.

CONS. VII.

Pro Ecclesia SS. Marcellini, & Festi, & Communitate Afragolæ.

IVs Patronatus, per quod Ecclesia præsentat cum consensu laicorum sit ne censendum Ecclesiasticum, vel Laicale, vel de n iq; mistum, & quid in eo præualeat præsentatio, an consensus, quisue maior dijudicetur confirmans, an instituens, & an in eo sit habendus concursus tanquam in beneficio Ecclesiastico iuxta Canonem Sac. Concil. Tridentini. Et ad hoc Decisio Archiep. Curiæ Neap.

CONS. VIII.

Pro D. Hectore Pignatello.

BEneficium collatum conuento post iudicium motum in Curia seculari, an suffragetur Beneficiato petenti remissionem ad Iudicem Ecclesiasticum. Et an sibi præiudicauerit si alias fuerit cognitus à Iudice seculari. Et quid si Magistratus seculares gesserit. Et quid si per aliquod temporis spatium incesserit sine habitu, & tonsura. Et quid si beneficium fuerit tenue, & an Iudex secularis cognoscat de validitate, vel inualiditate beneficij collati, & ad hoc Decisio Sac. Reg. Conc.

CONS. IX.

Pro Doctore Paschale Villano.

TEmporis prioritas in honoribus, potissimum vero inter disparis dignitatis viros quonam iure metienda. Physices præstantia extollitur. Chirurgia licet ars mechanica, & illiberalis, nobilitatis tamẽ prærogatiua gaudet. Senator Aduocati munus exercens quonam pacto in Senatu sedeat. Episcopus in Capitulo, inque Senatu, vel Collegio sedens quonam iure vtatur. Et quid in Sac. Reg. Concil. quidue in almo Collegio Neapolitano. Hinc quæstionis solutio de præcedentia inter Physicum simul, & Chirurgum, ac inter simplicem, sed vetustioris gradus Chirurgum in curando vulnere. Ad intellectum tex. in c. à collatione de appella. lib. 6.



CONS.

CONS. X.

Pro Marchione Triuici &c.

Parentes donantes primogenito feudum an per superuenientiam aliorum filiorum possint donationem infringere, saltem grauando feudum. Et an querela inofficiosæ donationis factæ filio respiciat vniuersam donationem, vel tantum portionem iure naturæ debitam. Et an de iure feudorum debeatur portio legitima. Et num talis querela inofficiosę donationis militet vbi fuerit cogitatum de filijs. Et an & quando prçsumatur cogitatum. Et an tollatur cursu temporis, vel renuntiatione.

CONS. XI.

Pro D. Lucretia Marzata.

Inquilini Laici Ecclesię, vel Ecclesiasticę personę an possint conueniri pro censu, seu Canone debito coram Iudice Laico, & quid extante pacto in inuestitura adiecto, vt liceat directo Domino Canonem consequi non tam ab emphyteota, quàm etiam ab inquilinis. Et quid si pro pensione vel Canone conueniatur directò ipse Clericus, vel Ecclesia in foro laicali, & an eo casu incurratur vitium attentatorum, agendo coram Iudice Laico. Et an inquilini laici vel ipsa Ecclesia debeant adire forum Ecclesiasticum, vel Laicale, & quid in actione reali, vel personali. Qui continuat suam actionem coram Iudice Laico, an dicatur attentare, & quid vbi constat de iustitia Actoris. Et an exceptio attentatorum militet post conclusum in causa. Et num Cap. 17. in Bulla Coenæ militet in partibus in foro laicali cōtra Clericum sequestrum petentibus. Et ad hoc Decisio Sac. Reg. Conc. Emens vtile dominium rei emphyteoticę cū onere censûs à die contractus, an teneatur ad census de præterito debitos, & quid in actione personali, & quid in sequestro, & ad hoc Decisio Sac. Reg. Concil.

CONS. XII.

Pro Annibale Saraceno.

Viri, & vxoris copula quanta sit de iure latè examinatur. An, & quando ob viri adulterim fiat separatio thori, et quid in viro ex accidenti, non ex consuetudine adultero. Et quid in eo, qui extra domum cautè concubinam habeat. Et an, & quando ob adulterium vir amittat alimenta. Et quid in alimentis necessarijs, respicientibus meram vitę sustentationem. Et ad hoc Decisio Sac. Reg. Conc. Neap. Ad hęc an adulterę vxori debeantur à viro alimenta, & an debeantur filijs spurijs, & incestuosis, & an sacrilegis à patre Sacerdote &c.

CONS. XIII.

Pro Francisco, & alijs de Alexandro.

Haeres quantumuis priuilegiatus nō declinat forum à defuncto electum, etiam quod per defunctum non fuerit lis contestata. Et quid in Clerico succedente Laico. Et quid in Laico succedente Ecclesiasticæ personæ. Quid intersit inter simplicem petitionem, & solennem fori electionem. variare forum is potest, qui eligere potest. Et an competat variatio à Iudice superiori ad inferiorem, & ad hoc Decisio Sac. Reg. Conc. Neap.

CONS. XIV.

Pro Principe Monasteracij.

Origo, ac descendentia familiæ Galeotę extra sedilia, eiusq; dignitas recensetur, & an eadem sit prçsumenda cum familia Galeota gaudente sedilis honoribus. Et ad hoc adminicula, & probationes quæcunque ad fundandam de iure cognationem, seu consanguinitatem, Et an indicia, & prçsumptiones, cçterç; vel leues quidem probationes hac in re sufficiant, potissimum vero seruata nobilitatis prçrogatiua, & an

testes de auditu, & credulitate probent, & an vetus domus in Regione Sedilis, & an patriæ, nominis, & insignium identitas, & an Historicorum auctoritas, & an simplex nominatio, & enuntiatio, maximè vero in antiquis, & quid in dubio sit decernendum, & an maiorum negligentia in his, quæ generis sunt posteris præiudicet. Medicinalis scientiæ dignitas extollitur, ac Physici Neapolitani Patritij ab antiquis temporibus ad recentiora usq; tempora recensentur. Denique Decisio Sac. Reg. Conc. in consimilibus factis subnectitur.

CONS. XV.

Pro Principe Sancti Boni &c.

N*Eapoli natus non ex parentum proposito, sed per accidens an sit Neapolitanus, & an loci origo sit immutabilis, & ad hoc Decisio Sac. Reg. Conc. Item degens Neapoli per decennium an, & quando ex Regia Pragmatica efficiatur Ciuis Neapolitanus. Quęnam sit differentia inter peregrinum, & incolam, interq; habitatorem, & hospitem. Nunquid ex solo animo statim contrahatur ciuilitas. Et ad hoc Decisiones Mag. Cur. & Sac. Reg. Conc. Natus antequam pater effectus sit Rex an dicatur filius Regis, & an in Regnum succedat, & ad hoc D. Ioannis Austriaci Scomma, itemq; Triphernis sententia de Persiæ Regno. Natus antequam pater effectus sit Doctor, an rectè Doctoris filius sit censendus Tandem an Nobilitas ad ascendentes transeat, & ad hęc Auctoris distinctio, & Decisio S.R.C.*

CONS. XVI.

Pro Antonio de Isa.

N*Vnquid litigatoribus liceat impunè repulsare contrarios testes tanquam turpes, prodigos scurras, mendicos, bastardos, aut aliter indignos, aperto Marte eos tales redarguendo. Et ad hoc Decisio Sac. Reg. Conc. Testium conditio diligenter examinanda. An conuicianti, & iniurianti liceat mendacium obijci per ea verba MENTIRIS, & an inferiori aduersus superiorem, & an sine protestatione, & an satis sit protestationem subsequi.*

CONS. XVII.

Pro Horatio Carbono.

D*E Regia Pragmatica, qua cauetur, vt soluentes debitum de pecunia Zannetta aliena, vtpote ab alijs procurata non liberentur. Hinc examinatur quæstio num emptio in dubio præsumatur facta de propria ementis pecunia, vel de pecunia ementi paulo ante mutuata. Probatio de contingenti an sufficiat. Confessio extraiudicialis absente parte an, & quando probet, & ad hæc Decretum Sac. Reg. Conc. Tandem Zannette pecuniæ de anno 1622. prodigia recensentur, nimirum debitores ante tempus properasse debitum soluere renuentibus creditoribus. Promercalia præsenti pecunia carius, solutione ad longum tempus facienda vilius venijsse. Pro modica pecunia, puta vnius librę, magnam argenti massam trium librarum, et vltra impunè comparatam. Examinata in primis quæstione, an instante pecunię abrogatione, pro abrogata sit habenda.*

CONS. XVIII.

Pro Stephano Curtio.

A*N existens inter Moniales præsumatur Monialis, & quid si talis non sit denominata. Et an professio Monialium ritè probetur per testes. An solennitates Paulianæ requirantur in rebus Monasterio nondum acquisitis, & incorporatis. Et ad hoc Decisio Sac. Reg. Conc. Neap.*

CONS. XIX.

Pro Dominico Castaldo.

A*N ad legatum factum fauore familiæ sint primo admittendi vocati à testa-*

testatore, & ab eis descendentes, ijsq; deficientibus proximiores seruato iuris ordine. Nunquid consanguinitas sit probanda specificè per singulos gradus, an vero sufficiat eam probari in genere per argumenta, & præsūptiones; Et ad hoc Auctoris distinctio, & decisiones Mag. Cur. & Sac. Reg. Conc.

CONS. XX.

Pro Ioanne Francisco de Transo.

ACtus possessiuus Actiuus gaudendi Sedilis honoribus quonam iure à Passiuo differat, & an sufficiat. Et quid si fuerit adminiculatus alijs adminiculis. Nobilium est gaudere nobilitatis prærogatiua in patria, atq; ita in dubio præsumendum. Antiquæ Domus tribuunt ius gaudendi in eo Sedile, in cuius regione sunt positæ. Qualitas propria nobilium, puta immunitas benè arguit quem esse nobilem. Frater gaudens nobilitatis prærogatiua inducit præsumptionem fauore alterius fratris, quod sanè intelligendum de familijs originarijs, quæ illibatam nobilitatem seruauerint. Nunquid possit quis duplicem habere patriam, & æquè principaliter esse ciuis, & incola duarum vrbium, atq; adeo vtrobiq; gaudere. Vox, et opinio quanti faciant in materia nobilitatis. Et quid in antiquis. Iuris præsumptio transfert onus probandi contrarium in partem aduersam. Neapolitana nobilitas vnica est, licet distincta in quinq; Sedilibus, non secus ac vnum idemq; corpus in pluribus membris, eademq; penitus separata à popularibus. Qui se fundat in causa debet illam probare, maximè vero vbi causa fuerit exorbitans à communi iure, & praxi. Hinc patent origo, & antiqua nobilitas familię de Transo, eiusq; iura in Montana sessione.

CONS. XXI.

Pro Marchione Villæ.

IVs congrui, quod in sola venditione militat, an vendicet sibi locum in emphyteosi redimibili, & an venditor, seu Dominus directi, qui concessit in emphyteosim, si remaneat dominus aliorum bonorum collateralium præferatur alteri collaterali petenti congruum. Et quid si reuera non agat pro se, sed pro alio. Et an detur casus, in quo collateralis vendicet integram rem iure congrui, excluso altero collaterali. Et ad hoc Decisio Sac. Reg. Conc. & an dominus directi habeat tale ius postquam res fuerit euicta à Collaterali. Et ad hoc Auctoris sententia contra Napodanum.

CONS. XXII.

Pro Doctore Francisco Vrsio.

ACtuario, an testibus sit credendum de veritate scripturæ in criminalibus Falsitas ad hoc vt sit de iure punibilis binos requirit comites, nimirum dolum, ac tertij præiudicium. Scriptura, quæ nihil facit impunè supprimitur, & deletur. Verbum ex insania, & furore iracundię prolatum, lubricumq; linguæ, non est ad poenam trahendam. Maximè vero in Principe, cuius est maledicta contemnere. Et ad hoc Decisio Sac. Reg. Conc.

CONS. XXIII.

Pro Venerab. Monte de Manso.

CLericus succedens Laico, cum quo est lis contestata in foro seculari super solutione annui canonis tenetur respondere coram Iudice laico. Et quid in accessorijs, vtpote si postea fiat casus deuolutionis ob canonem à Clerico non solutum. Et an idem iudicemus de causa, quod de effectu resultante à causa. Et an qui cognoscit antecedens cognoscat, & consequens. Et an finis sit inspiciendus, ad quod negotium tendat. Et an Iudex secularis, qui in causa sit competens, videatur etiam competens in cęteris, quę caussę accedunt. Et an quę veniunt in consequentiam executionis cognoscantur ab eodem Iudice. Deniq; an in dubio coram eodem Iudice sit agendum, & an re-

remissio causæ ad eundem Iudicem sit fauorabilis, vel odiosa. Et ad hoc Decisio Sac. Reg. Conc.

CONS. XXIV.

Pro Hæredibus Io. Franc. Græci.

HAbitans iure familiaritatis an teneatur ad pensionem. Creditor admittens debitorem cessum, an sibi præiudicet vbi postea creditum consequi non valeat. Nunquid Procurator fatendo aliquid vti procurator, sibi prçiudicet vti principalis in causa propria. Protestatio an saluet ius protestantis. Prçsens, & patiens an, & quando sibi prçiudicet, & quid in patientia ratione officij prçstita. Et ad hoc Decisio Sac. Reg. Concil.

CONS. XXV.

Pro Marcello Cestron.

LIquidatio, seu prçsentatio instrumenti extra forum conuenti an sustineatur ex pacto, quod debitor possit conueniri vbiq; locorum, & in omni Curia, & foro. Et quid si fuerit instrumentum prçsentatum in loco contractus, vbi examinatur quçstio an, & quando contractus proroget iurisdictionem. Nunquid ex nulla instrumenti prçsentatione siue accusatione debeatur poena. Et ad hoc Decisio Sac. Reg. Cons.

CONS. XXVI.

Pro Marchione Soreti.

EMptor cum pacto de retrouendendo non potest rem emptam deteriorare, & multo minus extinguere. Enormissima lçsio siue modicitas pretij cum pacto de retrouendendo arguit vsurariam prauitatem. Exceptio penitus infringens sententiam an possit opponi post sententiam. Et quid in exceptione pretij non soluti. Et an exceptio in competentię actionis possit obijci post litem contestatam. Nunquid obligatus ad factum, contestata lite prçstando interesse liberetur. Et num alternatiua expiret litis contestatione. An in factis indiuiduis aliquis ex hçredibus teneatur ultra portionem hçreditariam, siue insolidum, & ad hoc Decisio Reg. Audientię Calab.

CONS. XXVII.

Pro D. Cornelio Vitignano.

EMens rem emphyteuticam absq; onere, nullaq; facta mentione emphyteusis, & Canonis debiti, postquam rem alienauit, quanam actione teneatur pro tempore, quo posse dit, & ad hoc Decisio Reg. Cam. Summar. Qui dolo desijt possidere, quiue post cõtestatam litem alienauit num teneatur ac si reapse possideret. Nunquid Dominus directi teneatur assentire alienationi factę in Ecclesiam, siue in manus, vt aiunt, mortuas. An sufficiat qualisqualis petitio per simplicem facti narrationem, citra nomen actionis, formamq; solennis libelli.

CONS. XXVIII.

Pro Doctore Prospero Iamcito.

NVnquid noua lex, quę regulariter futuris consulit negotijs trahatur ad prçterita, quatenus pendet de futuro. Et num respiciat contractas ante legem, respectu exequutionis contingentis post legem. Quotiens pecunia peruenit ad vnum ex pluribus obligatis insolidam, cçteri habentur loco fideiussorum. Fideiussor indemnitatis gaudet beneficio discussionis, licet ei quantumuis renuntiauerit. Et ad hæc Decisio Sac. Reg. Coucil.

CONS. XXIX.

Pro D. Augustino de Abenante, & Michaele Iordano.

CVlpa semper penes prouocantem, siue aggressorem, qui delicto dat caussam, quod porrigitur, vel etiam ad bestias. Vilissimis

ſimis homuncionibus, num detur actio iniuriarum aduerſus viros nobiles. Sordidis plebeis damnum famæ num irroget iniuriam. Ictus Corrigię non dirigitur ad necem, ideoque ea percutiens non tenetur de homicidio. Appellatione vulneris an veniat vulnuſculum. Percuſſus negligens curam ſibi imputet, ſi ex negligentia decedat. Quę caſu non culpa contingunt, noxę non aſcribuntur. Et ad hęc deciſiones Cur. Archiep. & Sacr. Reg. Concil. Neapol.

CONS. XXX.

Pro Fabio & Franciſco Capaſſis.

IVra pro Fabio, & Franciſco Capaſſis nepotibus Annibalis ſuper reintegratione ad honores Sedilis Portæ nouę ex quamplurimis actibus poſſeſſiuis in perſona trium germanorum fratrum Annibalis ſtipitis, ex quibus triplicata oritur probatio pro ipſo Annibale, potiſſimum verò ex originalitate familiæ in ciuitate, atque adeò in ipſo Sedile, & conteſtata Actorum, ipſorumque maiorum nobilitate. Quibus accedant peruetuſtæ ædes in Regione Sedilis, identitas inſignium, repetita nomina Ill. familiæ peculiaria. Veterum monumentorum, & Hiſtoricorum teſtimonia, publica vox, & fama, atquecommunis omnium opinio, quorum ſingula ad victoriam ſufficere demonſtratur. Denique iuris præſumptio, & conſimilium caſuum Deciſiones latæ à Sacro Regio Concilio Neapolitano ſubnectuntur, quę in Regno pariunt ius vniuerſale. Ex quibus planè Harmonia reſultat. Nulla penitus de iure habita ratione intermiſſionis bonorum ob abſentiam ab Vrbe Neapolis; tum quia animus, non corporis aſſiſtentia facit Ciuem, & Patritium; tum etiam quia iuribus, quæ ſunt facultatis ex non vſu, nullum infertur præiudicium; tum denique quia in ijs, quæ generis ſunt maiorum negligentia, poſteris non præiudicat.

CONS. XXXI.

Pro Venerab. Monte de Manſo.

ARmorum, ſiue Inſignium origo apud Reges, viroſque Principes, Nationes, Vrbes, Societates, priuatos denique homines quænam ſit. Gothi noua inſignium ſchemata adinuenere, è quibus plèriquè Europę Principes, Illuſtrioreſque familiæ fluxere. Metalla, & colores in Inſignibus quænam ſint, illorumque conditio, præſtantia, & compoſitio nunc primùm explicantur. Quoto nomine inſignia in iure ciuili ſignificentur, eademque an ſint ſymbolica. Hinc ſumpta occaſione examinatur quæſtio, num valeat directus Dominus in re ad Emphyteuſim conceſſa arma affigere. Et ad hoc Deciſio Sacr. Regij Concil.

CONS. XXXII.

Pro Nicolao Guido.

HAbitationis verbum an, & quando importet dominium, quemadmodum Poſſeſſionis verbum, an & quando importet proprietatem. Subrogatum debet ſequi naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, & quid ſi natura ſubrogati repugnet. Relatio debet eſſe pariformis, quemadmodum determinatio debet ęqualiter determinare. Approbans teſtamentum an valeat poſtea illud impugnare: Pretij quãtitas arguit quidnam veniat in venditione. Pactum doti præiudiciale, quemadmodum abſurdus intellectus reijciuntur. Et ad hæc decretum Sacr. Reg. Conc. Probi viri veritatem colant, & à vanis iurgijs abſtineant.

CONS. XXXIII.

Pro Franciſco Mareſca.

PAria ſunt dicere die x. Kal. & ante diem x. Kal. Per ea verba ante diem x. Kal. vndecima dies de iure ſignificatur.

Num-

Nunquid dictio usque sit inclusiua, adeò ut si legentur omnia prędia usq; ad prædium Gazanum includatur ipsum prędiū Gazanum. Qui tenetur infra duos menses, an in sexagesima prima die sit audiendus. Qui tenetur prima die soluere, an in secunda die sit audiendus. In dubio pro liberatione atque adeo debitores non fuisse in mora est iudicandum.

CONS. XXXIV.

Pro Camillo Brancia.

SI quis agat ad damnum, & interesse passum, an teneatur singulas res amissas declarare. Et quid parte opponente. Quoties sub l rga significatione potest qaid in libello comprebendi, super eo non expresso an rectè feratur sententia. Quoties sunt res annexæ, nec inter se incongruæ, an valeat sententia super non petitis. Et ad hoc Decisio Reg. Cam. Summar. Si Actor agat una via, & probet ex alia, an obtineat. Sententia non conformis libello an, & quando sustineatur. Iudex an possit moueri, & decernere ex alijs, quę non sunt in iudicio. Clausulæ Omni meliori modo, Deducens omne ius, &c. quidnam operentur. In Regno Neapolit. Iudicia sunt summaria, nimirum proceditur ex bono, & ęquo, sola facti veritate inspecta. Maximè verò in Sacro Regio Concil. Neapolit. in quo tanquam in Concistorio Principis, secundùm forum conscientiæ, omnique ciuili subtilitate posthabita iudicatur. In causa merè spirituali Iudex secularis non se ingerat, vel etiam si veniat incidenter tractanda.

CONS. XXXV.

Pro Causidicis, caussarumque Procuratoribus.

PRocnratoris officium pręcipuè ad lites agendas nobile, honestumque esse defenditur, contraria DD. sententia confutata. Et ad hoc Decretum Sac. Reg. Concil. Neap. Ideoque posse Procuratorem de sua honestate contra quoslibet, vel Illustriores quidem contendere, & in arenam descendere. Idemque Procurator an rectè Aduocatus dici possit. In Regno Neap. Iurisperiti Doctoratus laurea carentes, Assessoratus officium exercere posse. Nobiles viros mercatura, alienique negotij administratio an deceat. Aduocati, & Procuratores an certo, pręstitutoque salario citra dedecoris notam causas agere valeāt, Clodia, Cynthiaque lege expensa, Multa licere sine pretio, quę alioquin non licerent. Multa honestè accipi, non tamen honestè peti. Honestiores Ciues nobilium pęnis mulctandos. Maximè verò Ciues Illustriorum Ciuitatum. Et ad hoc Decretum Sacr. Reg. Concil. Neapol. In Regno Neapolitano tres notabiles leges vigere, nimirum. Honestè, politèque viuentes Nobiles haberi. Nobilitatem triginta annorum curriculo pręscribi. Ortos ex matre nobili, licèt plebeio patre nobilitate potiri. quicquid Ciuilia iura.

CONS. XXXVI.

Pro ijsdem Causidicis, caussarumque Procuratoribus.

INfamis, & seruus Procuratoris officio fungi non possunt, contraria DD. sententia reiecta. Et ad hoc Regiū Decretum. Reip. Interest lites celeriter terminari. Multa licent, quę honesta non sunt, &c. Aduocatus, & Procurator de iure idem valent. Ideoque differentię inter ipsos à Doctoribus constitutę refelluntur. Omnes Aduocati, pauci verò DD. Ex solo consilio an quis dicatur Aduocatus. Procuratoris nomen largissimum, & vel etiam Iudices eo nomine de iure censeri ostenditur.

CONS.

CONS. XXXVII.

Pro Roberta Thusca hærede Marchionis Malaspina.

Confessio debiti facta in testamento, an inducat probationem, vbi debitum aliunde non constet, an vero sustineatur in vim simplicis legati. Nunquid hæredi possit à testatore legari. Et an legatum hæredi factum veniat in restitutione fideicommissi. Et quid in legato debiti confessi. Ad hæc differentia inter legatum quantitatis, & speciei. Quæstionis Decisio veriori DD. attenta sententia subnectitur.

CONS. XXXVIII.

Pro Placido Dentice Barone Veggiani.

Prohibitio alienandi, an includat omnem distractionem, omnemq; obligationem, vel etiam in vltima voluntate. Fideicommissi puri, & absoluti procedentis in infinitum gemini sunt pedes, nimirum probibitio alienandi in perpetuum, & contemplatus familiæ fauor. Fideicommissum reale inducitur ex rei qualitate, puta in feudo nobili, siue castro cum iurisdictione in hominem, quemadmodum in ceteris rebus carioribus, & illustrioribus. Et quid ex admissione marium, exclusis foeminis. Familiæ appellatione quidnam veniat, & vsq; ad quem gradum porrigatur alienandi probibitio, & an impediat dominij trãslationem, ad hæc differentia inter prohibitionem in vltima voluntate, & in contractu. Assensus Regius in feudalibus est stricti iuris, ideoq; non induchitur, nisi expressim, & nuncupatim. An expressum habeatur, quod virtualiter inest. Assensus præstitus super feudo per relationem ad contractum, siue ad testamentum, an sit validus. Et ad hæc Decisio Reg. Collat. Concil. Perpauca sunt feuda in Regno, quorum continuata possessio exeedat spatium centum annorum, quo quidem temporis spatio, vtpote immemorabili præsumitur Assensus in feudalibus. Fideicommissum fauore familiæ erectum, non deficit, nisi omnibus de familia deficientibus. Ad hæc Decisio Sac. Reg. Conc.

CONS. XXXIX.

Pro Francisco Capano Barone Carusiorum.

Arbor, seu descendentia Baronum Carusiorum ex familia Capana. An ex possessione Collateralium, non demonstrata possessione communis stipitis competat restitutio, siue reintegratio ad honores Patritiatus, & quid in familijs indigenis, & originarijs, quidue in aduentitijs, & allectis. Nunquid in dubio ciuis præsumatur originarius, vel allectus, & an gaudens Sedilis, sine Patritiatus honoribus censeatur gaudere ex origine, vtpote ex persona maiorum. Et ex quibus familiæ originalitas arguatur. Ex possessione antiquorum bonorum in familia, potissimum vero veterum sepulchrorum an præsumatur identitas sanguinis, ac descendentia ab vno, eodemq; stipite. Attestationes factæ in alio indicio, & inter alios de familia an plenè probent. Et an semiplena probatio sufficiat in his, quæ alterius præiuditium non concernunt. Vbi duo eodem tempore reperiantur eiusdem nominis, & agnationis, an ex vnico actu præsumantur æquè ambo potiti Patritiatus honoribus. Denominatio, instantia, tractatus, seu reputatio an, & quando conferuent ius familiare. Et ad hæc Decisio Sac. Reg. Concil.

CONS. XL.

Pro Baronibus Pullicæ Domnici, & Suessæ.

Arbor; siue agnatio Baronum Pullicæ, Domnici, Suessæ, Oliueti, & Aquauellæ ex familia Capana. Frater gaudens Sedilis, seu Patritiatus honoribus, an tribuat ius gaudendi ceteris fratribus. Et an sententia lata pro fratre faciat ius pro

pro altero fratre. Quęnam sit differentia inter familias originarias, & allectas, & ex quibus Originalitas arguatur. Nouus homo non pręsumitur per saltum ad maximos peruenisse honores, & ad hęc Sententia Sac. Reg. Concil.

CONS. XLI.

Pro Comitissa Potentiæ.

IN causa liquidationis, seu pręsentationis instrumenti via Ritus Magnæ Curiæ, an vtile per inutile vitietur, & an ius superueniens conualidet iudicium. Nunquid de proximo liquidandum habeatur pro liquido. Num Iudex appellationis possit confirmare decretum, non obstante nullitate, vbi constet de iustitia Actoris. Nunquid reuocetur rescissio nulliter facta, si de nouo sit de iure facienda. An ex nulla rescissione contractus debeatur poena indicta rescissis contractibus. Et an nullitas iniqui facti excuset à multa iniquitatis, actusq; de iure nullus sustineat poenam, & ad hoc Decretum Sac. Reg. Concil.

CONS. XLII.

Pro Venerabili Monte Pietatis.

AVgustissimus Rex Neap. multas habet beneficiorum collationes, sed nunquid illas habeat tanquam vnctus, aut constitutus in aliquo ordine sacro, adeo quod eas non liceat priuatis hominibus cedere. Cessio iurium est de genere permissorum, iniquum .n. esset ingenuis hominibus denegari liberam suarum rerum dispositionem, maximè vero Principibus, quorum propria, & peculiaris est elargitio, & munificentia. Priuilegia quantumuis personalia, sunt tamen cessibilia, vbi eadem fuerint ad hęredes transmissibilia. Proreges sunt in Regno Neapolitano Regis Procuratores, ideoq; quicquid agant, Rex ipse videtur agere.

CONS. XLIII.

Pro pijssimis Romanorum iuribus contra nequissimas Duelli leges.

MOnomachiæ leges damnantur, potissimum vero dum putant maiorē minori contumeliam inferentem non tenerī in arenam descendere, confutatis Alciati, aliorumq; figmentis, qui temerè contrariam sententiam ciuili iure fouere ausi sunt. Ius honestatis ab omni superioritatis debito exceptum, omnemq; prouocantem iudicio se subijcere, nunc primum docetur. Ex quibus magnæ quæstiones inter Proceres, priuatosq; nobiles sunt sopitæ, Sed quid iuris, vbi iniuria sordidis homuncionibus, famulis, Vasallis, aut aliter subditis inferatur? anceps sanè quæstio, in qua Auctoris iudicium subnectitur. Denique veniam vltione meliorem, patientemque forti viro longè potiorem, non tam concinnis, quam peregrinis argumentis ostenditur.

CONS. XLIV.

Pro Cl. Ioanne Leonardo Mazzacane.

MInor 25. annis nũ teneatur ex mutuo. Et quid si fuerit versum in vtilitatem. Et quid in minore scholare, siue clerico. Nunquid promissa mulieri, cum qua turpis suspicio cadere potest debeantur, & an data repetantur. An Scholaris, Doctor, uel Miles siue armatę siue coelestis militiæ teneantur ad promissa turpi mulieri, & an data repetant. Num clericus teneatur amasiæ ad seruitia pręstita pro mēsura meriti, & an sufficiat simplex confessio meritorum. Et ad hęc Decisio Cur. Archiep. Neap.

CONS.

CONS. XLV.

Pro Agnefina Villarofa.

IN alienatione rei emphyteuticæ cum pacto de retrouendendo, secuta retrouenditione an debeatur laudimium, & an duplex, vel nullum. Et quid in emphyteusi æstimata in dotem tradita, soluto demum matrimonio, factaq; debiti restitutione. Et quid in pacto de retrouendendo à venditione separato, siue ex interuallo adiecto. Et ad hoc Decretũ Sac. Reg. Concil. Neap. Laudimium, seu quinquagesima, ex quibus debeatur, & quanam ratione liquidetur. Et an primo tantum domino, vel etiam subconcedenti, seu liuellanti debeatur &c.

CONS. XLVI.

Pro Illustriss. Plateis Nobilium Ciuit. Neapol.

CIuitas Neapolitana an repræsentetur per suos Decuriones, siue vt aiunt Electos Platearum. Electorum officium in quo potissimum versetur. In grauioribus; puta in præstando Regi iuramento fidelitatis, in creando Syndico, qui totum repræsentat Regnum, in expediendis ad Regem Oratoribus, & in ceteris, in quibus magnum vertitur præiuditium, congregandæ sunt Plateę, publicumq; aduocandum Concilium, non enim per Electos, aliosq; particulares, sine spetiali omnium mandato potest communitati quicquam præiudicari. Sentẽtia contra cõmunitatem in contumaciam lata est nulla, & an contraria consuetudo sustineatur. Et ad hæc quæstionis resolutio.

CONS. XLVII.

Pro Victoria Pugliensi.

VElleianum cessat vbi mulier non intercedat, sed principaliter agat, puta si in contractu sit prænominata, itemq; si eidem soluatur. Sed quid si mulier postmodum alij soluat. Et quid si creditor sciat mulierem alij soluturam. Quid si mulier vna cum alijs se obliget, quidue si pecunia vtrisq; soluatur, Rodorici doctrina expensa. Deceptis non decipientibus Velleianum opitulatur. Quicquid tamen sit vbi pecunia ad alios perueniat Velleiano est locus, & ad hoc ratio, & Decisio Sac. Reg. Concil. Neap. Admonitio Auctoris ad creditores, vt caueãt à contractibus cum mulieribus, nisi efficiant, vt euidenter, & reapse pecunia in earum vsum conuertatur.

CONS. XLVIII.

Pro Marchione Villæ.

VBi quis teneatur ad ædes vendendas, nunquid earum partem cogatur vendere, & ad hoc Decretum Sac. Reg. Concil. Promissio de vendendo certæ personæ, an afficiat rem, adeo, vt impediat dominij translationem in alios. Et quid si promissio fuerit iuramento vallata. Et quid in prohibitione de non vendendo in vltima voluntate. Decretum Iudicis an obliget in plus quàm pactum siue contractus. Obligatus ad rem vendendam nunquid semel offerendo sit liberatus, adeo vt liceat postmodum alijs vendere. Et ad hæc Decisio Sac. Reg. Concil Neap.

CONS. XLIX.

Pro Io. Dominico Borrello.

FVnerarię Priuilegia ex vniuersę Italiæ, Gallię, Hispanię, Germaniæ Senatibus, quibus subnectitur Decisio Sacri Reg. Concil. Neap. nedum pro Medicis, & Pharmacopolis infirmo consulentibus, sed famulis, & ancillis inseruientibus, iustis; Exequijs, inferijs, nouendialibus, alijsque sumptibus non tam corporis, quàm animę fauorem, ac suffragium respicientibus. Itemq; funus honestantibus, nimirum Libitinarijs, Pollinctoribus, Vespillonibus, Designatoribus, ac Præficis, itemq; lugubria indumenta, arma, imagines, balsama, aromata,

mata, unguenta, stromata, peristromata, busta, Sarcophagos, cenotaphia, monumenta, funalia, luminaria, fasces, aulæa, trophæa, Mausolea, nænias, lessus, concentus, præconia, cęteraq; mortis, ac doloris, atq; adeo celebritatis insignia ministrantibus, quos omnes non minus legatarijs, quàm creditoribus hypotecarijs anterioribus, cęterisque alioquin potioribus, vel etiam vbi hęres ampliores sumptus pro mortui dignitate impenderit, quinimo, & contra testatoris mandatum pauciores sumptus pręcipientis pręferendos ostenditur, tantorumq; priuilegiorum ratio nunc primum redditur. Hinc sumpta occasione quadraginta, & amplius festiuissima mortuorum priuilegia hactenus nom perpensa recensentur, ex quibus sepultos superstitibus longè pręstare constat.

CONS. L.

Pro Agnesina Villarosa.

VEnditio rei pupillaris absq; decreto an sustineatur, si fuerit facta pro soluendo debito paterno. Et quid vbi tutori alienanti fuerit à testatore indulta facultas alienandi. Et an sufficiat generalis licentia, an vero exigatur specialis facultas distrahendi certum corpus, ad soluendum certum debitum. Et quid vbi tutor alienans sit relictus executor testamenti. Et an eo casu licentia alienandi, & exequendi operetur iustam alienandi caussam, adeo, vt non sit opus decreto, ac solennibus, an vero operetur tantummodo iustam caussam interponendi decreti, secutis tamen solennibus. Et ad hęc Decisio Sac. Reg. Concilij Neap.

CONS. LI.

Pro Aurelia Saracena.

COnditionalis stipulatio transmittitur ad hęredes, stipulatore pręmortuo ante conditionis euentum, licet secus in vltima voluntate. Et quid si donatarius pręmoriatur donanti. Et quid vbi sit dictum ex nunc pro tunc secuta morte donantis. Per Notarium acquiritur actio absenti, sed an quęratur non nato. Et an irreuocabiliter ante acceptationem. Nunquid actio quęratur Caio absenti per donationem factam Titio pręsenti cum onere restituendi ipsi Caio.

Renuntiatio est stricti iuris, & non trahitur ad ea, de quibus non fuit actum. Item non trahitur ad ius de futuro, vel etiam si dicatur omnibus iuribus, quę quis habere sperat, & ad hęc Decretum Reg. Cameræ. Item renuntiatio non porrigitur ad inuerisimilia, incogitata, & incerta. Eadem facta patri præsumitur fauore masculorum, vel etiam si ex verbis videatur realis, nam ex iuris dispositione pręsumitur personalis, & facta marium contemplatione. Et ad hęc Decisio Sac. Reg. Concil. Eadem non trahitur ad fideicommissum, & facta in spetie fid. icommisso, non trahitur ad conditionale fideicommissum. Eadem non pręiudicat filijs, vbi renuntians pręmoriatur ipsis filijs. Possidens per inuestituram, seu constitutum, licet per actum fictum, nihilominus verè, & realiter possidet, ideoq; habet ius retinendę, & recuperandæ per interdicta vti possidetis, & vnde vi. Et ad hęc sententia Sac. Reg. Conc.

CONS. LII.

Pro Communi Antii.

AN Ciuitas, seu Communitas valeat alienare bona vniuersalia, seu publica, et an in eorum distractione, siue obligatione satis sit Pręsidis Prouincię Decretum, an vero exigatur Principis placitum. Et an solius Principis placitũ sine euidenti vtilitate sufficiat. Nunquid creditori incumbat ostendere alienationem respicere euidens communitatis commodum. Et an & quando communitas conuocato concilio efficaciter obligetur, declarata Bart. doctrina in l. Ciuitas ff. si cer. pet. Quadriennij temptus indultum ad implorandam in integrum restitutionem an currat impeditis

impeditis agere, & agendi incommodum excuset. Ex diuturna vsurarum solutione an, & quando queratur ius creditori aduersus Communitatem, ad intellectum Decreti Regiæ Iunctę. Fideiussor Communitatis an teneatur, vbi principalis obligatio corruat. Deniq; an, & quando Ciues pro sua Communitate iure testificentur.

CONS. LIII.

Pro Barone Andrani.

ARbor, seu cognatio familiæ Saracenæ Baronum Andrani ex antiquis Baronibus Toreilæ, & Girifalchi, quæ tanquam originaria Neapolitana fuit reintegrata ad honores Plateæ Nidi per sententiam Sac. Reg. Concil. Neap. Auctore vix quindenni patrocinante. Familiarum originalitas, eiusque argumenta, & effectus latè recensentur, & examinantur. Antiquæ ædes in Regione plateæ an tribuant ius gaudendi, ad quod ponderatur vetus consuetudo Ciuitatis.

CONS. LIV.

Pro N. II. Doctore.

PEndente lite super iudicio vniuersali debentur interim actori alimenta, sumptusque iudiciarij & ad id quamplurima exempla recensentur. Quodsanè intelligas vbi constet de bono iure litigātis, alioquin posset quispiam sibi litem confingere, vt interim alimenta arripiat. Vxori diuertenti à viro ob allegatam sæuitiam, an, & quando debeantur interim alimenta. In dubio contra mulierem facilè iudicandum ob muliebrem inconstantiam, in quo Afſl. Decisio declaratur, et Annæ opinio damnatur, ac Decreta Sac. Reg Concilij subnectūtur. Vxori ab officio, & obsequio erga virum suum neutiquam abscedendum. Hinc summa, & admiranda coniugalis copulæ virtus examinatur. Magis enim delinquit, qui coniugem, quàm qui patrem, aut matrem peremerit, Ideoq; licet bannitum patrem impunè occidere liceat, non tamen bannitum coniugem. Ad hæc maritali copula naturam ipsam superari constat. Nobta enim puella non ideo legitima censenda est, quod à legitimo patre sit orta, tametsi legitimo copulata viro illico legitima efficiatur. Eademq; statim desinit esse de foro, ac de familia patris, & transit in familiam viri, licet generis origo natura sit immutabilis. Deniq; mulier spondens pro filio carcerato non tenebitur, sed Velleiano gaudebit, at pro viro efficaciter obligabitur, adeo vt non sit locus Velleiano, quoniam virum redimens se ipsam videtur redimere &c.

CONS. LV.

Pro Literarum præstantia aduersus Arma.

ARdua, peruetusta, ac famigerata quæstio de præcellentia inter Arma, & Literas proponitur; non iuris apicibus, non argumentis, non syllogismis, non deniq; Togatorum arbitratibus dirempta, sed Iustiniani, et Sigismundi Aug. Cæsarum summorumq; Principum orbis moderatorum sententijs, quibus nil sanè dignius. Alfonsi Regis Arag. Sopborum, & Militum æquè Principis testimonio, quo nihil efficacius. Neapolitani Regni Italię Areopagi Constitutione, qua nil præstantius. Sacrosanctis Romanis iuribus, quibus nihil iustius. Praxi, & experientia, naturaliq; synteresi, qua nihil tutius. Diuino demum Oraculo, quo nihil sanctius, Togę victoriam decernentibus. Iisq; Massens. Principis, eiusq; Senatus auctoritas nuperrimè subnectitur.

CONS. LVI.

Pro Reu. D. Simone de Angelis.

DIsposita pro mundanis nuptijs, an, & quando ad spirituales nuptias trahantur, vel etiam contra votum disponentis. Contemplatiuæ vita dignitas subnectitur. Conditio si non nupserit de iure improbata

bata. Disposita fauore armatæ militiæ ad Coelestem militiam nonnunquam porrigũtur. Expressum quidnam dicatur in iure. Sacerdotalis dignitas quanta sit. Appellatione Monachorum, an, & quando veniant Clerici. Germana tex. ratio redditur ad tex. in § sed, & hoc presenti Auth. de Sanctiss. Episcop. improbata communi opinione, Monasterium haberi loco filiorum, quem textum vel etiam de incertis personis ad hæreditatem, seu legatum vocatis sentire, contra aliorum sententiam ostenditur. Vbi textus loquitur, sileant argumenta, Doctorumque ambages, in eo .n. omnis ratio, omnis pietas, omnis æquitas cõtinetur, de quibus dubitare graue nefas. Substitutus an, et quando excludat Monasterium. Rerum caussa, & ratio quanti sit latè examinatur. Fauore sanguinis latior sit interpretatio.

CONS. LVII.

Pro Claudia Surrentina.

N*Obilibus viduis de iure Consuet. Ciuit. Neap. debetur lectum viduale, non secus ac vestis lugubris, quasi pars alimentorum, sed an lectum viduale compensetur cum legato eisdem facto. Nunquid rectè opponatur compensatio in his, quæ respiciunt fauorem alimentorum. An, & quando compensetur legatum vxori factũ cum quarta eidem debita vigore Auth. preterea C. vnde vir, & vxor. Clausula generalis restringitur ad specificata, species enim interdum restringit genus, quemadmodum generalis dispositio non comprehendit, quæ in specie verisimiliter non fuissent disposita. Nunquid appellatione mobilium, veniant honestæ personæ nobiliter viuentes. Et ad hæc Decisio Mag. Cur. & Sac. Reg. Concil. Nap.*

CONS. LVIII.

Pro Baronissa Mont. & Campi.

N*Vlla maior prouidentia erga filios quàm parentum, hinc dicimus proximiores præsumi proniores erga minorum commoda. An, & quando Princeps, seu Iudex secularis possit præcipere, ne matrimonium contrahatur ipsis inconsultis. Et an sustineatur sequestratio puellæ sub præcepto, vt locum non egrediatur, neque matrimonium contrahat inconsulta Principis Curia, explosa Regni Constitutione matrimonij libertatem coarctante. Et quid in sequestratione, seu inhibitione inter pares genere, & natione, quidue inter impares, & alienigenas, maximè vero vbi agatur de transferẽdo feudo in exteros Coronæ Regia infidos, declarato Cap. Regis Caroli II. Et ad hæc Decisiones Supr. Concil. Regni Sicil. & Collateralis Concil. Neap.*

CONS. LIX.

Pro Creditoribus Io. Hieronymi Rispoli.

D*Ebitor scriptus hæres potest de iure hæreditatem respuere in fraudem creditorum, ad hæc ratio subnectitur. Aditio, quemadmodum recusatio hæreditatis sola animi destinatione inducitur. Paria de iure habentur, esse quid factum, vel de proximo faciundum, non secus, ac de proximo acquirendum pro acquisito habetur, & ad hoc exempla subnectuntur, illud autem de proximo euenturum de iure censetur, quod paullo post reapse secutum est. Hæreditatem quæsitam nullo pacto potest quis in creditorum fraudem respuere. In dubio respondendum contra tex. in l. qui autem ff. de his, quæ in fraud. credito. Et an textus ille militet in præiudicium creditoris hypothecarij. Hæreditatis repudiatio non permittenda in perniciem animarum; qui secus consuluerint vsque ad mortem nouerint peccare. Fraudis materia vitanda. In dubio pro christiana pietate, ac pro Religione decernendum.*

CONS.

CONS. LX.

Pro Hæredibus Ioannis Madij.

NVdum præceptum de non alienando sine caussa expressione nunquid obliget hæredem. Et quid inter fratres inuicem vocatos. Et an vltimus ex grauatis valeat disponere. Substitutio, seu fideicommissum an, & quando transeat in hæredes. Conditio apposita in primo fideicommisso vniuersali, an intelligatur repetita in secũdo particulari. Filij in conditione positi, an, & quando censeantur vocati. Prohibiti alienare, an prohibeantur inter se ipsos alienare. Quibus subnectitur quæstionis Decisio.

CONS. LXI.

Pro Francisco Rozzera.

HAEres scriptus est immittendus in possessionem, & multo magis in ea seruandus. An possessio probetur per librum publici catasti, & an per locationes fundi hæreditarij. Et quid vbi non constet de pensionis perceptione. Aditio hæreditatis ex quibus probetur, & an sit opus Decreto præambuli. An, & quando Decretum Præambuli interponatur parte non citata. Fideicommissarius ante restitutionem hæreditatis nullo pacto est hæres, & Decretum Præãbuli ad sui beneficium latũ est de iure nullum, & ad hæc Decretum S. R. C. Fideicommissarius tenetur capere à manu hæredis. Quod amplia etiam in fideicommisso puro, ac etiam vbi hæredi non competat detractio, seu facta per ipsum detractione quartarum, ac etiam data per testatorem facultate capiendi propria auctoritate. Et vel etiam si fideicommissarius reperiatur in possessione absque vitio. Immo etiam si auctore Pratore possideat, nam adhuc possessio est vitiosa, & reuocanda ad beneficium hæredis. Sequestrum, an, & quando possit per Iudicem fieri. Et quid altera parte possidente. Acta per Notarios Apostolicos, an, & quando in Regno sustineantur. Dotans sororem, vel neptem de bonis puellæ, an possit apponere legem quod dos ad ipsos reuertatur, & ad hæc Decisio Sac. Reg. Concil. Substitutio per hæc verba si absque filijs, aut in pupillari ætate decesserit, an expiret pubertate, adeo vt instituto non sit adempta facultas testandi, vbi sine filijs decedat, declarato tex. in l. generaliter C. de inst. & subst. In dubio contra fideicommissum est decernendum.

CONS. LXII.

Pro Ioanne Francisco, & alijs de Transo.

EXceptio falsitatis, præcipuè vero falsi documenti apud acta producti, an impediat cursũ iudicij ciuilis & quid si tale documentum fuerit per conuentos approbatum tacitè, vel expressè. Et quid vbi subsit præsumptio calumniæ ex parte opponentium. Et quid vbi Actorum integra fama, probataque conditio repugnet. Et quid in iudicio possessorio, quidue post conclusum in caussa, & an in Regno eiusmodi præiudicialis actio obsit ciuiliter agenti. Num instrumentum solenne, & sine vitio apud acta productum possit redargui, vbi penes Notarium, vel Archiuarium reperiatur in aliqua sui parte immutatum, vel cancellatum, & quousque Actuario sit de iure credendum. Quæ abundant, omissa, seu deleta non vitiant. Iudex, an, & quando possit moueri ex alijs, quæ non sint in iudicio, & processu, puta ex fide, seu testimonio illustrium, proborumq; virorum, maximè vero expertorum in arte. Et quid in notorijs, quidue vbi adsit in libello clausula, Omni meliori modo, siue clausula, Deducens omne ius &c. Quid denique in Sacro Regio Concil. Neap. Ad interpretationem tex. vbi latè DD. in l. illicitas §. veritas ff. de off. præs. Et ad hæc notabiles Decisiones Sacri Reg. Concil. Neap.



CONS. LXIII.

Pro Nobilibus, & Proceribus Neap. extra Sedilia.

Per incolatum animo permanendi illicò acquiritur ciuilitas, qua quidem ciuilitate contracta, ciues statim subsunt oneribus, quemadmodum potiuntur honoribus Ciuitatum, quas inhabitant. Quo fit vt non possit quicquam agi per publica Cõmunitatum regimina, nisi cunctis ciuibus in Concilium aduocatis. Hinc Nobiles, & Proceres Neapolitanos æquè omnes cũ coeteris Patritiis in Senatum de iure cooptandos esse traditur, non secus, ac Ciues, & Populares cũ coeteris sui Ordinis Popularibus (vt videmus) conueniunt, alioquin essent deterioris conditionis Nobiles, quàm Plebei, quod neutiquam est ferendum. Eoque magis quod Ciuitas longè melius, ac splendidius per Nobiles regatur. Interstq; Reip. Ordinem habere plenum, ideoque in dubio pro admissione ad Ordinem esse facilè decernendum. Quod olim peruetusta Vrbis consuetudine Neapoli seruatum testantur nostra Regesta, Vnusquisque enim nobilis statim atque vrbem incolebat cum coeteris sui Ordinis Nobilibus, & Patritijs conueniebat, & communicabat. Nec quicquam aduersatur longa possessio Patritiorum gaudentium Sedilium honoribus, qua fortè coeteri videantur excludi, Siquidem in præscriptionibus negatiuis non licere aliquid fieri, nulla currit præscriptio, nisi à tempore inhibitionis. Coeterum cum nunquam reliqui Nobiles, ac Reguli tulerint repulsam, consequens est, vt nunquam coeperit præscriptio. Item iuribus facultatis, prout Senatum adire, per non vsum, nullum inferri præiudicium. Itemq; nullam vnquam militare præscriptionem. aduersus publicam vtilitatem, prauasq; consuetudines temporum curriculo non conualescere. Neq; vero per alteram partem Populi, altera inaudita potuit de iure introduci consuetudo. Deniq; vel ipsos quidem clarissimos Patritios Neap. Sedilium honoribus gaudentes pro allectione coeterorum Nobilium nuper supplicasse Regię Maiestati ostenditur.

CONS. LXIV.

Pro Confessario adimplente sibi commissa pro exoneratione conscientiæ defuncti.

Liberatio generalis debitori facta an restringatur ad quantitatem solutam. Clausula vniuersalis num ad specificata dumtaxat referatur. Protestatio saluat, & conseruat iura. Ex libelli conclusione prænarrata facile declarantur, & limitantur. Actus qui duplici potest geri proposito per iuramẽtum declaratur. Ad generalem, & omnimodam liberationem quidnam de communi praxi exigatur. Consuetudo est altera Natura. Potentior est Natura, quàm Principatus. Hinc veteris consuetudinis vis, & effectus latè examinantur. Confessarij dicto parendum. Retractare dictum suum, propriamque allegare turpitudinem, an, & quando liceat. Numerus singularis pro plurali nonnunquam vsurpatur. In fauorabilibus verba potius in genere, quàm in specie sumenda, & extensionem facilè concedendam. Consequens trahit necessarium anteeedens, & è contra. Verbum Posse aliquando necessitatem importat. Ratio, quę vnica reddi potest pro expressa habetur Dispositio est interpretãda, ne inutilis, & frustratoria reddatur. In dubio pro caussa pia facilè respondendum.

FRANCISCI DE PETRIS IVRISCONS. NEAP.

Responsorum Iuris

SIVE

CONSILIORVM LIBER I.



CONSILIVM I.

Pro Aduocatis Neapolitanis.

AD ILLVSTRISS. ATQVE EXCELLENTIS.

ALCALENSIVM DVCEM REGNI VICARIVM

ARGVMENTVM.

Iuramentum de Calumnia in Regno Neapolitano non esse à Causidicis præstandum, Eiusq; iuramenti durities, & absurditas latè recensentur; præcipuè ob incertam ciuilis sapientiæ rationem, opinionumq; discrimina hactenus non perpensa. In primis vero summa Aduocatorum dignitas, ac præscripta libertas nouis inuentis ostenditur. Quibus à Principe, eiusque Collaterali Concilio maturius expensis Togatotum foro pax reddita. An. 1630.

SVMMARIVM.

1 *Tria proponuntur pro moderatione Regij præcepti de iuramento calumniæ, quod ab Aduocatis præstari mandatur.*

2 *Iurisconf. dignitas extollitur, qui honorati à summo ipsorum honore dicuntur. Item Illustres, Magnifici, Egregij, celsiores, clarissimi, splendidissimi, nobilissimi, Excellentissimi eminentissimi, sublimissimi, gloriosissimi.*

3 *Iurisconf. & Principes ijsdem insignibus honestantur.*

4 *Iurisconf. & Principes ex eodem genere.*

5 *Iurisconf. ijdemq; Imperatores.*

6 *Iurisconf. & Aduocati ex Imperiali familia Anycia, & Perleonia.*

7 *Iurisconf & Aduocati nostri temporis è Procerum gente.*

8 *Iurisconf. Cæsarum parentes, & maiores, vel saltem amici dicuntur, nunquam subditi.*

9 *Iurisconf. destinati Imperatores ex Traiani sententia.*

10 *Iurisconf. in impetu militari ab Imp.*

protectiuel eum maximo ipsius Imp. periculo.
11 *Iurisconf. & Galliæ Rex pari honore pacis osculi à Summo Pont. excepti, cæteri Magnates ad pedis osculum.*
12 *Iurisconf. & Aduocati, ipsorumq; familiares liberrimi, adeo vt neq; volentes subiugari queant.*
Byretum libertatis symbolum.
13 *Iurisconf. & Aduocati Iudicibus magnisq; Magistratibus non inuideant, quòd stare elegerint, & sedere contempserint.*
14 *Iurisconf. & Aduocatorum munus Reip. vtile, & necessarium.*
Aduocati militant. Aduocati iudiciorum Athletæ.
Aduocatis Magistratus instruuntur.
Aduocati domus totius Oraculum Ciuitatis.
15 *Iurisconf. & Aduocati munus Sanctissimũ. Legalis sapiẽtia est pars Theologiæ. Idem subiectum Theol. & iuristis. Iurisconf. Sacerdotes dicuntur. Magis merentur quàm Carthusienses. Iurisconf. multi inter cælestes Diuos relati.*
16 *Iurisconf. Honorati, liberi, Diuites, Pulchri, Regum Reges. Vno tantum Ioue minores, Horatij sententia ad hoc expensa.*
17 *Iuramenti calumniæ absurditas.*
18 *Vetera iura de iuramento ab Aduocatis præstando nunquam recepta, sed abrogata, & contraria consuetudine expuncta.*
19 *Praxis optima legum interpres.*
20 *Præscriptum est per longissima tempora contra iuramentum calumniæ.*
21 *Consuetudo vincit legem, & potentior est Principatu. Eius mirabiles effectus.*
22 *Lex de iuramento ab Aduocatis præstãdo captiosa. Captiones perpẽdũtur.*
23 *Opiniones DD. variæ, imo contrariæ, et ad hoc exempla.*
24 *Iurisconf. & Glossatores legum rationem ignorarunt, rerumq; dubia in de eisa reliquerunt.*
25 *Quæstiones insolubiles submittuntur.*
26 *Iurisconf. & ipsi legislatores in legum ratione subsisterunt, imo indecisas quæstiones quandoq; reliquerunt.*
27 *Quæstiones ob omnimodum dubium per sortem diremptæ.*
28 *Iudex ob rerum dubium cogit partes ad concordiam.*
29 *Quæstiones pro amicis quærũ dicuntur.*
30 *Quæstiones ob maximam dubium sequuntur per medium. Opiniones communes ignorantur &c. Antiquum tempus quid sit ignoratur.*
31 *Iurisconf. inter se ex professo contrarij.*
32 *Iurisconf. & ipsi legislatores in contrarias abierunt sententias.*
Communis contra communem.
Humanarum legum inconstantia.
33 *Legum ciuilium positiua, & incerta ratio.*
Iudex malè iudicans quare de delicto non teneatur, secus in Medico, & quare. Et ad hoc Plat. sententia.
34 *Iura duriora, quorum ratio latet submittuntur.*
35 *Iurisconf. & ipsi legislatores legum duritiem, & fallaciam fatentur.*
36 *Legum varij, imò contrarij intellectus.*
37 *Iurisconf. & Aduocati in dubijs in vtroque foro exeusantur.*
38 *Sententiæ sunt casus fortuiti.*
39 *Dubius litis euentus, ideo iurgantes fortunam experiuntur.*
40 *Aduocatis bonum ius fouentibus licet vti versutijs, & cauillis.*
41 *Æquitas naturalis versuto iuri præferenda. Apices iuris damnantur.*
42 *Iuramentum calumniæ caret certa, & legitima forma. Eius absurditas perpenditur.*
43 *Iurandi præceptum de calumnia sub ijs poenis totam subuertit Ciuitatem.*
Simplex iuramentum Romanorum iure tolerabile.
44 *Conclusio ad tria capita proposita, & Peroratio ad Principem pro moderando præcepto de iuramento calũnia sub ijs poenis infamiæ, & pecuniaria.*
45 *Quæstionis resolutio.*

Pro

1 RO moderatione Regij pręcepti de iuramēto ab Aduocatis præstando, tria potissimum (Princeps Excellentissime) perpendenda proponuntur, nimirum Aduocatorum dignitas, præscripta libertas, & iuramenti durities.

Magna quidem Iurisconsultorum dignitas, quam non prolixo, suspectoq; Nostratum testimonio, sed breui, ac syncero sacrarum legum Oraculo recensebo. Magna inquam iurisperitorum, potissimum verò Aduocatorum dignitas, atq; præstantia,
2 eatenus vt Honorati per Antonomasiam, à summo nimirum eorum honore, summaque amplitudine dicti fuerint, *l. fin. vbi Accur. C. de off. diu. Iudic. l. quisquis C. de postu.* Ijdemque Illustres, & Magnifici sacro Cæsarum testimonio nuncupantur, *tex. est in 1. const. C. & in Proęm. Inst.* quo loci vel ipse quidem Cæsar pari titulo Magnificus appellatur, quinimo Sophi supra Magnificos videntur locandi, teste Philosopho 4. *Ethi. cap. 2.* Itemque Egregij, Celsiores, & Clarissimi viri appellantur iurisperiti, *l. ad personas, vbi Accu. ff. de iureiur. l. custodias, ff. de pub iudi. l. 2. vbi Accu. C. de offi. diu. iudi.* atque adeo splendidissimi, *l. 2. §. eumq; hęc, C. de vet. iur. enucl.*, legali enim sapiētia vniuersum Orbem collustrari, & irradiari testantur Imp. *in Auth. habita, C. ne fil. pro pat.* & Pont. summus *in cap. fin. de magi.* Nobilissimi quoq; appellari consuerunt Iurisconsulti, & Aduocati, *l. diximus, §. fin. ff. de excu. tuto. l. prouidendum, C. de postu.* quem supremum honoris titulum Iurisconsultis inuidentes summi Cæsares vsurparunt, seq; pari titulo Nobilissimos iactitarunt, *l. quæris, ff. de natal. restit.* Vt omittam Iurisconsultos, & Principes æquè Dominos appellari, *l. Nesennius, ff. ad leg. falc. l. proximè, ff. de his, quę in test. del. gl. in Auth. habita ex eo. tex. C. ne fil. pro pa.* Quinimo Excellentissimi, Eminentissimi, Sublimissimi, & Gloriosissimi Imperiali titulo appellantur Iurisconsulti, *tex. est in l. 1. §. 1. C. de nou. Co. faci.* quorum præcelsa studia Imperator reuerentia prosequitur, *l. quicquid, C.*
3 *de Aduo. diu. iudici.* Ijsdemq; insignibus Iurisconsulti, & Principes pariter honestantur; Diademate, Purpura, Anulo insignitur Princeps, *Luc. in l. 4. C. de vest. olob. lib. 11.* quibus, & Iurisconf. condecoratur, *gl. & DD. in*
4 *clem. 2. de Magi.* Nimirum illustrium Iurisconsultorum, summorumq; Cæsarum idem est genus, nam è gente Sulpitia Seruius Iurisconf. & Galba Imp. eodem sanguine geniti sunt, Domitius Labeo Iurisconf. Imperiali gēte Domitia ortum traxit, Cocceius Nerua Imp. optimus, Coccei Neruæ Iurisconf. fuit filius, Iulianus Cæsar Iuliani iurisperiti fuit nepos, de quo audiamus Spartianum, qui vel summis quidem Consulibus præfert Iurisconsultos. *Didio Iuliano, qui post Pertinacem imperium adeptus est, proauus fuit Sabinus Iulianus, bis Consul. Pręf. Vrbis, & Iurisconf. quod magis eum nobilem fecit, &c.* Tandem (cæteris omissis) Gordianus Imp. AElij
5 Gordiani Iurisconf. fuit filius. Quinimo & ipsimet celsissimi Cęsares Iurisconsulti fuere, quoniam Cæsar, Octauius, Claudius Galba, Nerua Traianus, Adrianus, Antoninus, Pertinax, Iulianus, Macrinus, Seuerus, alijque, quos alibi latè retulimus iuri ciuili operam nauarunt, & Iurisconsulti primum, dein Imperatores fuere, nec desierunt in Imperio ius reddere, ac de iure passim respondere. Quod & posterioribus temporibus seruatum est,
6 Diuus enim Gregorius Imperiali Anycia familia olim Romæ diù caussas perorauit, Thomas de Perleonibus

de

de Vrbe, eadem Imperiali gente na-
tus sub Carolo eius nominis 3. & La-
dislao Regibus Neap. Iurisconf. &
Vicecancellarius fuisse legitur. Lu-
cas de Perleonibus eius pronepos,
(cęteris posthabitis) Romę quoque
paucis abhinc annis Aduocati mu-
7 nus obiuit. Hodie verò apud nos quis
non videt pręcipui ordinis Patritios,
summæq; nobilitatis Proceres eodē
aduocationis munere insigniri? Vt
meritò Honorati, Illustres, Magnifi-
ci, Egregij, Celsiores, Clarissimi, Splē-
didissimi, Nobilissimi, Excellentissi-
mi, Eminentissimi, Sublimissimi, &
Gloriosissimi nuncupentur Iuriscon-
8 sulti. Neque vnquam eos subditos,
aut inferiores, sed Parentes, Maiores,
Antecessores, vel saltē Amicos suos
appellarint Imperatores, eosdemque
Orbis imperio præfecerint, *l. diui, ff.
de iure patro. l. ex diui, C. de loca. l. vn. in
princ. vbi Accu. C. de caduc. toll. l. secun-
dum, C. de contr. stip. l. 1. §. quod nemo,
C. de vet. iure enu. l. 1. vbi Ang. C. de
9 sent. pass. Inst. in fin. Prooe.* Constās fuit
apud Romanos opinio Hispano illi
Traiano Imperatorum optimo id ani
mi fuisse, vt Neratium Priscum Iu-
risconf. non Adrianum nepotem sibi
successorem deligeret (Spartiano te-
ste) vsque adeo, vt Neratio aliquan-
do dixerit. *Commendo tibi Nerati
Prouincias meas, si quid mihi fatale
10 contigerit.* Alexander Imp. Vlpianum
Iurisconf. cui totius imperij admini-
strationem demandauerat ab impe-
tu, & furore militari, vel etiam sui
corporis obiectu, ac discrimine (di-
scant Principes) saluum, & incolu-
mem reddidit; Tanta est inter sum-
mos Cæsares, magnosque Iuriscon-
sultos necessitudo, animorumque
propensio. Vt non immerito Iuriscō-
sulti pars corporis Imperialis dican-
11 tur *l. quisquis C. ad leg. iul maie.* Cuius
præcellæ dignitatis non immemor
summus Pont. olim Galliæ Regem, &
Angelum Perusinum Iurisconf. ad
pacis osculum pariter excepit, cęte-
ros Principes, & Magnates ad pedis
osculum, *prout idemmet Ang. innuit
in l. 1. C. de sent pass.* & alibi latissimè
scripsimus.

Idcirco pro summa eorum ampli-
tudine liberi sunt Iurisconsulti, imò
12 liberrimi. Quid enim legali facul-
tate, & ingenuis Iurisconsultis libe-
rius, & immunius? à quibus seruitus,
omnisq; humilitas penitus abhorret,
*l. 1. §. proinde, ff. de var. & extraord.
cogni. l. quisquis, §. apud vrbem, C. de
postu.* ideoq; ab onere personali, atq;
ab omni famulatu, & seruili obsecun-
datione immunes, *l. sancimus, C. de
aduo. diue. iudicio.* Adeo (ò rarum li-
bertatis exemplum) vt neque volen-
tes vllis nexibus illigari queant, *l. 3.
C. eo. Bar. ex eo textu in l. medicos, C.
de prof. & medi. lib. 10. Ancha. in clem.
cùm sit de magi. Guido Pa. dec. 88. &
388. cum seq. Intriglio. sing. 96. lib. 2.*
Hinc byreto donantur Iureconsulti;
gl. in cle fi. de magi: quod planè liber-
tatis, atq; ingenuitatis est symbolum,
*l. vn. §. sed & qui, C. de lati. libe. toll.
Alex. Sard. de Mor. & Rit. gent. lib. 1.
cap. 1. Iaco. Midendor. Acad. vniuersi
orb. lib. 1. Alex. & Ripa in l. centurio ff.
vulg. Couar. var. Resol. lib. 2. cap. 1.
Duen. reg. 55. limit. 7. post Cyn. in l. mi-
lites C. de quæst. idemq; in l. 4. C. ad le.
iul. maie. quibus adde Hippo. in Praxi
crim. §. expedita num. 29. cum seq.*
13 Neque verò Iudicibus, summisque
Magistratibus inuideant Aduocati,
neue quicquam tantis honoribus de-
tractum putent, quòd state elegerint,
& sedere contempserint: verba sunt
Imp. in l. quisquis, in fi. C. de postu. Ea-
tenus autem Iurisconsulti, potissimū
verò Aduocati liberi sunt, & ab om-
ni onere immunes, vt vel etiam eorū
filij, & vxores, siue nuptæ, siue viduæ,
quinimo eorum fratres, & socij, tota-
que familia immunitate gaudeant,
*gl. in l. vlt. C. de mune. & hono. non conti.
lib. 10. consocia ex eo tex. in l. ad perso-*

nas, ff. de iureiura. Nat. conf. 1. & 65. lib. 1. Hippol. sing. 180. & nouissimè Menoch. de arbi. iudi. li. 2. cent. 4. casu 379. quod amplia vel etiam post depositam aduocationem, Felin. in c. quę in Ecclesiarum num. 81. de const. latè Gratia. Disce. For. cap. 186. nu. 3. lib. 1.

14 Nec immeritò tot priuilegia, tantæq; immunitates Adnocatis ciuili iure sunt indultæ, quandoquidem ipsorum munus, nedum est decorum, & laudabile, sed Reip. perquàm vtile, & in primis necessarium, l. nã Reip. ff. de noui. op. nunci. l. seruum. §. publicè ff. de procu. l. laudabile C. de Aduo diue. iudicum, l. Aduocati C. de Aduo. diue. iudici. auth. de Refer. in princ. vbi Accu. ver. vtiliores, Host. loco citat. Alb. in l. 1. C. de suffra. idemq; post Ias. in l. 1. n. 8. ff. de iust. & iure, audiamus Imperatorem in ea l. Aduocati. Aduocati, qui dirimunt ambigua facta caussarum, suaq; defensionis viribus sępè publicis in rebus, atq; priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant, non minus humano generi prouident, quàm qui in prælijs, atq; vulneribus patriam, parentesq; saluos faciunt. Neq; enim solos nostro Imperio militare credimus illos, qui gladijs, clypeis: atque thoracibus nituntur, sed etiam Aduocatos. Militant nanq; caussarum Patroni, qui gloriosę vocis munimine laborantium spem, vitam, posterosq; defendunt &c. Vnde vel etiam iudiciorum Athletæ dicuntur Aduocati, §. discipuli 2. in Prooe. ff. Aduocatis quoque Magistratus instruuntur, l. 2. §. post originem in fi. ff. de ori. iur. Quibus congruit sententia Cicer. in Orat. Aduocati domus totius est Oraculum Ciuitatis. Est enim res. Sanctissima ciuilis sapientia, l. 1. §. proinde ff. de

15 var. & ext. cogn. Quare Iurisconsulti Sacerdotes dicti sunt, l. 1. ff. de iust. & iure. Et vt inquit Lucas Pen. in l. 1. C. de prof. & med. lib. 10. legalis sapientia est pars Theologiæ, quinimo vtriusq; scientiæ, legalis nimirũ, & Theologicæ idem est subiectum. Cassan. Cat. glo. mu. par. 10. conf. 22. Vt merito multi Aduocati inter Cælestes Diuos sint relati, quos recenset Cassa. Catal. par. 7. conf. 29. post Hosti. in Prooe. Summę coi. 6. vbi prætulit actiuam Aduocatorum vitam contemplatiuæ Carthusiensiũ, vti magis fructiferam, ex tex. in c. nisi cum pridem de renu. Ex his patet insignes Iurisconf. inter cœtera dignitatũ fastigia Honoratos, ac Liberos haberi, vt iam

16 demonstrauimus. Eosdemq; Diuites, & Pulchros, imo Ditissimos, & Pulcherrimos Imperiali sententia censeri docet tex. in §. nos vero ver. Ditissimi ll. Oratores, §. & hos ver. Pulcherrimus Papinianus in Prooe. ff. Summa enim pulchritudine legalis disciplina est decorata, ibidẽ §. in secundo. Itaq; Diuites, Liberi, Honorati, Pulchri sunt Iurisconsulti ad summum Sapientes, ac propemodum Regum Reges, de quibus videtur sensisse magnus vates Horatius, cuius iudicium perpendamus Ep. lib. 1. ad Mecoe.

Ad summum sapiens vno minor est
Ioue, Diues,
Liber, Honoratus, Pulcher, Rex deniq; Regum.

Regum inquam Reges Iurisconsulti, vtpote Cæsarũ Patẽres, ac vniuersi terrarũ Orbis moderatores, & arbitri. Ideoq; imperiali titulo, sẽper, & vbiq; Felices, l. ex Diui C. de loca. l. humanũ C. de legi. in Proę. ff. in princ. Imp. Iustinia. Pius, Felix, d. §. discipuli in fi. ibi legũ Oratores vbiq; felices. In quo notãdũ operæpretiũ duxi, Cæsarẽ felicẽ dumtaxat appellari, Aduocatos vero, nedum felices, sed semper, & vbique felices; nimirum ille felicitatem à Iurisperitis sibi assidẽtibus mutuatur, l. iurisperitos ff. de excu. tuto. Castr. ex eo tex. in l. omniũ C. de testam. Aduocatos vero propria virtute pollentes, nõ satis videbatur felices dici, sed vbiq; felices oportuit nuncupari. Cur igitur Aduocati tantæ dignitatis, tantæque libertatis viri Matriculæ (vt aiunt)

aiunt) & iuramento calumniæ sub pœna infamiæ,ac trium librarum auri subijcientur? quod à præcelsa eorum amplitudine,& à longæua tot seculorum immunitate prorsus abhor-
17 ret, Cur Princeps Aduocatos, quos semper Patres,Maioresq; suos Imperatores dixere,sũmisq;honoribus cumulauere, quosq; vniuersi Orbis imperio præfecere, seruili mox nexu illigabit,& denigrabit? Cur legũ Oratores,quos Dirissimos,Pulcherrimos semperq; felices summi Cæsares acclamauere , mox depauperari,dehonestari , & infelicitari licebit?, Cur Aduocatos,quos Disertissimos , Facundissimos , & gloriosa voce munitos sacratissima iura decreuerunt,*d.l. Aduocati,l.* 1.*§.quod nemo C.de vet.iure enuc.*mox silere , & obmutescere continget? Cur deniq;caussarum Patronis turpis solicitudo iniungetur? contra Imperiale verbum in ea *l.sancimus C.de Aduo.diuer.iudicio*.

18 Neq;verò arguat quis legem istam de iuramento calumniæ ab Aduocatis præstando nihil noui statuere ,sed vetera Romanorum iura, priscasque Regni Constitutiones, & Pragmaticas restituere, siquidem ijsdẽmet armis libertatem tuebor. Ea enim iura vti parum æquitati consentanea nullo vnquam tempore fuerunt vsu recepta , sed per desuetudinem penitus deleta , & abrogata. Iam verò vt à Romanorum iure exordiamur , Imperator Iustinianus *in l. rem non nouam §. patroni C. de iudi.* Aduocatis, caussarumq; patronis iuramentũ (citra tamen pœnam) præcepit, id, quod nunquam in praxi fuisse seruatum testatur *Gl.in ver.tactis*,consocia *in §. vtriusque ver. subeunt Inst. de poen tem. litig.* vbi *lege*, inquit, *cautur , sed consuetudine non habetur*, atq; ita olim Fisco iuramentum exigenti fuisse obiectum refert *Aecu.in d.§. patroni*, & post ipsũ ita testatur *Bald. in d.l. rem non nouam num.* 6.*&* 7.subdens eam iurandi solennitatem leuem esse,non autem substantialem, neq; in praxi receptam.Nec mirum , cùm talis lex libertati,& amplitudini Iurisconsultis alias indultæ videatur repugnare , vt meritò contraria consuetudine sit expuncta . Quadere *Decretalem Gregor. X.* de iuramento ab Aduocatis præstando vti æquitati incongruam à libris Sacrorum Canonum fuisse penitus deletam, & abrogatam scribit *Alb. in ea l. rem non nouam*. Item *Regni Constitutionem Aduocatos sub tit. de præst.sacram. ab Aduo.* per quam iuramentum calumniæ ab Aduocatis præstandum cauetur sub pœna infamiæ,ac trium librarum auri toties quoties peiorari contigerit,nunquam fuisse vsu receptam testatur *Andr.de Isern.in Prooe. Const. co.* 13. Itemq; *Regiam Pragmat.* 21. *sub tit. de off. S. R. C.* per quam idem à Rege Ferd. I. fuerat statutum , consuetudine non haberi, minimèq; in praxi obseruari,testatur ibi *Dom. Regens Scipio Rouitus num.* 1. Cum verò sub Excellentissimo Prorege , optimoq; Principe Alcal. Duce Patruo tuo magno olim An.1566.per Regias literas fuisset Aduocatis indictum examen, prout refert *Cam. Salern. in Prooe.ad Consuet. Neap.in princ.*tamẽ à præfato prudentissimo Regni Vicario non fuit admissum. Quinimò *per Reg. Prag.* 23. *eo. ti.* Iurisconsulti , & Aduocati fuerunt penitus immunes declarati.Tandem cùm Excellentiss. Lemens.Comes Regni Vicarius proposuisset *in postremo Cap. Reg. Prag.* 28. *Capitum*, vt Aduocati , & Procuratores iuramentum præstarent , sub forma tamen per ipsum emananda ; bonus,& prudens Princeps nunquam talem formam edidit,noscens eam iuramenti legem æquitati incongruã; Vnde si vel simplex iuramentum Põtificio,Cæsareoq;iure indictum,consuetudine non eit admissum; quanto minus iuramentum sub ijs pœnis in-

famiæ, ac pecuniaria? Deniq; si per tot secula ea lex de iuramẽto ab Aduocatis præstando non fuit vsu recepta, sed penitus aboleta, & abrogata, consequens est, vt Reip. saluti non expediat, *tex.* est *in l. 2. ff. de constit.*
19 *Princ.* Optima enim legum interpres est praxis, *l. si de interpretatione ff. de legi.* Minimè autem mutanda, quæ longam habuerunt interpretationẽ; & consuetudinem, *l. minimè ff. eo.* cùm cœteris cõgestis per *D. Regẽtem Rouitum super Rub. Prag. de appell. nu.* 15. post *Philo. 6. Ethi.*
20 Ideoq; contra eam legem per non vsum iam fuit de iure præscriptum, *tex.* est *in l. 1. §. sed & si quæ leges C. de vet. iure enu.* arg. *l. fin.* vbi *DD. C. quæ sit lon. consuet.* Quoniam in his, quæ prohibitionem, & negationem continent, puta quod aliquid fieri non possit, currit vtique præscriptio ab eo quidem tempore, quo fuit tentatum, & non obtentum, vt in facto nostro, *Gl. in l. 1. C. de seru. & aqua.* vbi etiam *Bar. in 2. opp. Bal in l. 2. C. eo. tit. Abb. in cap. significante de appell. Ias. in l. quominus num.* 31. *cum seq. ff. de flumin.* cum cœteris ab eo congestis. Et in proprijs terminis est apertus, & singularis *tex. in l. cùm de consuetudine ff. de leg.* ibi, *cõtradicto iudicio consuetudo firmata.* Quadere cùm per mille annos fuerit toties tentatum iuramentum, & non obtentum, constat contra eam legem sæpius de iure præscriptum.
21 Sed altius rem prosequendo considerare oportet per longam consuetudinem vinci legem, vt inquit *Bal. in c. 1. de natu. feudi*, est *tex. in l. item* vbi *Accu. ff. quod cuiu. vni. nom.* per *DD. in l. 1. C. quę sit longa consuetu. Ange. conf.* 52. *In quęstione proposita*, facit *tex. in c. erit autem lex* 4. *d.* ibi *secundum consuetudinem*, consonat *tex. in l. diuturna consuetudo, cum seq. ff. de legi.* optimus *tex.* in proprijs terminis, qui quæstionẽ decidit *in d. l. 1. §. sed et si quę leges, C. de vet. iure enucl.* hisce verbis *Sed et si quę leges iam per desuetudinẽ abierunt, nullo modo easdem poni permittimus, cùm hęc tantummodo obtinere volumus, quę vel iudiciorum frequentissimus ordo, vel longa consuetudo comprobauit.* Eatenus vt longissima consuetudo liget etiam Principem, potẽtior enim est Natura, quàm Principatus, *Isern. in Rub. de consuet. recti feudi, Bal. in c. 1. de nat. feudi*, idẽq; *in c. 1. §. & quia col. 11. de his, qui feu. dar. pos.* nimium consuetudo est altera natura, *Bald. in auth. omnes peregrini C. comm. de success. Tiraq. de Retr. conu. §. 1 gl. 2. num. 5. Andr. de Iser. in Prooe. Const. Regni*, quem refert, & sequitur *Affl. in Prælud. earundem Const q. 6. nu. 4. cum seq.* Vt merito ante omnia sit spectanda consuetudo, quæ cœtera vincit, *l. si seruus plurium §. fin. ff. de leg.* 1. consonat Ouidianum illud, *Nil consuetudine maius*, vsque adeo, vt vel etiam peruetusta erroris consuetudo toleretur, nec quicquam contra eam sit statuendum, sing. *tex. in l. iusto ff. de vsucap.* ad hęc *tex. in l. fin. ff. de aq. plu. arce.* quem solennem, semperque allegandum exclamat *Ias. in l. quominus num.* 44. *ff. de flumin.* quibus addo mirab. *textum in l. vẽditor §. fi. ff. com. prẹd.* vbi sustinetur vetus consuetudo contra ipsum Iulgentium.
22 Maximè verò in consuetudine tam rationabili contra legem æquitati parum consentaneam, quæ tanquam obscura, & captiosa non est à Principe admittenda, *c. Abbate vers. si verò de verb. signif.* Mandat enim lex sub pœna infamię, ac trium librarum auri, ne committatur calumnia, neue suscipiatur patrocinium caussæ iniustæ, cum cœteris ad sacramẽtum calumniæ congestis per *Affl. in dict. Const. Aduocatos n. 1.* post *Glo. in c. 1. de iuram. calumn.*
23 Sed qua statera perpendemus calumniam, qua mensura metiemur iniustitiam? cùm innumeræ sint caussarum

ſarum rationes hincinde, infinita fa-
cti,& iuris pro vtraque parte merita
variæque,imò contrariæ Doctorum
ſententiæ,adeo, vt quandoque igno-
retur veritas,quod noſtra tempeſtate
Mediolani contigiſſe refert *Polido.*
*Ripa deciſ.*21. *& Viuius deciſ.*92. in
ardua ſanè quæſtione, atq;adeo in
proceloſo opinionum diſcrimine,in
quo diù anceps Mediol. Senatus ,
tandem ſyrtibus obrutus rem planè
indeciſam reliquit, idemq; Neapo-
litano Senatui contigiſſe refert *Afſl.*
*dec.*384.*in fi.*Non ſecus,ac olim Aſiæ
Proconſuli , Athenienſium,ac Mile-
ſiorum Senatibus itidem contigiſſe,
qui ob inextricabile dubium , rem
omnem indeciſam dimiſerunt . Aſiæ
autem Proconſul quæſtionem deci-
dere diffiſus , eā ad Areopagitas gra-
uiſſimos tum omnium Iudices de-
mandaſſe fertur, qui adhuc rei dubiū
reſoluere diffidentes, iuſſerunt Acto-
rem , & Reum poſt centum annos ad
ſe reuerti , ſignificantes inſolubilem
quæſtionis perplexitatem, refert *Va-*
*ler.Memorab.lib.*4.*&* 8.*& Gell.Noct.*
*Atti. lib.*5.*cap.*10. *& lib.*12. *cap.*7. *&*
lib. 14.*cap.* 2. Quod latius proſequi-
mur *Feſt. Lect.lib.*1.*c.*6.*& lib.*2.*cap.*1.
*q.*11.*Nihil autem inter homines tàm in*
dubium,tamque indubitabile, vt non
poſſit ſuſcipere dubitationem , verba
ſunt *Imper.in* §. *& non fingant Auth.*
de Tabellio. Hinc dicimus leges in
caſu dubitabili eſſe poſitas , *l. Domi-*
tius ff.de teſta.l.ancillæ C. de furt. Ni-
hil in iure ſine controuerſia inquit
Tiraq.de Retra.conu.§.1.*gl.*2.*num.*26.
hiſce verbis , *Nihil eſt in iure noſtro nō*
controuerſum , ſiuè id faciat legum
obſcuritas, ſiuè contradicendi ſtudium
multis innatum , ſiuè oſtentatio, & glo-
riæ cupiditas , non paucis quoq; ingeni-
ta , humanitatis quædam infelicitas ,
ſiuè aliud quidpiam . Quot capita ,
imò quot capilli, tot ſententiæ, quo-
niam vni,ijdemq; DD.ſibi ipſis con-
traij non erubuerunt hincinde pro
vtraq; parte reſpondere , contra quos
inuehit *Aymon.de antiqui.temp. par.*4.
fol.mihi 169.*&* 189.quē refert *Frāch.*
*dec.*105.*nu.*22.poſt *Menoch. Arb.Iud.*
lib. 1. *q.* 68. *num.*48. cui ſuccinit *Io.*
Franc.de Pōte deciſ.vlt.in fine, idemq;
de Aſſen. Reg. ſuper dote num. 33. poſt
*Theſau.deciſ.*134. *&* 206. *Franch. de-*
*ciſ.*238.*gl.*ex eo tex.de Neapolitanis
diſcordantibus *in c. nec nouum* 8.*q.*1.
faciunt dicta *per D. Regentem Roui-*
tum ſuper Pragm. 1. *vbi de delict. nu.*
22. cum cęteris à nobis ſuperius cu-
mulatis . *Facilis hominum diſſenſus*
inquit *Bald.in c. ad hoc de poſtu. præl.*
Naturalis hominum ad diſſentiendum
*facilitas,*inquit *tex.in l. item ſi vnus* §.
24 *principaliter ff.de arb* Quinimo in du-
bijs quęſtionibus inſignes Gloſſato-
res Rogerius, & Io.alter *Neſcio,* alter
Soluat Apollo, reſpōderūt *in l. ſi cui ff.*
*de leg.*3.*& in l.*2.*ff.ad leg.Aqui.Neſcio*
inquit *Petrus* ille *Baialardus* Sopho-
rū Princeps, quē refert Accurſius *in*
l.quinque pedum C.fi.regu. Adhuc ſub
*Iudice lis eſt,*reſpondet idem *Accu. in*
l.ex conſenſu § *fi. ff. de ſup. leg. Neſcio*
inquit *Bar. in l.iuriſg.*§. *pretor ff. de*
pact.Fateor nō intelligere, inquit *Socc.*
poſt *Caſtr.in l.ſi hęres* §. *ſi Reip. ff. ad*
25 *leg. falc.* Quoniam non omnium cer-
ta ratio reddi poteſt , vulg. *l. non om-*
*nium ff.de legi.*Inſolubiles quęſtiones
proponunt *Accu. in l.*2.§.1. *ff. ne quid*
in loco pub. Bar.in l. Arethuſa ff.de ſta.
*hom. Bal.in l. omnes pop. num.*11.*ff. de*
iuſt.& iu.Felin.in cap. capitulum San-
ctę Crucis de reſcri. Barba. in Prooe.
Clem. idemq; *in cap. literas de iuram.*
cal.& in cap. quoniam,vt lite non con-
*teſt.Iaſ.in l.ita ſtipulatus num.*18.*ff.de*
verbor.obligat.Steph.Fede. de interpre.
*leg.*alijque, quos latè retulimus *Feſt.*
*lect.lib.*2.*c.*1.
26 Quid plura? in dubijs quæſtioni-
bus ſubſiſtere aliquando vel ipſi qui-
dem ſapientiæ vertices Iuriſconſulti,
*l ſi me, & Titium,*ibi *ſubſiſto, ff.ſi cert.*
*pet.l.ſeruum quoque,*ibi *ſubſiſtimus, ff.*
de

de procu. Ideoque per verbum credo aliquando responderunt *l. si quis filio §. irritum ff. de iniu. testam. l. si fideiussor §. 1. ff. mandati.* Imò sub dubio forsitan & fortasse *l. si duo ff. de arb. l. mutus ff. de procur.* Quinimo nedum substiterunt, sed ob insolubile rei dubiũ quæstiones prorsus indecisas reliquerunt, *tex. est in l. quoties, ff. de vsufr. l. qui soluendo, cum seq. ff. de hæred. instit. l. si Titius, ff. de cond. instit. l. qui*
27 *quadringenta, ff. ad leg. falcid.* Hinc ob omnimodũ rerum dubium quæstiones per sortem dirimendas putarunt Legislatores, *l. sed cùm ambo, ff. de iudi. l. si qui sunt, ff. fam. hercisc. l. generaliter, §. proinde, ff. de fideicom. libe. l. quoties, vbi Accu. ff. de vsufr. l. fin. C. commu. de lega. §. optionis, Instit. de lega.* Quocirca in ancipiti quæstione in iure versante non temerè Iudex litẽ per sortem terminabit *gl. in l. 2. §. 1. ff. ne quid in loco publi. Bart. in l. si duo, ff. vti possid. Tiraq. de Primogen. quæst.*
28 *17. op. 1. Thes. decis. 206. num. 9.* Eademque ratione potest Iudex in obscurioribus rerum dubijs cogere partes ad concordiam, & ad componendas inter se æquanimiter controuersias. *Host. in Sum. de Dilatio. §. 1. & §. & quibus. Guliel. in Speculo de præpar. iudici. §. 1. vbi Io. And. in additio. Bal. in l. æquissimũ ff. de vsufr. But. in c. de mut. peti. Belluga. Spec. Princip. Rub. de princ. prohib. mili. guer. arg. l. ex stip. C. de sent. & interl. om. ind. & c. placuit*
29 *d. 90.* Dantur etiã in iure quæstiones adeò dubiæ, & perplexæ, vt in alterutram partem liceat iusdicenti pro arbitrio inclinare, quas quidem questiones pro amico appellat *Bald. post Io. Andr. in cap. ne innitaris, de const. Abb. & Det. in cap. 1. eo. tit. Ias. in l. post dotem ff. sol. matrim.* Sunt, & sexcenta, quæ sub certa regula claudi non possunt, *argum. l. non possunt, ff. de leg.* ideoque arbitrio Iudicis relinquuntur, vt post alios *Tho. Parpal. in l. 1. nu. 45. ff. solut. matrim. & latissimè Iac. Menoch. de arbitr. Iud.* Vnde prudentes Aduocati captantes fauoris aurã, reddunt sibi Iudices beneuolos, eos vocando Doctissimos, Humanissimos, Integerrimos, vt inquit *Abb. in cap. consuluit, de off. deleg.* Adhæc gratificationi aliquando esse locum nõ ignoramus, *tex. est in l. fin. vbi latè Accu. ff. de relig. & sumpt. fune. arg. l. 3. §. si cùm omnes, ff. ad Syllan.* Id, quod nõ omnino probat *Thes. loco cit.* cùm potius eo casu res sit diuidẽda per me-
30 dium. Tanta est aliquando rerum obscuritas, vt non erubescant ciuilia iura altercationes secare per mediũ more rusticorum, *Ant. Cora. de Com. opin. lib. 2. in fin. Affl. decis. 13. in fine, Capyc. decis. 21. in fine, Boer. decis. 42. in fin. Thes. decis. 88. in fin. arg. tex. in §. cùm ex aliena, ibi media via, Inst. de rer. diui. l. antiqui, ibi medietatem quãdam, ff. si pars hær. pet.*

Mitto facti controuersias, probationum ambiguitates, testium conflictum, instrumentorum perplexitatem, totius denique rei obscuritatẽ, quæ vel Oedipum fallunt, *l. 2. ff. de iu. & fa. igno.* id, quod cæteris omissis, innuit *D. Reg. Rouitus super Rub. Prag. de postul. n. 5.* Neque verò communis opinio, quæ in iudicando, & patrocinando sequenda est, vt inquit *Cora. de com. op. in Præfat. num. 30. post DD. in cap. 1. de const.* à tantis nos anfractibus liberabit, Quoniam quænã sit communior sæpius ignoratur, vt quæ apud plures plurifariam definiatur, vt per *DD. in l. vt vim, ff. de iustit. & iu. Menoch. de arbi. Iudi. lib. 2. cent. 3. casu 339. Ant. Cora. de Com. opin. lib. 1. tit. 3.* Alij enim solam Glossam cõstituere communem opinionem arbitrantur, Alij Glossam, & Bartolum, Alij Glossam, & alium quempiam Doctorem *Guido Pap. decis. 277.* Alij tres vti perfecto numero, Alij quatuor, Alij septem DD. vti placuit *Ant. Cora. de Comm. opin. lib. 1. tit. 3.* Alij frequentiori calculo putant cõ-

munem opinionem constare excessu numeri, & auctoritatis, plerique solius auctoritatis excessu, prout scribit *Alex.cons.202.vol.7.* Alij tunc demū auctoritati deferendum, si numerus aduersantium non fuerit duplo maior, vt auctor est *Mathesil. in tract. de elect.ver. opinio.* Verumtamen, quænam maior auctoritas, hoc opus, Nōnulli enim antiquioribus, ceu auctoritate præpollentibus deferendum credunt *Bal.in l.fin.C.de edi. diui Adr. toll.* vbi antiquos præstare numero, pondere, & mensura scribit, eatenus vt vnus ex antiquioribus vendicet sibi auctoritatem trium ex recentioribus, Atqui non modicæ est prouinciæ dignoscere quinam inter antiquos censeantur, & quousque veteres à neotericis distent; cùm antiquū tempus in iure non satis constet, Alij enim 10., alij 20., alij 30., alij 40. alij 50. alij 70., alij 90., alij denique centum annorum curricula exigunt, *vt not. Menoch.de arbi. Iudi.lib.2.cent. 1.casu 3.post Alex.cons.90.lib.6. quem ad hoc refert D.Reg.Tap.deci.supr.Cōc. 11.* cum cæteris ab eo congestis. Quidam deferendum credunt auctoritati eorum, qui plura, alij, qui grauiora scripta reliquerint, Alij ingeniosioribus, vtpotè qui maiora ingenij monumenta ediderint, Alij solidiori doctrina viris, vt auctor est *Cora. loc. cit.* Alij Iustitiæ magis, quam lucri zelo scribentibus, ideoque magis repetētibus, quàm consulentibus, vt innuit *Det.in l.precibus, C.de imp.* Alij veritatis tuendæ potius, quàm ostētationis, aut contradicendi studio arma induentibus, vti de Beluisio in Butrigarium, de Barbatia in Alexandrum, de Detio in Iasonem tradit *Thes. in Præf.ad decis.num.5.* Deque Baldo in Bartolum scribit *Tiraq.de Retr.conue. §.4.glo.6.num.12.* Alij consulentibus magis, quàm disputantibus, Alij distinguētibus, Alij fauorabiliorem, Cæteri æquiorem sententiam sectātibus, prout *Cora. loco citato post Cur. sent. cons.51. num.22. & Ang.in l.sequitur, ff.de ver.obli.* Alij eam opinionem sequendam, secundum quam alias fuerit iudicatum, licet contraria opinio sit receptior, *prout Franch.decis.238.* Alij denique alia, quæ omnia longum esset recensere, adeo vt Alciatus diffisus certam regulā statuere; rem omnem arbitrio Iudicis reliquerit, *in l.1.num.44.ff.si cer.pet.* Sūt enim, qui affirmatiuam aiūt communem, contra verò, qui negatiuam testantur magis communem, *not.Vrsill. ad Affl.dec.367.num.1.& 13;post Det. cons.228.& 236.* Eatenus vt recētiores Hispani volumina ediderint de communi contra communem, de quo latius scripsimus *Fest. lect. lib.1. cap.6.num.3.* Adde communes opiniones cursu temporis facilè immutari, vt quæ hodie sit communis opinio, hinc ad paucos annos recentiorum auctoritate desinat esse talis, vt tradit *Socc.iun.cons.158. num. 21.lib. 2.& cons.174.num.21.eo.lib.Idemque cons.110.num.20. lib. 3. & cons. 145. num.35.eo.lib.Gratus cons.48.nu.12. lib.1.* Eaque ratione factum crediderim, vt licet iuxta communem sit iudicandum, quod vel etiam ad iurgātes, & patrocinātes extenditur, *vt per Cora.lib.3.tit. 10. cum seq.* solius tamen Doctoris opinio constituit quē in bona fide, excusat reum ab expensis, & saluat contractum, alioquin de iure nullum, *Bal.in cap.1.§.Iudices de pac.tene.idemq; in l.obseruandū, §.proficisci de off.proc.* Quis enim communem indagabit? quod latius prosequimur *loco citato num. 15.ex Alcia. de Præsu.reg.5.præsu.51.Guido Papa decis.277.Mathesil.sing.81. Affl. dec. 87.in fin.Mascard.de prob.concl.1143* cum cæteris eo congestis.

Iamuerò vel etiam inter ipsos quidem Magnos Iurisconsultos, & Legislatores, contrarias fuisse scholas, & aduersantes opiniones scribit *Soccin.cons.150.post Alex.in l.1. ff. si cert. pet.* Quod testantur *Cice. pro Cecin.* & ipsi

ipsi Cæsares legum arbitri in *l. ambiguitatem cum tribus sequ.* C. *de vsufr. l. fi. C. de sent. pass. l. pen. C. de cond. ind. l. vlt. C. de fer. l. maximum vitium C. de lib. præter.* quoniam veritas inter disceptandum sæpius inuenitur, *cap. graue 35. q. 9.* Proculiani enim, & Cassiani plurimum inter se dissiderunt. Hinc Massurius, & Sabinus, illinc Nerua, & Pegasus *l. 1. ff. de orig. iur.* Seruius in Mutium, Paulus in Labeonem, Labeo in Trebatiũ, Marcellus in Iulianum, Marcianus in Marcellum, Vlpianus in Papinianũ, Triphonius in Scæuolam, Nerua, & Proculus in Brutum, & Manilium, Celsus in Proculum, imò & in Celsũ patrem arma induerunt, notasq; conscripserũt, cùm cæteris, *quæ ad cap. 9. lib. 3. Fest. lect.* latè congessimus, Nec omiserim quod *Cic. de Fini. lib. 1.* scriptum reliquit, magnam nimirum inter Iurisconf. contentionem fuisse, num partus ancillę in fructu sit habendus. Non modicam quoque inter Iurisperitos constat fuisse disceptationem, quidnam supellectilis appellatione contineatur, id, quod refert *Alex. noster ab Alex. Gen. die. lib. 1. c. 19.* Quo pertinet humanarum legum inconstantia, *cap. non debet de consangui. & affinit.* Scimus enim Pandectarum, seu Digestorũ iura imperatorijs Institutionibus. Institutiones verò Codicis Constitutionibus. Constitutiones denique Authẽticis nouellis corrigi, & abrogari. Quæ omnia Regni nostri Constitutionibus. Constitutiones autem tot Ritibus, Capitulis, Pragmaticis sæpius inter se dissidentibus contingit expungi, & innouari, vt omittam municipale ius Consuetudinarium, quo cætera abdicantur, de quibus diximus *Fest. lect. lib. 1. cap. 6. num. 7.* Quis igitur inter tot inuicẽ aduersantium opinionum, ac iurium fluxus, refluxus non pethorrescat, & naufragetur?

Denique vt altiori indagine rem concludentes, tanti discriminis caussam reddamus, meminisse operæpretium duxi, ciuilis sapientiæ salebro-
33 sam, & incertam plerunque haberi rationem, quod non ita contingit apud Philosophos, apud quos certior sæpius est ratio. Hinc licet Physicus ex imperitia malè agens veri delicti reus efficiatur, *§. præterea, Inst. de le. Aquil.* inscitia enim latæ culpæ ascribitur, *l. latæ culpę, ff. de verb. signif. l. imperitia, ff. de reg. iur.* Nihilominus Iurista ex imperitia malè agens nonnisi quasi delicti tenetur, *Instit. de oblig. quæ ex quasi del. nasc. glo. in l. ex maleficijs, ff. de act. & oblig.* nimirum naturalis philosophia videtur quasi demonstratiua, moralis autem non vtique, sed magis positiua, quã quidem positiuam iustitiam appellat peregrina *glo. in l. fi. ff. de publ. act.* Inquit enim ibi magnus Accur. duplicem esse iustitiam, altera primitiua, seu naturalis, de qua *in l. iure naturæ, ff. de reg. iur.* alterã positiua, seu ciuilis, de
34 qua in eo tex. Positiua inquam iustitiæ ratio, & quæ facilè fallit arg. *notab. tex. in l. sed etsi, §. fin. ff. de iud.* Perbellè *Cassan. Catal. par. 10. conf. 25. vers. Nono, dicit Barbatia, Bal. ex eo tex. perquã duro in l. tribus, ff. de vsufr. ea. re. Dinus ex eo tex. satis dubitabili in l. si alij fundum, ff. de vsuf. leg. Castr. ex eo tex. sanè admirabili in l. deducta, §. qui post tempus, ff. ad* Trebellian. *quẽ refert Frrnch. decis. 49.* & larius diximus *Fest. lect. lib. 2. cap. 12. cum sequ.* ex tex. maximè dubio *in l. venditor ex hæreditate, vers. sed hoc, ff. de hær. vel act. vend.* cuius meminit *Capyc. decis. 194. num. 16.* quibus adde *tex. in l. patronus §. 1. ff. de leg. 3. l. si quis ita legauerit ff. de auro, & arg. lega. l. si tibi decem millia ff. de vsuf. ear. re. l. sicui fũdũ in 2. resp. ff. de fu. instr. Auth. cõtra si rogatus* C. *ad trebell. l. si duos §. cum in bello, l. quod de pariter cum seq. l. qui habebat ff. de reb. dubijs l. senatus §. legatũ ff. de leg. 1. iuncto tex. in l. fideicom.*

§. quanquam ff. de leg. 3. eum gloss. Quorum quidē iurium (cæteris omissis) vix ratio reddi potest, quoniam eminenriori nituntur indagine, quā vt eā assequi valeamus; Lex enim est inuentio quædam, & donum Dei, *l. 2. ff. de legi.* Positiua inquam ciuilis ratio, non tamen vulgaris; aut communis, sed à Deo speciali quodam munere Legislatoribus indita *l. fin. ibi, subtilissimo animo, & Diuino quodam motu, C. de præscript. long. temp.* consonat Platonis sententia, qui ciuilium legum Iouem dicit esse auctorē, cęterarum verò scientiarum, bonarūq; artium Prometheum, hoc est humanam prouidentiam. Hinc nostros Iureconsultos habuisse intellectum satis transcendentem, docet *Bal. in l. omnes populi, num. 18. ff. de iust. & iure;* Positiua inquam ciuilis ratio, & quę

35 facilè fallit Quod vel ipsa quidem sacratissima iura farentur, *l. non omnium, ff. de legi. l. ita vulneratus. §. quod si quis, ff. ad leg. Aquil. l. prospexit. ff. qui, & à quib. l. si quis Sempronium, ff. de her. inst. iuncta l. 1. ff. de leg. 2. l. si seruum, §. sequitur, vers. plerunq; de ver.*

36 *obl.* Quapropter ciuilia iura varios, imò contrarios interdum patiuntur intellectus *DD. ex eo tex. in l. vbi pactum. C. de trans.* quem textum vndetriginta diuersos, aduersantesq; recipere inrellectus, testatur ibi *Ias. in princ.* faciunt dicta *per eundem Ias. in l. ita stipulatus, la grande col. 15. de ver. obl.* Quadere eadem iura ad diuersa, imò ad contraria contingit hinc inde ab Aduocatis non temerè allegari *Bar. in l. in ambiguo, num. 2. ff. de re.*

37 *dub.* Meritoque excusari Aduocatos, qui in abstrusioribus iuris articulis errore labantur, *tradit glo. in §. 1. Instit. de obl. quæ ex quasi del. nascu. consocia in cap. temerarium 11. q. 3.* quas sequitur *Ias. in l. quod te, num. 35. ff. si cert. pet. idemque post Bar. in l. cum prolatis ff. de re iudi. Ab. in cap. apostolicæ de appell. Gemin. cons. 78. faciunt dicta per Capyc. decis. 69. num. 24.* Quod vel etiam ad forum Poli porrigitur *Bal. in cap. fi. 2. col. de consuetud. quem refert Affl. decis. 384. in fi. idemque in cap. 1. §. iudices de pace tene.*

38 Ex his omnibus, planè contingit, vt caussa, quę in prima instantia visa fuit iusta, & plausibilis, in secūda instātia reperta sit minus iusta, & sententia fuerit retractata, & è contra; quod passim experimur. Audiamus Ioānem Franciscum de Ponte Iurisconsl. consumatiss. Regiumque Supremi Ord. à latere Senatorem, tot tantaque per sexaginta continentes annos, tùm patrocinando, tùm iudicando expertum in sua *decis. 34. in fi. Sētentiæ sunt casus fortuiti; vidimus enim vno tempore iuris articulum discussum, & decisum vno modo, postea verò totum oppositum, quot capita, tot sententiæ. Quid autem in hac temporum inconstantia, atque tempestate poterit prudens Aduocatus consulere? pendente omni, & toto à voluntate volubili, & ab impressione,*

39 *prout Deus scit, &c.* Hinc dubium, & incertum litis euentum inquit *tex. in l. quod debitor ff. de pecu. & in Auth. vlt. C. de litig.* Vt meriro iurgantes fortunam experiti dixerit *Imp. in l. vn. C. quando Imp. inter pup. & vidu.* consonat Senecę carmen

Fortuna litis sēper ancipiti in loco est.

40 Licere autem Aduocatis vti subtilitatibus, & cauillationibus ad veritatem, & iustitiam tuendam, non semel est iure cautum, *l. 1. §. 1. vbi Accurs. ver. deseruiunt, & §. non fuit, ff. de dolo.* Ideoque aduersus malitiam malitijs est pugnandum *gl. in cap. cupientes, in princ. de elect. lib. 6. DD. in cap. sedes, de rescript. Bal. in rub. C. de fide instrum. Ang. in l. maritus, ff. de vsuris.* Nec enim videtur quis dolo fecisse, cùm fraudem excluserit, *inquit tex. in l. cùm pater, §. Titio, ff. de leg. 2.* Hinc fit, vt Aduocatus fouens iustam caussam,

sam,non prohibeatur vti quandoque versutijs, & subterfugijs ad eludendum,& conuincendum iniquum aduersarium (noxios dolos,dolosa mēdacia,mēdaces anfractus excipimus, *glo. in cap. Dominus noster 23.q.2. Det. in cap. ea est natura,ff. de reg. iur Hippol.sing.*177.*Couarr. Variar. resol.lib. 1.cap.2.* cum cæteris per nos conge-
41 stis *lib.2.cap.4. Festiu.lect.* Quemadmodum fouens naturalem æquitatē, & innocentiam contra versuti iuris præstigia,& sophismata,argum.*l.cum ita,ibi,præstigia versuti iuris, Cod.de adult.l.pen.ibi,non oportet ius ciuile calumniari,nec verba eius captari, ff. ad exhib.* Plerunque enim sub auctoritate stricti iuris perniciosè contingit errari,*tex.notab. iuncta glo. in l. si seruum,§.sequitur,ff.de verb.oblig.* Siquidem bonæ fidei non conuenit de apicibus iuris disputare,peregrinus *tex. in l.si fideiussor, §. quædam,ff. manda.* Ideoque subtilitates non admitti,inquit sing.*tex.in l.sicut, §.si debitor, ff. quib.mod.pign.vel hyp.solu.facit tex.in proprijs terminis in l. proximè,ff.de his, quæ in test. del.* vbi Imperator Antoninus humanissimè cum Aduocatis agens æquè omnes audit, æquiorem tamen exaudit: Quippe cùm apices iuris in foro conscientiæ non excusēt *Bald.in cap.1.de constit. idemque in c. fin.de consuetu. Cassan. Catal. par.4. cons.6,* cum cæteris per nos congestis *Festiu.lect.lib.1.cap.6.& lib.2.cap.12.* Dolo inquam dolis obsistendum, in malitiam,& cauillum,malitias,& cauillos meritò retorquendos inquit *Couarr. loco citato ex Diuo Aug. lib. 6. quæst. in hæc verba, Cum autem quis iustum bellum susceperit, vtrum apertè pugnet,an ex insidijs nihil ad iustitiam interest: Quibus verbis idem,quod Duci exercitus in bello permittitur,& Aduocato permissum censetur; Militant namque caussarum Patroni, d. l. Aduocati,C.de aduo.diuer. iudicum.*

Qua igitur norma reget se Aduocatus? Quænam certa iuramenti for-
42 ma? Qua lege custodienda est lex? vbi iuramenti comites,Iudicium,Iustitia,Veritas? *cap. & iurabunt 22.q. 1.* Vbi Mores, Pietas, Charitas, Libertas,& rei Scientia? *cap. ad nostram 3.de iureiura. cap. nequis 22. q. 2. vbi latè DD. Erit autē lex,* inquit textus: *honesta, iusta, possibilis secundum consuetudinem,non obscura,non captiosa, cap. erit autem 4. d.* Quis autem eius legis de caussidicorum calumnia cōtra peruetustam tot seculorum consuetudinem; nouitatem, captionem, obscuritatem, impossibilitatem non admiteret,& perhorrescat? Quonam pacto Aduocatus, vel etiam prudentissimus,& integerrimus poterit se tueri? Quis Fiscum auaritiæ suspectū non dixerit? quod absit à tanto Rege,nō tàm Orbis, quàm Iustitiæ Monarcha, absit à tanto Principe eius Vicario.M.Ant.Imp.vir, & moribus, & rebus gestis claris. nihil vnquam in tota vita magis exhorruit, quàm auatitiæ notam, quod, & Traianus Imper. Hispanus Heros secutus est in *l.1.ff.de interd.& releg.* Cur Aduocati tam lubrico, & captioso casu in periurium,& infamiam incident? Cur aduersariorum perpetuis conuicijs, & querimonijs subiacebunt? Cur honesti viri in re tam dubia, & perplexa illaqueabuntur? Cur malis hominibus tàm facilis calumniandi via aperietur? Cur Resp. litibus,& contumelijs irretita magis, ac magis vexabitur? Quod planè a Iuris equitate lōgè abhorret, quę non patitur quempiam in anxierate viuere, *Auth. de her.& falci.in fi.* Cur denique sub specie recti tantum sinistri eueniet? Res
43 quidem anceps, & plena aleę, quę tātum horroris in ciuium animos incussit,vt statim emanata lege,desolatū vidimus Tribunal, destitutos Magistratus, languescentes cunctos Ordines, frigescentem Regiam iurisdictionem, totam denique Ciuitatem

squalentem, nimirum Aduocati domus totius est Oraculum Ciuitatis, vt ex Cicer. superius docuimus, Veruntamen cum primum Aduocati, caussarumq; Patroni ad iudicia rediere, pacata omnia, & ad pristinam salutem, & serenitatem restituta cognouimus. Ij enim Regio præcepto obtemperantes iuramentum de benè, ac fideliter exercendo præstiterunt, quod vtinam citra eas pœnas Deo dumtaxat præstitum intelligant, Illum solum, qui nec fallit, nec fallitur in tanto rerum discrimine vltorem habentes.

Ex his planè constat iuramenti legem vti Legislatoribus incongruam, & Populis incommodam, & contra peruetustam tot seculorum consuetudinem non esse admittendam, pro nullo vnquam tempore fuit admissa. En tibi summa Aduocatorum dignitas, En inueterata libertas, En iuramenti absurditas.

44 Superest Princeps Excellentissime, vt qui Regia prosapia, Iustitia, & Prudentia præstas, innata Maiestate Aduocatorum dignitatem serues, Iustitia præscriptam per tot secula libertatem tuearis, Prudentia legis duritiem modereris, totā deniq; Rempublicam saluam, & incolumem facias.

45 Quibus per sapientiss. Proregem, eiusq. Collaterale Concilium perlectis, ac maturius expensis, non fuit aliquid innouatum.

Spectabilis Regens Scipio Rouitus supremi Ord. à Latere Consiliarius præfati Responsi Censor, de eo ita censuit, & Excellentiss. Principi, Regni Vicario retulit.

VIdi, EXCELL. PRINCEPS te iubente diligentissimè has Allegationes Francisci de Petris Iureconsulti Neapolitani Celeberrimi aduersus iurisiurandi vinculum nouissimè innouatum Aduocatorum cœtui de ipsorum munus fideliter exercendo, in quibus tam doctè, luculenter, eruditè, neruosè, ac veluti supra firmam Petram Petrus ipse solidisimè, & inconcussè disseruit, oculis omnium obijciendo summam Aduocatorum dignitatem, eorum præscriptam longissimo tempore ab hoc iurandi onere libertatem in hoc Regno, illiusque duram, ac penè impossibilem executionem, vt nullus additamenti locus desiderari posit. Remanet vt te quoq; mandante prælo tradantur, cùm nihil penitus sapiant contra bonos mores, & Regalem Iurisdictionem. Magnum enim leporem, & candorem afferre poterunt iuris studiosis. Vale, atq; iterum vale Princeps omni virtutum genere ornatisime ea, quam tibi precor perpetua felicitate. Neap. 3. Id. Aug. an. à Natiuitate Dñi 1630.

Tuæ Excellentiæ

Deditisimus Seruulus

Scipio Rouitus.

SVMMARIVM.

1 *Familiæ Arbor, seù descendentia Ill. Comitis.*
2 *Historiographorum testimonio de iure credendum.*
3 *Testi vnico creditur, vbi de alterius prçiudicio non agitur, et ad hoc exempla.*
4 *Dictum in magna sui parte verum, & in cçteris præsumitur verum.*
5 *Familiæ identitas ex eodem cognomine, & patria probatur.*
Maximè vbi familiæ sunt çquè nobiles, quoniam pluralitas non prçsumitur.
6 *Ex Titulis, honoribus, & Ill. cognationibus nobilitas arguitur, & probatur.*
7 *Insignium conformitas arguit familię identitatem.*
8 *Fama, & communis existimatio probat consanguinitatem.*
Maximè in antiquis.
9 *Testes de auditu probant consanguinitatem, vel saltem transferunt onus probandi contrarium in partem aduersam.*
10 *Familiæ identitas, & vetus consanguinitas ex multis fundatur, quę simul iunguntur, & coàdiuuant.*
Qualis qualis probatio sufficit, & quare.
11 *Nomina propria in familia continuata, et repetita probant identitatem sanguinis. Prçsumitur quis facere, quod sui maiores fecerunt.*
12 *Parentela, & vetus consanguinitas fundatur ex inditijs, & prçsumptionibus, siue ex duabus enunciatiuis.*
Maximè in factis antiquis, in quibus verba enuntiatiua, & priuata scriptura probant.
13 *Antiquum tempus quod nam dicatur Consanguinitas per tractatus probatur.*
14 *Nominatio illorum de familia probat consanguinitatem, & constituit nominatum in quasi possessione.*
15 *Prçsumptio transfert onus probandi contrarium in partem aduersam.*
Iuris prçsumptio veritas est.
16 *Frater prçsumitur gaudere ex persona fratris gaudentis.*
Maximè in familijs originarijs.
17 *In dubio iudicandum pro admissione ad ordinem siue Patritiatum.*
18 *Ius gaudendi conseruatur per cçteros de familia gaudentes.*
Ex quo vnica, & communis est in familię nobilitas.
19 *Iuribus, quę sunt facultatis ex non vsu nullum infertur prçiudicium.*
20 *Maiorum negligentia in his, quę generis sunt posteris non prçiudicat.*
21 *Aduocatus debet breuiter reassumere prçnarrata.*
22 *Epilogus.*
23 *Decretum Ill. Platee.*

CONSILIVM II.

Pro Ludouico Caracciolo Comite Praduerię &c.

ARGVMENTVM.

Probationes, prçsumptiones, & adminicula quçcunq; de iure exigantur ad fundandam originem, descendentiam, siue cognationem, familiæq; identitatem nunc primum cumulatè traduntur. Decretum inde latum ab Illustriss. Platea Capuanæ subnectitur, ex quo Caraccioli Placentini, Praduerię Comites post ducentos annos ad Patritiatum Neapolitanum sunt restituti.

EX Ioanne Caracciolo Rubeo de Comitibus Hieracij nati sunt Octinus ille Comes Necocastri, Magnus
1 Regni Cancellarius, & Riccardus.

Ex

Ex Riccardo orti sunt Ioannes secundus, Angelus, & Antonius Abbas Sancti Stephani de Boscho.

Angelus ex Beatrice Vrsina suscepit Raimundum auum Fabij, ex quo natus est Octauius Princeps Forini auus præsentis Ill. Principis.

Ioannes secundus ex Beatrice Buccaplanula suscepit Ludouicum, seu Loysium, qui successit in Comitatu Neocastri, nec non Carolum, & Antonium secundum, qui omnes ex pluribus instrumentis appellantur æquè fratres, ac filii Ioannis Caraccioli, & Beatricis Buccaplanulæ, & nepotes Octini.

Antonius secundus profectus in Lombardiam ad seruitia Serenissim. Ducis Mediolani, ibique Comes effectus transtulit familiam in Ciuitatem Placentiæ. Ex Antonio ortus fuit Comes Io Ludouicus pater Comitis Octauiani, ex quo natus est Comes Iulius genitor præsentis Illustr. Ioannis Ludouici quinti Comitis Praduerìæ, & Stati, qui antiquam patriam Neapolim repetens fuit à Proceribus familiæ Caracciolæ tanquã consanguineus honorificè acceptus, atque vti Patricius Neapolitanus inuitatus ad honores sui sedilis Capuanæ. Id quod licèt clarissimum sit in facto, & nõ egeat aliis demonstrationibus; tamen, vt animi mei affectum erga Dom. Comitem ostendam, nonnulla in iure considerãda decreui.

Præfata descendentia præter publicas, & authenticas scripturas, quæ producuntur, constat etiam ex Arbore familiæ apud Scipionem Ammiratum, & alios graues Historicos testan-
2 tes de discessu Antonii in Lombardiam, quorum testimonio de iure plena adhibetur fides *l. 1. in princ. ff. de off. præf. prçto. Bal. in l. 1. ex eo tex. ff. de off. quæsto. Fel. in c. ex parte nu. 46. de rescript. glo. Host. Butr. & cęteri in c. cum causam de proba*. latè DD. inter quos *Purpurat. in l. 1. nu. 153. ff. si cert. pet.*

Testatur autem Scipio Ammiratus se quidem lectitasse literas ab Antonio Mediolani agente missas Neapolim, tàm ad Carolum fratrem, quàm etiam ad Beatricem Buccaplanulam matrem, quibus in anno 1473. significabat se iam Comitem effectum quinque Castrorum munere in Placentino territorio, cuius testimonio omninò credendum, tum quia graui Historico, ex iis, quæ superius diximus, tum etiam quia eius dictum verificatur ex Inuestitura Comitatus, & quinque Castrorum, quæ originali-
3 ter producitur, tum denique quia, vel etiam vnico testi de iure credendum, vbi de alterius præiudicio non agitur, vt in casu nostro *Abb. post glo. in c. proposuisti de cons. eccl. vel alta, gloss. in c. nuper. de testi. Ant. Butr. in c. veniens primo, eo. tit. de test.* Vnde *Bal. in d. cap. nuper* dicit per vnum testem satis probari, quem esse baptizatum, vel ordinatum, vel Ecclesiam consecratam, & id genus, quæ omnia in propriis terminis refert, & sequitur *Ias. cons.*
4 120. *vol. 4.* Eoq; magis quod tale testimonium in maxima sui parte verum, vtpote in Inuestitura Comitatus & quinque Castrorum, vt iam dictum est, & in cęteris præsumitur verum *arg. l. non omnes §. à barbaris in ver. bonus ff. de re mili. l. 1. C. qui & aduer. quos*, & in propriis terminis *Castr. consil. 302. num. 4. lib. 1. Corn. cons. 81. nu. 9. vers. est aduertendum lib. 4. Ruin. cons. 18. nu. 2. lib. 4. Crauet. consil. 158. nu. 6. Menoch. consil. 128. nu. 21.*

Item (ad exuberantiam) ex eodem cognomine, & patria Antonii stipitis,
5 qui appellatur filius Magnifici viri Domini Ioannis Caraccioli Neapolitani identitas familiæ satis præsumitur, & probatur *Aret. cons. 57. Calcan. cons. 8. Cephal. cons. 90. lib 1. Menoch. de præsumpt. lib. 6. cap. 15.* Maximè vbi vtraque familia est nobilis, & illu-

illustris, vt in casu nostro. *Menoch. consi.321. lib.4. Anna in proprijs terminis sing.* 359. Cuius rei ea est ratio, quod pluralitas non præsumatur *arg. l optimam C.de contr.& com.stip.Aret. in c.series num.11.de testi.idemque consil.*103.*Castr. cons.*60.*col.*2.*lib.*1.*Ias. consil.*114.*lib.*1.*Crauet.cons.*169.*num.* 4.*Bal.in l.neque natales num.* 8.*C.de prob.Aret.in l.si quis in fundi vocabulo, vers.& hoc dictum ff.de leg.2. Mascar. conclus.*875.*num.* 1. Est enim Comes Ioannes Ludouicus omni ex parte Nobilissimus tam ratione antiquissimi Comitatus, aliorumque feudorum possessorum à tempore Antonij stipitis; quàm etiam ratione cognationum contractarum cum illustrioribus familijs Comitum, & Marchionum eius Status, prout Angosciola, Scotta, Landa, Palauicina, Canossa, & alijs, vt ex arbore abundè constat. In quo perpendantur tituli Antonii stipitis, qui nuncupatur *Magnificus, Potens, ac Prestantissimus Miles, & Co-*
6 *mes, Armorum Ductor*, &c. Ex quibus titulis, dignitatibus, & illustrioribus parentelis, nostri Comitis nobilitas satis ostenditur *arg. tex. in l.honores §. is,qui ff.de decurio.l.ad subeunda C.eod. tit lib.*10.*l.bonor §.de bonoribus ff.de mun.& hono.§. interim Auth. de defe. Ciuita.Bal.ex eo tex. in l.omnibus C. de testam.Io.de Platea ex eo tex. in l.*1.*C. de cond.in pub.hor.lib.*10.*Lucas de Penna in l.*1.*ex eo tex.C.ne rust. ad vll. obsequi*.

Accedat conformitas Insignium Caracciolæ familiæ, nimirum in scu-
7 to bipartito sex bandæ, quibus Antonius stipes, cœterique vsi sunt, prout ad præsens vtuntur. Ex qua quidem Insignium conformitate identitas familiæ præsumitur, & probatur *Bar in l.tutelas ff.de cap.diminu. idemque in tract.de insign. & Armis nu.* 10. *Alex. cons.*213.*lib.*6. *Corn. cons.*216.*num.*4. *Cassan.in Catal.gl.mu.par.*1.*cōsi de.*41. *Anna pater Allega.*57.*Anna filius cons.* 88.*vol.*1.*& consil.*110.*volum.* 2.

Amplius hoc ipsum fundatur ex fama, & communi existimatione ipsum
8 Comitem Ioannē Ludouicum, eiusque maiores descendere ex antiquis Patriciis Neapolitanis, ac de familia Procerum Caracciolæ gentis Neapolitanæ, succedit Iuris regula, quod talis reputatio, & existimatio probat *Mascar de proba. tom.* 1.*conclus.* 415. *Ann.d.cons.*110. *Pacian. de prob. lib.*2. *c.*72.*num.* 38. Maximè verò in antiquis, vt in casu nostro, vbi vox, & opinio, & enunciatio plenè probant *glo. communiter recepta, & ibi DD. in l at qui natura §. eum me absente, in verb. committat in princ. ff.de neg.gest Curt. cons.*76.*Bal.in Auth. quas actiones in fin.C.de sacros. eccles. & in l. eum super C.de rei vendica.idemque in c. veniens, vbi etiam Inno. Panormit. & Imol. de verb.signif. Butr. in c. veniens il primo in fi.de testi.Ias.in l admonendi col.* 87. *vers.* Ita tamen *de iure iur.Ang.in l.Titius ff.quib. mod. pign.vel hyp. solu.* vbi concludit ita iudicandum, & in propriis terminis originis, & descendentiæ familiæ *Innoc. in c.de multa, & ibi Host. Io. Andr. Panorm. & Imola de prob.Calcan.cons.*7.*Cephal.cons.*138.*n.* 44.*lib.*1.*Bald.cons* 387.*lib.* 1. *Alex. cons* 6.*lib.*1 *& cons.*74 *lib.*4.

Quibus accedant tot Proceres, ac Patricii abundè testantes audiuisse à senioribus ipsum Comitem; eiusque
9 maiores descendere ex Illustrissima Caracciola familia Neapolitana. Testes enim de auditu bene probant cōsanguinitatem, vel saltem transferunt onus probandi contrarium in aduersarios *Anchar.cons.*225.*num.*6. *Corne. cons.*1.*num.* 22.*& cons.*78. *vol.*3. *Archid. in c. hoc videtur* 22.*q.*5. *Rol.cons.* 32.*vol.*4.*Cephal. cons.* 140.*lib.*1. quos refert, & sequitur *Surd.dec.*145.*nu.* 9. & nouissimè *D. Scipio Theodor. Reg. Cons.allegat.*27.*num.* 2.*& seq.* qui testatur in causa magis ardua ita nouissimè apud nos iudicatum.

Qui-

Quinimo familiæ identitas, & vetus consanguinitas, cum sint difficilis probationis, ex quo non cadunt in
10 sensum corporis, cumq; simus in factis antiquis, in quibus qualis qualis probatio, sufficit, ex multis potest fundari, quæ vnita iunguntur, & coadiuuant, vt in casu nostro, optimè *Butr. in c.veniens il primo, in fi. & in c. licet ex quadam de testib. Anna pater in Consilt.Regni Constitutionem num.189. Anna filius d.cõs.110.Aym.de antiq. temp. par. 1. cap. exordiente, viso de verbis cum seq.idemq; cons.73. Ioffre. cons.8.*
11 *Aret.cons.42.Det.cons.*146. Quemadmodum ex continuatis, & repetitis nominibus proprijs in familia, prout in casu nostro sunt nomina Ioannis, Ludouici, Octauij, & Cantelmæ communia vtriq; domui tàm Forini Principum, quàm Praduceriæ Comitum, æquè descendentium ex linea Comitum Neocastri, & æquè illustrium; ex quibus familiæ identitas præsumitur *Bald.in c.tua de ordin.cogn it.* quem refert *Gerar.in suo sing. 75. sequitur Neuiz. cons.34. cum cęteris ab eo congestis.* Hinc dicimus præsumi quem facere, quod sui antecessores fecerunt *Guido Pap.dec.131.Soc.Iun.cons.168. nu.41. lib.2.Bursat.cons.227.num.46.lib.3.& nouissimè Anna singul. 690.*

Ideoque ad probandum quem esse de genere, & parentela, sufficiunt in-
12 dicia, & præsumptiones, siue duæ enunciatiuæ *Aret.cons.37.num.2. post Bal.cons.69.num.13.Socc.cons.89.vol. 1.Deti.cons.595.Bursat.cons.98. nu. 2. vol.4. Simon de Pretis de Interpret.vltim.volũt.lib.5.interpr.2.dub.4.n.223.* alijque quos latè recenset *Mascard. Concl.409.et 511.de Prob.*& nouissimè *Riccius in Praxi iurispat.dec.155.* idemque sæpius ita decisum in materia magis ardua, vtpote successionis *refert in Collect.* 1260. per hæc verba. *Ad probandum quem esse de genere, vel parentela, sufficiunt indicia, & præsumptiones, vt tenuit Rota in vna Placent. Capell.17. Nouemb. 1593. & iterum 10. Ianuarij 1598. coram Penia. Imò sufficiunt duæ enunciatiuæ (* concurrũt in facto nostro plures enũtiatiuæ*) emanatæ à diuersis personis non suspectis Achill.de Grassis decis.5. de iurepatr.Puteus decis.207.lib.2.& fuit tentum in vna Rom. Capell. de Capizzucchis de anno 1570. coram Costa, & iterum in vna Vrbeuetana 31. Ianuarij 1568. coram Card.Lancellotto, &c.* & in proprijs terminis *Feli.& cęteri in c. cum causa de prob. Alex.cons.120. lib.4. & cons.90.lib.6.Ias.cons.114. lib.1. & cons.65.lib.3. Aym.de Antiq. temp.par. 1.§.ampliatur num.* 14. vbi concludit talia verba in vno instrumẽto probare semiplenè, in pluribus plenè. *Meno.de Arb.lib.2.cent.1.casu 89.nu. 84. Franch.decis.357. & nouissimè Anna cons.88.lib.1.num.26.& cons. 110.nu. 42.lib.2.* Potissimum quia scriptura antiqua, vt in facto nostro, vel etiam per verba merè enuntiatiua plenè probat *Ias. cons.34. lib.1. & cons. 65. lib.3. Butr. in c. fin. de success.ab intest. idemq; in cle.literis de prob.* cum cæteris congestis *per Ias. in l.ex bis C. de test.mil.* quem refert, & sequitur *Capy. decis. 86. in princ.* Quinimo vel etiam scriptura priuata in factis antiquis probat *Ant. Butr. in c. 2. de fide instr.* quem refert, & sequitur *Ias.locis citatis, et in l.cum aliquis C.de iure delib.per Capy. loco citato num. 4. & post ipsum Franch. d. deci. 357.* Tali enim assertioni, siue enunciationi standum est, donec contrarium probetur *l. optimã C. de contr. stip. l. ex hac scriptura vbi Bar.ff.de dona.l.emptor §.si.ff.de re iudi.l.quidam vbi gl.ff.de proba.facit l.nõ epistolis C. eo. tit.* quas ad hoc allegat *D.Reg.Tapia Dec.Coll. Conc. 11.* Antiquum autem tempus dicitur annorũ 50. cum hodie breuis sit vita *Alex. d. cons.90.lib.6. Ias.d.cons.114.num.18. Anna d. cons.88. Peregr. de fideico. Art.* 43.

13 Maximè verò in facto nostro vrget tra-

tractatus parentelæ inter vtramq; domum, nimirum Forini Principum, & Pradueriæ Comitum, siquidem olim Reuerendiss. Insulanorum Episcopus magnus Historicus, ac patruus Octauii Forini Principis per plures affectuosas, & repetitas epistolas egit, & tractauit vti coniunctus, & consanguineus cum Comite Iulio patre præsentis nostri Comitis, & in subscriptionibus ita se habuit. *Seruidore, e parente. Il Vescouo dell' Isole*. Tractatus autem optimè probat consanguinitatem, quinimo nullo alio modo potest fundari, quàm per ipsos tractatus *DD. in l. filium eum diffinimus ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. & in l. Lucius Titius ff. de cond. & demonstr.* & in propriis terminis *Anna pater in præcitata Alleg.* 57. eiusq; filius in præfatis *consilijs* 88. *volum.* 1. *&* 110. *vol.* 2. *glos. & Doct. in c. Michael de fil. presb. Bart. in l.* 1. *ff quorum bonor. idemq; in l. non nudis C. de prob. Bal. & Salyc. in l. non epistolis ex eo tex. C. eod. tit. de probat.*

14 Quid plura? si præsentes Caraccioli familiæ Proceres testantur ipsum Comitem esse talem, atque vti consanguineum ipsum habuerunt, & habent, nominauerunt, & nominant? Nominatio enim illorum de familia optimè probat consanguinitatem *Tiraquell. de Retr. consanguin.* §. 1. *glo.* 16. *num.* 3. *Meno. de Arb. iud. casu* 89. *num.* 81. *Ias. cons.* 106. *vol.* 1. *Alex. cons.* 181. *lib.* 7. & ita decisum refert *Surd. decis.* 145. *num.* 12. Imò ex tali denominatione, ac declaratione Procerum de familia acquiritur quasi possessio *Castr. cons.* 151. *vol.* 1. *Mascar. concl.* 759. *&* 790. *Cyn. in l. non epistolis C. de probat. Crauet. cons.* 249. *Peregr. de fideicom. loco cit. Pacian. de probat. lib.* 2. *cap.* 9. *Surd. d. decis.* 145. *nu.* 12.

Ex quibus noster Comes satis habet intentionem fundatam, descendere ex Illustrissima familia Caracciola Rubea, ex linea Comitum Neocastri descēdentium ex antiquis Comitibus Hieracii, nimirum ex tot cu-

15 mulatis præsumptionibus, ex quibus transfertur onus probandi contrariũ in partem aduersam. *l. generaliter.* §. *si petitum ff. de fideicom. liberta. l. nuptura ff. de iu. dot. Det. in l.* 2. §. *mutui datio n.* 15. *ff. si cert. petat. Ias. cons.* 540. *nu.* 11. *Gozad. cons.* 50. *num.* 16. *Couarr. var. resol. lib.* 2. *cap.* 6. *Menoch. cons.* 21. *in princ.* & in propriis terminis *gl. et Doct. in d. c. Michael.* Iuris autem præsumptio veritas est *l. fin.* §. *fin. vbi glos. in fi. ff. de probation. Iason in l.* 1. *C. de militari testamento.*

Denique ne videatur deesse actus possessiuus in Sedile, constat per publica documenta, Antonium stipitem nostri Comitis fuisse germanum fratrem vtrinque coniunctum Loysii Neocastri Comitis, & Caroli, constat etiam prædictos Loysium, & Carolũ fuisse potitos Sedilis honoribus, vt ex actu possessiuo in anno 1445. ex quibus sequitur, ipsum Antonium fuisse pariter potitum eisdem honoribus.

16 Ex regula, quòd vbi frater gaudet, consequens est, vt & cæteri fratres gaudere præsumantur *Ang. in Auth. vt lic. matri, et auiæ* §. 1. *in fi.* quem refert, & sequitur *Affl. in Constit. Regni Prosequentes q.* 7. *num.* 16. *de pugnis sublatis*, & post ipsum *Tiraquel. de Nobilit. cap.* 17. *num.* 3. *& cap.* 37. *num.* 14 *Aym. Crauet. cons.* 206. *num.* 7. *Bern Bombi. cons.* 71. *Federicus Viual. in suo singulari Responso num.* 10. Maximè verò in familiis originariis, prout est Illustrissima familia Caracciola, in qua omnis cessat dubitandi occasio *Afflictus in Constitut. Regni intentionis nostræ num.* 30. *de illic. port. armorum, quē refert Tiraq. de Nobil. cap.* 17. & ita apud nos pluries decisum.

17 Cæterum meminisse oportet in dubio pro admissione ad Patriciatum, & ordinem esse iudicandum *l. generaliter* §. 1. *ff. de decurio. Bal. cons.* 182. *lib.* 2. *Ias. cons.* 120. *vol.* 4. *Alciat. Resp.* 91. *&* 125.

& 125. *Menoch.cons.96. num.27. vol. 1.idemq; cons.227.vsq; ad num. 7. vol. 3. Vinc.de Franch. decis.2. num.28. & decis.207.num.7.* quos refert, & sequitur *Anna sing.* 627. Quibus addo *Feder. Viual. in prçcitato singulari Responso num.27.*

18 Nec quicquam obstat absentia nostri Comitis, eiusque maiorum per longa tempora, siquidem satis dicitur conseruatum, & continuatum ius gaudendi per cæteros coniunctos de familia, in qua vnica, & communis est nobilitas *tex. est in l. cum scimus §. fin. C.de agr. & censi.lib.11.l. si communem*

19 *ff. quemad. seruit. amitt.* Item iuribus, quæ sunt facultatis, ex non vsu, nullum infertur præiudicium, *Det.cons.6. Aymon de antiquit.tempo.fol.173. Cyn. & Bal. in l.1 C.de seru. & aqua, & in l.2.C.quæ sit longa consu. Bertr.cons.234. lib.3.* cum cæteris ab eo latè cumula-

20 tis. Ac tandem in his, quæ generis sunt maiorum negligentia posteris non præiudicat *l.3. ff. de interd. & releg. l. emancipatum §. fin. l. filium Senatoris in fin. ff. de Senat. Fab. Anna cons. 16.17.18.*

21 Itaque reassumendo iam dicta iuxta præceptum *glos. traditum Aduocatis in §. fin. in ver. dictū ex eo tex. Authent. de defens. ciuit.* Ex pluribus satis, superque fundatum est, Illustrissimum Comitem Ioannem Ludouicum Caracciolum meritissimè per Proceres suæ familiæ fuisse inuitatum ad honores Sedilis.

22 Primo ex publicis, & authenticis scripturis

Secundo ex testimonio Historicorum.

Tertio ex conformitate cognominis Caraccioli, & patriæ Neapolis Antonij stipitis.

Quarto ex continuata nobilitate Illustrissimi Comitis, eiusque maiorum.

Quito ex conformitate Insignium, & continuatis nominibus proprijs in familia,

Sexto ex fama, & communi existimatione, ac testibus abundè de auditu testantibus.

Septimo ex tractatu cum propinquioribus Caracciolis ex linea Forini Principum.

Octauo ex præsenti nominatione, ac declaratione Procerum de familia.

Nono ex actibus possessiuis in personam fratrum Antonii stipitis.

Decimo ex iuris præsumptione ita decernendum.

23 Ill. Platea elegit sex Deputatos ad recognoscendum iura Comitis, qui perpensis his, quæ scripsimus decreuerunt Ill. Comitem esse admittendum, & reintegrandum, prout cum effectu fuit admissus, & creatus Deputatus aquæ pro sua Platea. in fine Decemb. 1626. penes Cancellarium Plateæ.



SVMMARIVM.

1 *Filia pro paragio non agit cōtra tertium possessorem feudum possidentem.*
Et an in subsidium, & nu.2.
Et quid sit filia sit hæres matris nu.13.

2 *Filia pro paragio nō agit cōtra fratrem feudum paternum possidentem.*
Et an super fructibus feudi.
Et an in subsidium, burgensaticis deficientibus.

3 *Decretum contra ius constitutionum est ipso iure nullum.*
Decretum præambuli, per quod sorores declarantur hæredes matris vna cum fratribus in Regno est nullum.

4 *Neq; sustinetur ex eo, quod fratres sciuerint & non contradixerint.*
In præiudicialibus non sufficit præsentia, & taciturnitas, sed requiritur aliquis actus positiuus.

5 *Frater an possit admittere secum sororem ad paternam successionem in præiudicium creditorum.*

Et

Et an super feudo.
Et an in subsidium, non extantibus burgensaticis.
Et quid si burgensatica sint penes tertios possessores.
6 *Frater an possit renuntiare sororibus paternam successionem, vel eas secum admittere in praiudicium Fisci.*
7 *Fisco vendente rem hypotecatam, si creditores taceant, resolutæ sunt hypotecę, & pignora liberata.*
Et quid si creditores sint anteriores.
8 *Et an sufficiat scientia præsumpta creditorum .i. si creditores scire potuerint.*
9 *Et quid si Fiscus non vendat principaliter, sed venditioni assentiat.*
10 *Fisco an liceat vendere rem, quam habet cum alijs communem.*
11 *Sorores non habentes debitum paragium an vocentur ipso iure ad paternam successionem per consuetudinem eas excludentem, dummodo dotentur de paragio.*
An vero necessaria sit sententia contra fratres, vel ipsorum hæredes.
12 *Durum est sororem ob defectum paragij vocari ad virilem.*
13 *Soror hęres matris rectè agit pro paragio super feudo contra tertios possessores feudum paternum possidentes.*
Contraria opinio relata.
14 *Decretum Regiæ Camerę Summar.*

CONSILIVM III.

Pro Marchionissa S. Agathę.

ARGVMENTVM.

Filia pro Paragio in bonis maternis nunquid rectè agat contra fratrē, vel aliū tertiū feudi possessorē. Et quid si fuerit hæres matris. Et an Decretū præambuli cōtra ius consuetudinariū Neap. per quod sorores vna cū fratribus declarantur ęquè hæredes matris sustineatur. Et quid fratribus præsentibus, & tacentibus. Et quid si filia agat pro paragio contra tertium feudi possessorem ex renuntiatione hæreditatis sibi facta per fratres. Et quid in Fisci præiudicium, & an uendito feudo ad instantiam Regij Fisci, sint resolutæ creditorum hypotecæ, & quid si filia intendat succedere uirtute Consuetudinis Neapolitanæ tanquam à fratribus indotata, & ad hoc Decretum Reg. Cam. Summariæ.

VEndita olim Terra Plācæ instante Regio Fisco vti creditore quond. Ascanii Filomarini vtilis Domini, liberatoq. pretio partim ipsi Regio Fisco, & partim anterioribus creditoribus, Portia, & Isabella Filomarinę filię prædicti Ascanii debitoris, ac filiæ, & afferte hęredes Dianę de Bernaudo agunt hypotecaria super dicta Terra Plancę ad pręsens possessa per Ill. Marchionissā S. Agathę pro duc. 5000. dotium prædictæ quond. Dianæ de Bernaudo matris.

1 Ad quarum exclusionem dicebam pro Domina Marchionissa, quod Actrices nullam penitus habent actionem hypothecæ super feudo contra tertios possessores; sed pro rata paragij eis competentis, debent agere actione personali contra Claudium Filomarinum fratrem primogenitum *Affl. post Andr. in constit. in aliquib. q. 6. Napodanus in consuet. si qua mulier in ver. de bonis D. Regens Rouit. in prag. 24. de Feudis num 64.* & ita decisum testatur *Affl. decis. 162. et Gramm. dec.*

90. & nouissimè Reg. Consiliarius D. Scipio Theodorus alleg. 7. in princ.

2 Immò Actrices non possunt agere contra fratrem, nisi super fructibus feudi, & in subsidium, hoc est deficientibus bonis burgensaticis *Camer. in c. primo an agnatus in fi. num. 157. idemq; in c. Imperialem de probib. feud. alie. per Feder. fol. 91. littera M. Anna alleg. 66. num. 14. & 22. Idemq; allega. 115. & in Const. diuæ memoriæ num. 239. post Afflictin Constit in aliquibus num. 32. Io. Franc. de Pont. de pote. Proreg. tit. de assens. Regis super dote n. 33. D. Reg. Rouit. in prag. 8. de feudis n. 7.* Sed contra tertium possessorem, vt in facto nostro, nullo modo potest agi pro paragio, neq; in subsidium, vt rectè concludit *D. Rouit. in d. prag. 24. de feudis num. 67.* & dicetur inferius.

Itaque frustra agunt sorores Filomarinæ iure hypotecæ contra tertiū possessorem pro prætensa rata paragij, tum quia non competit talis actio, nisi contra fratrem primogenitū super fructibus feudi, tum etiam quia non competit nisi in subsidium deficientibus alijs bonis burgensaticis, tum deniq; quia existente feudo penes tertium possessorem, vt in casu nostro, nullo modo, neque in subsidium potest talis actio competere, vt abundè demonstratum est.

3 Non obstat prætensum decretum præambuli, per quod Actrices vna cum fratribus declarantur hæredes matris, si quidem tale præambulum est contra Regni Constitutionem, & contra expressam Consuetudinem Ciuitatis Neapolis, quibus cauetur quod extantibus masculis fœminæ non succedant, sed tantum eis competat actio pro paragio, seu portione legitima, & per consequens præambulum est ipso iure nullum, tanquam contra ius Constitutionis *l. si expressim vbi DD. ff. de appell. l. 2. C. quando prou. non est necesse l. qui testamentò ff. de excus. tutor.*

4 Nec sufficit id fratribus innotuisse ex præsentia, & taciturnitate, siquidem in eis, quæ sunt præiudicialia, vt in casu nostro non sufficit præsentia, & taciturnitas, sed requiritur aliquis actus positiuus patientiæ, & consensus *DD. in l. quæ dotis ff. sol. matr. vbi in specie Alex. nu. 40. & Ias. num. 97. & 104. idemq; in l. error nu. 2. C. de iur. & facti igno. Surdus decis. 32. num. 11. Garzia Dicto mirab. 100. cum ceteris eo congestis, & nouissime Io. Fanc. de Ponte cons. 160. lib. 2.*

5 Sed dato quod adesset consensus fratrum, adhuc sorores Filomarinæ non possunt venire vti hæredes contra feudum, nisi in subsidium, deficientibus bonis burgensaticis, etiam quod burgensatica essent penes tertios possessores, nam quandiu burgensatica existunt, etiam penes tertios possessores, nullo modo possunt venire super feudum, vt ex *Menoch. præsumpt. 190. num. 845. lib. 4. concludit D. Rouit. in prag. 8. de feudis num. 7. in fine.*

6 Denique ad partis aduersæ totalem exclusionem, animaduertendum est, quòd licèt fratres possint renuntiare sororibus hæreditatem, vel eas secum admittere in virilem, etiam in præiudicium creditorum, vti scribit *Bal. in l. maximum vitium col. 6. C. de lib. præter.* quem refert *Ias. in §. item si quis in fraudem num. 124. inst. de actio. per tex. in l. qui autem ff. de his quæ in fraud. cred. l. alienationis verbum ff. de ver. signi.* hoc tamen fallit in Fisco creditore, vt in facto nostro, quo quidem casu nullo modo possunt fratres admittere sorores ad hæreditatem in præiudicium ipsius fisci *tex. est ad literam in l. in fraudem in princ. ff. de iur fisc. vbi Bar. & Alber. notant hoc esse speciale fisci priuilegium Ripa in l. 1. num. 7. ff. de pignor. Socc. cons. 76. Vias tuas nu. 6. lib. 4. Petr. de Archar. cons. 101. Ex prædicto themate num. 12. Socc. Iun. cons. 124. Consului aliàs nu. 3.*

num.3.vol.3.& post alios *Peregr. de iure fisci lib.6.tit.7.de debito.fiscal. nu.* 38. vbi testatur de communi *idem Peregr. eod, tract. lib. 5. tit. 1. de publi. bono.num.*190.*Gozadinus cons.*97.*cum coeteris eo congestis, & nouissimè Cam. de Medi.cons.*98.

7 Accedat, quod licèt Terra Planeæ fuerit hypothecata vxori debitoris, tamē vendita postea ad instantiam Fisci, resoluta est hypoteca, vera est .n. conclusio, quod si fiscus vendat rem hypothecatam, & creditores taceāt, hypothecæ resoluuntur, & pignora liberantur *tex.est in l.si hypothecas C. de remis.pign.* quod procedit de speciali priuilegio fisci, etiam contra anteriores, *vt per glos. ibi, Bal. Fulgos. Salicet. in l. sicut §.nō videtur ff.quib.mod.pign. solu.Neguf.de pignor. par.6. membro 3. num.*25.*Peregr.de iure fisci lib. 6. tit.*4.
8 *num.*20.*Surd.dec.*300.*num* 8. In quo sufficit scientia præsumpta creditorū .i. si scire potuerint *Castr. in l.*1. *nu.*4.
9 *C.si aduersus fiscum.& tex.in d.l.si hypothecas.* procedit non solum si fiscus vendat, sed etiam si venditioni consentiat, cum paria sint alienare, & alienatione consentire *l.si fundus §.si necesse ff.de pignor. l.in ædibus §. quod fiscus ff.de donat.l.si liqueat, vbi Bal. C.de in-*
10 *off.testa.* & eo magis, quod fiscus potest ex priuilegio vendere rem, quam habet communem cum alijs, quo casu resoluitur hypotheca *l.* 1. *vbi DD. C.de vend.re.fiscal.lib.* 10. vbi latè summæ vir dignitatis, & eruditionis *D. Reg.Constantius.*

Neq; opponatur, quod dum sorores Filomarinæ non habuerunt paragium, vocantur ad successionem, stante quod sūt exclusæ à successione sub conditione, dummodo habeant para-
11 gium, vt per *Napod.in cons.si qua mulier.in ver. dummodo num.* 13. & 16. siquidem Respondetur, quod debent, prius agere contra fratres, vel ipsorum hæredes, eosq; condēnari facere ad tale paragium, ac demum per sententiā admitti ad successionem, *ita Andr.in Const.in aliquibus,* quem refert, & sequitur *Affl.in eadem const. nu.*26. *cum seq. & in specie,* quod soror teneatur facere omnem suam diligentiam dicit ibi *Affl.num.* 33. *per hæc verba. Si primo institit, quod compellatur frater ad dandum paragium, & fecit omnem suam diligentiam, & ipsum non potuit habere, licitum est petere successionem,* & post num.34. per hæc verba. *Andreas concludit, quod soror debet agere actione personali, & condictione ex nostra Constitutione contra fratrem, vt præstet paragium, & per sententiam condemnetur frater ad paragium,* & dicit etiam in allegata decis. 162. post nu. 5. vers. Quærebatur ex verbis ipsius Andreæ ita dicēris. *Debet prius cōueniri frater, vel eius hæres, vt præstet paragium, & ipse debet condemnari &c.* alioquin frustatoria esset consuetudo; semper .n. possent sorores petere successionem,
12 quod non est concedendum. Hinc nimis durum videri, sorores ob defectū paragij vocari ad virilem, *dicit Ann. alleg.*70. Ideoq; patrocinando pro Illustrissima D.Isabella Aragonia contra Ducem Montis Alti fratrem, omisit hoc petere, sed institit in petitione paragij.
13 Quid plura? si nullo modo potest soror etiam hæres matris agere contra tertium possessorem feudi, in quo viuitur iure francorum, quoniam nullū ius habet super corpore feudi, quod competit soli fratri primogenito, idem enim iudicamus de feudo, quod de actione ad feudum *Anna alleg.*122.*num.*7.*Franch.dec.*593.& in proprijs terminis *Affl.in d.Constit.in aliquib.in* 2.*q.num.*27.*& in* 6.*q. per totum*, vbi concludit sororem carere actione hypothecaria super feudo, cū ea tātum competat primogenito matris, & ita decisū refert *Franch. decis.* 75.*in fin.* & nouissimè inexhaustu s iuris Oceanus *D.Reg.Rou.in Prag.* 24.*de feudis num.*61.*vsq. ad finem.*

D 2 Sci-

Scimus alios aliter arguere, putãtes ex quadã æquitate cõpetere actionẽ in rẽ scriptam, imo etiã hypotecariã pro paragio cõtra tertios possessores, in subsidiũ tamẽ, nõ existẽtibus aliis bonis, vt post alios concludunt *Reg. Cõsiliar. D. Theod. d. Alleg. 7. & D. Reg. Tap. deci. S. C.* 48. Id tamẽ facto nostro nõ obstat, tum quia nõ fuit habita discussio cõtra fratres, tũ maximè quia hypoteca, siqua competit est iam resoluta ex his, quæ superius *nu.* 7. diximus.

14 Ex quibus satis, superq; constat absoluendum esse conuentum à petita hypotecaria, seu assistentia super feudo, & merito per Regiã Camerã fuit denegata petita assistentia, & prouisum, quod creditores posteriores faciant depositum penes Actuarium de Flore.



SVMMARIVM.

1 *Scholares in Philosophia, & Medicina tenentur ad studium septennale per matriculas, & testes copulatiuè.*
2 *Scholares non matriculati non gaudent, ex communi Romanorum iure, et Regijs Pragm.*
3 *Officium Magni Cancellarij sextum in ordine supremorum Regni Magistratuum valoris centummillium.*
Eius dignitas.
4 *Absurdum est, vt ex legis obseruantia quis consequatur damnum, & ex inobseruantia lucrum.*
Culpa nemini debet prodesse.
5 *Ciuitas subdita nullum gradum, nullamq; dignitatem potest tribuere.*
6 *Collegio Neapolitano cętera collegia subsunt.*
Collegium Salernitanum vetustissimũ, totoque orbe celeberrimum.
7 *Indefinitum æquipollet vniuersali.*
8 *Ratio ampliat legem, &c.*
Maximè vbi agitur de publica vtilitate.
9 *Priuilegiatus non appellans infra 10. dies ab emanata lege sibi contraria, et præiudiciali, priuilegium amittit.*
10 *Præscriptio cõtra facultatem prohibẽdi non currit, nisi à tempore quo fuit prohibitum, & prohibitioni contradictum.*
11 *Iuribus, quæ sunt facultatis non præscribitur.*
12 *Præscriptio non currit contra rationabilem legem.*
Reip. interest peritos habere medicos.
13 *Consuetudo irrationabilis non conualescit tempore.*
Maximè vbi lex est generalis, & abusus particularis.
14 *Decretum supremi Collateralis Concilij Neap.*

CONS. IV.

Pro Principe Auellini Magno Regni Cancellario.

ARGVMENTVM.

Ciuitas subdita non habens iura Imperij nullum gradum, nullamque dignitatem potest tribuere, sed tota pendet à Regis nutu. Et quatenùs se fundet in priuilegio, vbi ab emanata lege sibi contraria infra decem dies non appellauerit, sibi prĕiudicauit. Et quatenus se fundet in præscriptione, ea non currit, nisi à tempore quo fuit tentatum, & contradictum, & tanto magis in iure facultatis, cui de iure non præscribitur, eoque maximè in mala, & illaudabili consuetudine, quæ iuri non derogat, nec conualescit

scit tempore. Reip. interest peritos habere medicos, & ad hæc Decisio Supremi Collateralis Concilij.

IN hac causa Auellini Principis Magni Cancellarij cum Collegio Salernitano agitur de obseruantia Regiarum Pragmaticarum: Nam cùm fuisset sancitum per plures Regias Pragmat. & in specie per 10. & 11. sub tit. de Scholar. quod scholares in philosophia, & medicina probare debeant studium continui septennii per matriculas, & testes copulatiuè, sub pœna nullitatis Doctoratus, fuerunt talia requisita seruata, prout seruantur in almo Collegio Neap. verùm Salernitanum Collegium, alioquin vetustissimum, ac celeberrimum prætendit ad ea non teneri, contra expressam formam Reg. Pragm. consonam iuri communi, & Romanis legibus, quibus cautum est scholares non matriculatos non gaudere priuilegiis, *Bal. & coeteri in Auth. habita C. ne fil. pro pat. Ab. in c. quidam de priuil. Berard. Scodob. in festiuissima Repet. d. Auth. habita cap. 3. num.* 40. Ex qua quidem doctorandi libertate allecti iuuenes facilè conuolant ad Collegium Salernitanum, deserentes Neapolim Regni caput, eiusque almum Collegium; ex quo nedum resultat maximum interesse, & præiudicium Magni Cancellarii, & ipsius Collegii Neapolitani, verùm etiam Catholicæ Maiestatis;

2

3 Nam officium magni Cancellarii sextum inter septem præcipuos Regni magistratus *De Ponte cons.* 82. *(quicquid Frec. lib. 1. de subf.* septimum esse contendat*)* valoris, & æstimationis centum millium, Ita diminutum, ac

4 dismembratum vilescet: Deq; maxima eius muneris dignitate, quod Romæ, & Galliæ primum obtinet locum *Frec. loco citato post Lucam in l. milites C. de re milita. lib. 12. Lancell. Conrad. de Imp. lib. 1. Cassan. in Catal. glor. mu. par. 7. consi.* 7. Satis verò est absurdum, vt ex legum obseruantia Neapolitanum Collegium consequatur damnum, ac detrimentum, & ex inobseruantia, Salernitanũ consequatur lucrum, & emolumentum contra regulam *tex. in l. ne ex dol. ff. de dolo*; nemini .n. debet sua licentia prodesse, & alteri nocere *l. sed, et si hæreditas §. pen. vbi glo. ff. ad exhib.* neq; ex sua culpa meliorem, quis suam cõditionem facere potest *l. nõ fraudantur §. fin. ff. de reg. iur. l. si ab hostib. §. 1. ff. sol. matr.* alioquin punirentur legum custodes, & præmiarentur cõtrarii, quod non est ferendum *arg. l. Seruius in fin. ff. quod vi, aut clam. l. non solum ff. de noxal.*

Proinde per Magnum Regni Cancellarium fuit instatum pro obseruantia Regiarum Pragmaticarum, & per Excellentiss. Regni Proregem, eiusque Collaterale Cõcilium fuit decisiuè ordinatum, quod Collegium Salernitanum obseruet Matriculas, & alia requisita à Regijs Pragmaticis, alias scholares intelligantur nulliter doctorati, & non possint exercere officium medicinę, iuxta tenorem Regiarum sanctionum.

Aduersus quod comparuerunt Salernitani, allegantes in ipsorum Collegio non seruari Matriculam, nec requisita à Regijs Pragmaticis, ipsosque Salernitanos per longa tempora esse immunes. Ex quibus non modicum resultat absurdum, etenim Salernitana Ciuitas est in Regno, & per consequens subiecta Coronæ Regiæ, adeo vt nihil audere possit cõtra Re-

5 gias sanctiones, est autem in iure expeditum, Ciuitates subditas non habentes iura Imperij nullum gradum, nullamque penitus dignitatem posse tribuere, *tex. est in l. 1. vbi DD.*

C. de iur. aure. anu. Bart. in l. 1. nu. 78. 95. C. de dignita. lib. 12. Bal. in l. sacrilegij C. de adu. diue. iudi. & in proprijs terminis quod populus recognoscēs superiorem non possit quicquam statuere contra ius, dicit *Castr. in l. humanum in princ. vers. & ideo C. de legi.* quem adhoc allegat *Franch. dec. 2. nu. 31.* In Principe enim sunt thesauri dignitatum *Bal. post Iser. in c. 1. vers. à Principe, quis dicatur Dux, in vsib. feudo.*

6 Quod eatenus est verum, vt per Regias sanctiones nedum Salernitanum Collegium sit obnoxium septennali studio, & alijs requisitis, verùm etiam videatur quodammodo subordinatum almo Collegio Ciuitatis Neapolis, Regni Coronæ, in quo quidem almo Collegio Neapolitano pro vrbis magnificentia, ac maiestate semper viguerunt, prout vigent illustres, ac doctissimi viri sub eminentissimis Vicecancellarijs, ex quibus Neapolitanum Collegium redditur toto orbe terrarum famigeratum (Salernitani Collegij celeberrimum nomen, eiusque Academiæ perpetuum splendorem non negamus) de quo latius in nostra Historia, quoniã per Regiam Pragmaticam xi. sub tit. de scholaribus iubetur, quod tam doctorati in Collegio Salernitano, quàm in alijs Collegijs extra Regnũ non ostendentes matriculam, teneãtur præsentare sua priuilegia in almo Collegio Neapolitano, & ab eo approbationem implorare, cognita veritate examinis septennalis studij, alioquin Doctorati nullo modo valeant exercere Doctoratus insignia, quod cum exteris obseruatur, qui in hoc Regno medicinam excere volentes ab almo Neapolitano Collegio approbationem in dies implorant.

Neque opponatur eam Regiam Pragmaticam fuisse factam pro eo primo septennio, quo non erant adhuc institutæ matriculæ, eoque casu tantum, & non vltra Salernitanum Collegium fuisse subactum, & subordinatum almo Collegio Neapolitano, Nam Regia Pragmatica loquitur in omni futuro tempore, per ea verba [*che niuno possa, nè debba essercitare grado di Dottore, ò sia di legge, ò sia di medicina in questo presente Regno, che sia dottorato nelli detti Collegij d'esso Regno, ò fuora di quello dal di che sono stati fatti li sopradetti ordini in futurum, se non presentarà prima il suo priuilegio nel Collegio publico di questa Magnifica, & Fidelissima Città di Na-*
7 *poli, &c.*] per quæ quidem verba *in futurum*, omne futurum tempus intelligitur; Indefinitum enim æquipollet vniuersali *vulg. l. si pluribus cũ allegatis ff. de leg. 2. l. si plures ff. de leg. 3. Dec. cons. 139.* Quibus accedat ratio Regiæ Pragmaticæ, quæ fundatur in defectu matriculæ, semper enim, quod nõ constat de septennali studio per matriculam, Neapolitanũ Collegiũ videtur legitimus Iudex in cognoscendis Doctoratis in alijs collegiis
8 ex regula, quia ratio ampliat legẽ *l. vnũ ex familia S. fin. ff. de leg. 2. l. si is, qui animo, vbi glo. ff. de acq. poss.* Nam disposita in vna lege porrigũtur ad omnes res, casus, & personas, in quibus eadem ratio militat *l item veniunt S. ait Senatus vbi Bar. ff. de peti. hæredi.* Ideoq. cùm ratio est generalior dicto, licitum est à ratione arguere, non obstante dicti specialitate *l. regula S. fin. ff. de iur. & fact. ign. l. 1. S. quod vulg. ff. de vi, & vi arm. c. constitutionem de regular. lib. 6.* deniq; paritas rationis inducit paritatem dispositionis *vulg. l. illud ff. ad leg. aquil. l. à Titio ff. de ver. oblig. cum simil.* Imò vbi agitur de publica vtilitate, vt in casu nostro, lex debet extendi *Bar. in l. si constante q. 9. post glo. ibi ff. solu. matr. idemque in l. 2. S. exercitium ff. de infa. & in l. quemadmodum C. de agric. & censi. lib. 11. quem refert, & sequitur Iason. in con-*

consil. 101. *num.* 6. *volum.* 4.

Quòd si opponatur de priuilegio Salernitani Collegii, illud ostendatur,& exhibeatur,quo exhibito, respondebitur; Sed dato non tamen concesso,quod adsit priuilegium vel longa consuetudo,adhuc dicebam tale priuilegium,aut consuetudinem
9 Salernitanis non suffragari, cum enim ab emanata,& intimata Regia Pragmatica Salernitanum Collegiũ non appellauerit infra dies x. sibi præiudicauit, adeo vt priuilegium penitus amiserit *tex.est in l.*1.*§.si quis tutor inuer.causa immunitatis ff.quando appell.fit.vbi Imola, & Aret. Alex. consil.*101.*vol.*1.*Ias. in l.falsò asseueratur num.*3.*C.de diuer.rescri.* estq;communis opinio, de qua testatur *Aegid. Bos.in Praxi crim. tit.de princ. & priuil.num.*166. *Franc.Balb. de præscrip. in* 4.*par.*4.*par.principal.q.*30.*n.*7 *quos quitur Maranta in suo specu.aureo par.* 6.*vers.secundus actus nu.* 314. *& Borgni. Canalea.de Tuto. nu.*198.*idemque de vsufr.mul.reli.nu.*164.

10 Neq; tandem obstat exceptio præscriptionis,& in speciè quod contra Regiam Pragmaticã fuerit præscriptum aduersus Collegium Neapolitanum, dum per longum tempus non prohibuit, nec exercuit iura, nam ad hoc respondebam,nunquam præscribi contra facultatem prohibendi, nisi ab eo tempore, quo fuerit tentatum, & contradictum.*glo. singul.in l.* 1. *C.de serui. & aqua, vbi Bar.*2.*oppo. Bal. in l.*2.*C.eo.tit.Abb.in c.significante de appel.Ias.in l.quominus ff.de flumi.* vnde cum Neapolitanum Collegium non tentauerit, nunquam cucurrit præscriptio,*Bart.in l.eum notissimi C. de*
11 *præscript. trig.* Quid plura? aduersus iura facultatis Neapolitano Collegio competentia,nullo vnquam tempore posse præscribi dicit *glo.pen.in e. vt priuilegia de priuil.* quam refert,& sequitur *Capyc.de cis.*134. *post num.* 3. *vers.in contrarium post Io.Andr.Domi. & alios in c.fin.de consuetu.lib.*6.*Bertr. cons.*234.*lib.*3.faciunt,quæ latè scripsimus *in cons.*2.*num.*19.

Tandem allegata præscriptio, & antiqua possessio concernentes illaudabilẽ consuetudinem, ex qua Resp. potest lędi non conualescunt tempore *§. nulli vero Auth.vt nulli iudi.§.fin. Auth.de vsu. nauti. c. mala autem consuetudo* 8.*d. gl. ex eo.tex. in Auth.habita ibi peruersa consuetudine C.ne fi.pro pa.Bald.de pace consl. vers.contra verò* Maximopere autem Reip. interesse peritos, probatosq; habere medicos iura sępius testantur *l.* 1. *l. medicos C. de prof.& medi.lib.* 10.*l.*1.*§.medicorum de var. cogni. l.*1.*de decr.ab ord. faci.l. illicitas §. sicuti medico ff.de off. præs. l. quod si nolit §. culpam ff. de edil. edit. l. qui duas §.* 1. *de excu. tuto. arg.l.quæsitum de re iudi.* 29. *d.c. vlt.* 14. *q.*5.*c. vlt.Specul. tit. de Reo vers. item medicus Ripa in tract.de Peste.Bernard.Scodob.in Repet.Auth.habita in princ.ver. omnibus num.*4.*C.ne fil. pro patre faciũt dicta per nos infra cons.* 6. *num,* 11. Et in specie, quod contraria consuetudo non tollat rationabilem legem est tex.apertus *in l.*2. *C.quæ sit longa consuet.* & quod nullo tempore possit præscribi contra publicam vtilitatem legis,dicit *Bar. in l. de quibus post num,*5.*vers.si verò est contra ff.de legi.* Et vbi lex, & publicum bonum resistunt,nulla est præscriptio, vsurpatio .n. potius, quàm præscriptio dicenda est, ideoq; impræscriptibile, nulla vnquam consuetudine firmatur *Ange.cons.*290.*Andr.in prælud.feudo. nu.* 30.*in fin.& num.*36. *in fi. Camer. in l. imperialem lit. C. fo.*8.*per tex.in c.licet cũ seq.et c.dilectio tua §.potest etiã* 16.*q.* 3. Maximè vero vbi lex est generalis, & abusus,seu cõtraria consuetudo est specialis, vt in casu nostro, *Bart. loco citato*,cum quo est communis opinio, de qua testantur *DD.in d.l.* 2. Etenim per Neapolitanum Collegium semper fuerunt seruatæ, prout seruantur

Regiæ

Regiæ Pragmaticæ, quæ apud nos sunt in uiridi obseruantia, quicquid aliter Salernitanum Collegium.

14 Denique ex his obtinui pro Magno Regni Cancellario, adeo quod reiecta allegata libertate, ac prætensa præscriptione. Per Reg. Collaterale Concilium fuit decretum quod seruentur Prouisiones expeditæ pro executione Regiarum Pragmaticarum, Penes Giselmum.



SVMMARIVM.

1 *Regium est malè audire, cum benè feceris.*

2 *Principis est benignitatem exercere, & vindictam contemnere. Id, quod ciuilia iura ex Dei monito, Principes, Philosophi, & Poetæ nos docent.*

Princeps Dei beneuolentiam sibi conciliat, cum in Populos pietatem operatur.

3 *Heroica virtus non aliud est quàm clementia, quæ feritati opponitur.*

Per solam clementiam Dei seruatur imitatio.

4 *Maiores maiora pietatis exhibent exempla.*

Clementia nihil homini melius, nihil præstantius.

Quidnam importent ea verba. gratias agimus propter gloriam &c.

5 *Imperatores Clementiæ nomen iactitarunt, ommisso Maiestatis, & sublimitatis titulo.*

Nomenq; ab ipsa mansuetudine gesserunt;

6 *Princeps publicam vindictam apud Populos exercens, ægro agit animo.*

7 *Verum sui ipsius respectu vindictam non curat, sed eam penitus contemnit.*

8 *Principe nihil vnquam mitius, nihil clementius.*

9 *Exempla magnorum Principum, qui maximè offensi, vindictam spreuere.*

Romani plus meruere parcendo, quàm vincendo.

10 *Peroratio ad Principem.*

Principis Decretum.

CONSILIVM V.

Pro Ciuibus Principi maledicentibus.

ARGVMENTVM.

Principi nulla in maledicentes sumenda vindicta. Id, quod Dei monita, Ciuilia iura, Summi Principes, prudentissimi Sophi, pijssimi Vates vno omnium ore testantur. Hinc Heroicam virtutem non aliam esse quàm Clementiam ostenditur. Ideoq; celsissimos Cæsares ommisso Maiestatis, ac sublimitatis titulo, gloriosiorem benignitatis, ac mansuetudinis titulum iactitasse, nouis, concinnisq; perpensionibus traditur. Ex quibus Serenissimi Vrbinat. Ducis secuta est indulgentia.

1 Regium quidem esse cum benè feceris male audire, & ab indignis insimulationem ferre inquit *Alex. ille Magnus post Antbistenem Philosophum; apud Plutar. in Apophtegm.* quemadmodum Principis esse benignitatem, & mansuetudinem induere, & conuitia æquo vsq; animo sustinere tradunt ciuilia iura. Quare nulla tibi Princeps Serenissime sumenda vindicta in ciues inciuiliter contra Regium nomen tuum blaterantes, & querelas insulso, plebeioq; more effutientes. Id, quod sacratissima

sima iura ex Dei monito, Summi Principes, sapientiæ vertices Philosophi, ac denią; pijssimi Vates nos docent.

2 Audi Imperatorem, qui ita demum Diuinam beneuolentiam sibi conciliandam obtestatur, si in populos pietatem, & mansuetudinem exercuerit, in quo vel ipsum quidem Deũ imitari scribit, qui humanis lapsibus semper ignoscit, textus est in §. *itaque Deo Auth. vt Iudi. sine quoq; suffr. l. Imperialis C. de nupt. Andr. quæ sint regal. num.* 74. vt merito ignoscendi sanctitatem alibi prædicauerit *l. si quis in hoc genus C. de ep. & cler.* Ideoq; non

3 aliam Heroicam esse virtutem, quàm ipsam clementiam, & humanitatem, vtpote quæ vindictæ, & feritati opponitur, testatur *Aristo. Ethi. 7. cap.* 1. idemq; *Magnor. Moral. 2. cap. 6.* sanctitate inquam ignoscendi, Sancti .n. Heroes sunt, nimirũ homines, ac Dij per participationem. Neque verò isthæc inter se quicquam repugnare credideris, nimirum vt Heroum virtus, quæ non aliud sonat, quàm super humanum quid, ac Diuinum, eadem cum humanitate videatur, quando-

4 quidem per solam clementiam, & humanitatem Dei seruari imitationem, docet ipsemet celsissimus Imperator *in l. fi. C. de don. inter vir. & vxo.* consonat *Claudiani sententia de 4. Hono. Consu.*

Sis pius in primis, nam cum vincamur in omni
Munere, sola Deos æquat clementia nobis.

Quapropter sola clementia reddit nos pares Deo, vtpote Heroes, & Semideos. Hinc Ouidius ad Euxinos proscriptus, quòd contumacius in Cæsarem egisset, veniam implorabat, inquiens in hoc tantùm immortali Deo posse Cæsarem comparari, si veniam, & opem præstaret. l. 2. *de Ponto*.

Hoc tecum commune Deo, quòd vtaq; rogati
Supplicibus vestris ferre soletis opem.

Ac si diceret, tu quidem Cæsar non es potens quantum est Deus, non sapiens, non fortis, non prudens quantum Deus; sed bene potes in lenitate, vel ipsum quidem exæquare Deum. *Sola Deos æquat Clementia nobis*, quibus respondet sententia Imper. *in d. l. fin. C. de donat. int. vir.* Id, quod olim Demosthenem ad Alexandrum dixisse refert *Gram. deci. 23. circa fin.*

Idemq; Poetam sensisse crediderim, qui maiorum (inquit) summorumq; esse virorum iram compescere *Ouid. Trist. lib. 3.*

Quo quisq; est maior, magis est placabilis iræ.

Idq; sacrum textum voluisse crediderim ex ijs verbis. *Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam* hoc est propter magnam diuinę clementię tuæ gloriam, quo .n. Princeps clementior, eo gloriosior, & è contra.

Ideoq; maiores, maiora ęquitatis exempla, maiora mansuetudinis facinora exhibent, *Audiamus Claud. in Consu. Manl.*

Se iactent alij, studeant feritate timeri,
Pax maiora docet.

Consonat tex. *in d. l. si quis in hoc genus*, quo Heroum esse ignoscendi sanctitatem docemur, quibus adstipulatur *Sene. de clementia lib. 1. cap. 5.* post *Arist. 4. Ethi.*

Quare nihil homini pietate, & clementia melius, nihil vnquam prętantius expertus est *Comicus in Adel.*

Re ipsa repperi facilitate nihil esse homini melius, neque clementia.

Cui succinit *Poeta in AEtna.*

Et merito Pietas homini tutissima virtus.

Quoniam per clementiam summam omnium virtutem, nimirum Heroicam, atq; Diuinam cęlum petimus, *vt Sene. in Octa.*

Pulchrum eminere est inter Illustre viros

Cæde abstinere, tempus atq; iræ dare,
Hæc summa virtus, petitur hac Cælum via.

5 Hinc prudentiores, Augustioresq; Imperatores omissis fastigij, culminis, Maiestatis, ac sublimitatis titulis, gloriosiorem Clementiæ, & mansuetudinis titulum iactitarunt, *cunctos Populos, quos Clemētiæ nostræ regit Imperium* ait Cæsar. *in l.* 1. *C. de summ. trinit. & in l.* 1. *C. de offi. Quæsto. & in l. humanum C. de legi. Mansuetudinis nostræ munificentia* inquit *in l. meminerint C. vnde vi, & in l. si quos C. de offi. præf. præt. ori. & in §. quoniam vero Auth. quib. mod. nat. eff. sui*, & sexcentis in locis, quos omitto *ad hæc tex. in c.* 2. 97. *d. in fi.* Quinimo præcelsiores Principes vel etiam nomen à lenitate sumpserunt. Q. ille Fabius Maximus à rebus, quas gessit maximis ita dictus, ob insignem clementiam, & mansuetudinem Ouis, & Ouicula dictus est. Antoninus ille Imp. Ludouicus ille Gallorū Rex (cæteris omissis) Pii à summa nimirum pietate vocitati sunt, quid plura *Memineris. Domine mãsuetudinis meæ* inquit Dauid Rex consonat *tex. in d. l. meminerint* ibi *mansuetudinis nostræ &c.*

Quapropter ad æquitatem, & clementiam omnem legem adapertam scribit Imp. in *§. quoniam vero Auth. de exhib. reis.*

6 Licèt autem in subditos ob Reip. bonum vindictam aliquãdo exequatur *c.* 1. *vbi gl. de malefi.* id tamen cum dolore, ægroq; agere animo obtestatur. Audiamus *Ouid. Artis lib.* 1.

Est piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox,
Cuiq; dolet quoties cogitur esse ferox.

Consonat tex. *in d. l. Imperialis.*

7 Verumtamen sui ipsorum respectu Summi Principes vindictam penitus contempsere, quod non simplici, priuataq; Constitutione, sed proprio, peculiariq; titulo profiteri maluerunt *C. si quis Imperatori maledixerit*, quo hæc pientissimus Cæsar statuit. *si quis modestiæ nescius, & pudoris ignarus improbo, petulantiq; maledicto nomina nostra crediderit lacessenda, ac temulētia turbulentus obtrectator temporum nostrorum fuerit, pœna nolumus subiugari, neq; durum aliquid, neq; asperum volumus sustinere, quoniam si id ex leuitate processit, contemnendum est, si ex insania, miseratione dignissimum, si ob iniuriam, remittendum.*

Remittēdum inquam, hoc est maledicti nullam penitus rationem habendam, vt latè probat *Meno. Arb. Iudi. lib.* 2. *cent.* 4. *casu* 377. *num.* 9. *Io. de Anani. post glo. in c.* 1. *de malefi.*

8 Etenim Cæsare nil mitius, nil vnquam lenius, & clementius. *Ouid. Trist. lib.* 5.

Cæsare nil ingens mitius orbis habet.

Consonat *tex. in l. his quidem C. qui milita. non poss. lib.* 12. quo innatam Principi Clementiam legimus.

9 Neq; verò defuerint magnorum virorum, summorumq; Principum vel etiam, & ethnicorum documenta. Pericles Atheniensis Regulus integram diem cōuiciatorem sustinuit, eundemque æquo vsq; dissimulauit animo. Lycurgus Lacædemoniorum Princeps à scelesto cive altero oculorum orbatus, accepit illum à populo pro suo arbitrio dilaniandū, quod non fecit, imò cum bonis moribus instituit, & Lacedæmonijs infracti animi æquitatem demirantibus, hisce verbis reddidit. Quem à vobis iniurium accepi, frugi reddo. Dromocheres Getarum Rex acerrimum hostem Lysimachum tandem bello deuictum dimisit illæsum. Vesp. Cæsar Vitellium, qui & fratrem peremerat, & filij saluti insidiatus fuerat, in amicum vltro recepit. Alfonsus Cast. Rex Maurum, qui ceu alter Scæuola ipsum Regem necaturus aduenerat, pecunia cōdonatum dimisit, de quibus apud *Carb. de Pacif.* Mitto Cæsarem, mitto Octauium, mitto Germani-

manicum, de quorum insigni erga calumniatores æquanimitate, & patientia latè *Sueto. in Cæs. in Oct. in Caligu. post ipsummet Cæs. in cõme. de Bello Ciui. lib. 1.* Omitto M. Aurel. Probũ, cæterosq; mira pietate, & clementia Principes, quorum benignitatis encomia nusquam non occurrunt. Et ipse Alexander licèt cognomento Seuerus, re tamen vsque adeo clemẽs fuit, vt nullum vnquam diem transegerit, quin aliquid pietatis, & mansuetudinis peregisset, teste *Lampridio quem refert Menoch. Arb. Iudi. lib. 2. cent. 2. casu 171.* & latius scripsimus *Fest. Lect. lib. 1. cap. 3. post Gram. d. deci. 23. circa fi.* Deniq; Romanos longè magis auxisse imperium parcendo, quam vincendo scribit *Liuius Deca. 3. lib. 10.*

10 En tibi Heros Serenissime æquitatis, ac veniæ ratio, quam sacratissima iura ex Dei præcepto, Summi Principes, pijssimi Vates, prudẽtissimi Philosophi vno omnium ore testantur.

Ex his secuta est remissio, & liberatio ciuium per Sereniss. Vrbinat. Ducem. Satis .n. fuerat quo ad publicam disciplinam aliquot mensium carcer & ita intelligas *gl. in Rub. C. de præp. labo. lib. 11.*



SVMMARIVM.

1 *Eques Marinus instituit hæredem vniuersalem Ioannem Baptist. Manso Marchionem Villæ.*

2 *Legatum mobilium domus, Massaritiarum, Vtensilium, siue Suppellectilium idem importat.*

3 *Legatum suppellectilium domus non comprehendit libros, nec arma.*
Et an libros non completos.
Et an manuscriptos.
Et quid si mobilia opponantur stabilibus nu. 5.

4 *Ars imprimendi libros quo tempore inuenta.*

5 *An appellatione mobilium veniant libri, vbi mobilia opponuntur stabilibus.*

6 *Mens testatoris attenditur, quem non est verisimile voluisse in suppellectili includere partus ingenij, ijsq; voluisse fraudare Illustriss. doctissimumque hæredem.*

7 *Legatum librorum factum medico restringitur ad libros medicinales.*
Conditio legatarij attenditur.

8 *Legato vxori lecto, non venit culcitra serica, quæ viduis non conuenit.*

9 *Academia Ociosorum Neapol. toto orbe celeberrima.*

10 *Dispositio est sanè intelligenda, ne res pereat.*

11 *Publicè interest literarum fauores ampliari.*

12 *Appellatione mobilium domus non veniunt, quę sunt extra domum, & tanto minus pecunia numerata extra domum.*

13 *Appellatione mobilium domus non venit pecunia numerata domi existens. Et quid in parua pecunia n. 15.*

14 *Appellatione mobilium an veniat aurum, & argentum.*

15 *Appellatione mobilium venit forte parua pecunia domi existens pro expensis quotidianis, secus notabilis pecunię quantitas.*

16 *Pecunia magna, & parua qua ratione distinguantur.*

17 *Pecunia in Bancho existens reputatur quid stabile.*

18 *Pecunia destinata ad emptionem stabilium reputatur quid stabile, & ideo non venit appellatione mobilium.*
Maximè si legentur mobilia certi loci, & nu. seq.

19 *Destinatio an habeatur pro actu perfecto.*
Et quid in materia stricta, seu statutaria.
Et quid in materia testamentaria.

20 *In dubio pro hęrede contra legatarium est pronunciandum.*

21 *Epilogus. Et effectualis causę exitus.*

CON-

CONSILIVM VI.

Pro Marchione Villę hęrede Equitis Marini.

ARGVMENTVM.

Appellatione mobilium,& suppellectilium domus, an veniant arma,& an libri, & manuscripta, & an aurum, & argentum. Et an pecunia numerata domi, vel extra. Et quid si pecunia fuerit apud Trapezitas vulgo Bancherios, vel destinata in emptionem bonorum stabilium, vbi examinatur quæstio,an destinatio habeatur pro actu perfecto, contra Boerium, & quid hac in re Sacrum Concil. Neap. decreuerit.

1 EQues Io.Baptista Marinus Neapolitanus Poetarum felicissimus Naturæ delitium obijt in patria sub die 26. Martij 1625. instituto sibi hærede vniuersali Io. Baptista Manso Marchione Villæ Sophorum Principe,& Mecœnate, & inter cetera legauit Doctori Physico D. Cæsari Clara mobilia, & suppellectilia domus, cuius legati vigore prætendit prædictus legatarius opera, & compositiones manuscriptas domi existentes, nec non pecuniam,extra domum apud Trapezitas siue vt aiunt in Banco retentam,sed longè fallitur ex his,quæ subnectam.

2 Et quo ad Compositiones,certi iuris est, quod in legato mobilium domus,seu massaritiarum, vel suppellectilium, quæ omnia idem important *l.1.vbi Bart. iuncto tex.in l. 2.* ibi *res mobiles ff.de supe.legat.* non continentur libri,neq; arma,imo nec capsæ,& scrinia, in quibus libri continentur tex.est *in l.3.ff.eod.tit.de sup.legat.* vbi *Bar.* per hæc verba. *Nota quod libri, & arma suppellectilis appellatione*

3 *non continentur*,quod procedit etiam in ijs libris,seu operibus, quæ nō sunt completa,seu perfecta, dum tamen fuerint redacta in formam libri *Bar. in l.librorum §.sed nec coepti vers. vel ibi ff. de leg.3.* per tex.in eadem *l. §. si Homeri*; Parum autem refert, huiusmodi compositiones non esse impressas,sed manuscriptas, nam olim omnes libri,omniaq; opera erant manu-

4 scripta, Ars enim impressionis librorum fuit inuenta Germaniæ Anno Domini 1454.vt testantur. Historiæ.

Neq; verò obstat, quod dicit *Specul. tit. de fruct.& interesse §.1. vers. sed pone*, nimirum appellatione mo-

5 bilium venire libros, siquidem ibi mobilia opponuntur stabilibus per ea verba *De omni mobili meo, quod nunc habeo volo, vt fiant tres partes* &c.Quo quidem casu omnia veniūt, quæ non fuerint stabilia, non autem agit Speculator de mobilibus,& suppellectilibus domus, vt in facto nostro,in quo neq; libri, neq; arma veniunt, vt iam dictum est. Etiam attento communi vsu, & consuetudine loquendi totius Italiæ, per quā appellatione mobilium domus non nisi suppellectilia, & massaritiæ, seu vtensilia domus continentur, prout voluerunt *Io. Andr.in addit.ad Specul. loco citato Cephal.cons.598. Oldrad.* & alij,quos refert, & sequitur *Thes.dec. 160.num.7. & 8. Card. Mantica de coniect.vlt.volunt. lib.9. tit.3.num.8.* per tex.in proprijs terminis *in l. labeo*

6 *ff.de suppel.legat.* Quod maximè procedit in casu nostro,attenta voluntate defuncti, quem non est verisimile voluisse includere partus ingenii in legato suppellectilis; ijsq; voluisse

pri-

priuare Doctissimum hæredem, cui se totum, suumq; nomen, & famam tradiderat, & commendauerat arg. tex. in propriis terminis *in d.l. labeo §. sed de his ff. de supel. leg. & d.l. librorum §. quod tamen, Cassius ibi studiosus studio-*
7 *so ff. de leg. 3.* arg. eorum, quæ scribit *Bart. in l. si uxori in princ. ff. de auro, & argento legato*, quem refert *Surd. dec. Mant. Senat. 150. nu. 5.* vbi legatum librorum factum Medico restringitur ad libros medicinales tantum, quemadmodum factum Doctori Canonistæ restringitur ad libros Cano-
8 nicos, quoniã qualitas legatarii aliud non suadet, *arg. l. plenum §. equitij ff. de usu, & habit. vbi Bal.* notabiliter scriptum reliquit, quod si testator legauerit vxori suæ lectum, non venit culcitra serica, quæ conditioni viduarũ non conuenit, cum cœteris abundè congestis per *Hippol. de Mars. in Rub. C. de prob. num. 13. & seq.* Eoque magis quòd huiusmodi compositiones, & manuscripta Equitis Marini sunt pro maiori parte imperfecta, & malè
9 exarata, quæ nisi ab eruditissimo hærede, eiusque Illustriss. & famigerata Academia repurgentur, interpretentur, & expoliantur, sunt penitus de-
10 perdita, non sine publica iactura. Dispositio .n. semper debet intelligi nè res pereat *vulg. l. quoties 2. vbi glos. &*
11 *DD. ff. de reb. dub.* cum concord. Publicè autem interest bonas, politioresque litteras, eiusque fauores ampliari *glos. & DD. in l. vnic. C. de studijs liberalibus vrb. Rom. lib. 10. per DD. in Auth. habita C. ne filius pro pat.*

Ex quibus satis, superque constat compositiones, & manuscripta legato mobilium nullo modo cedere, tum ex iuris dispositione, tum ex cõmuni vsu loquendi, tum denique ex præsumpta testatoris voluntate; & hæredis conditione.

12 Quò verò ad pecuniam extra domum, constat appellatione mobiliũ domus, non contineri bona extra domum, & tanto minus pecuniam extra domum retentam, prout consuluit *Dec.* omnino videndus *in Cons. 92. viso puncto*, & ante ipsum *Oldrad. Cons. 8.* per tex. apertum *in l. quæsitum §. 1. cum seq. ff. de leg. 3.* cum quibus conuenit *Vrsil ad decis. Afflic. 106.* miratus de contraria opinione *Afflic. vt ibi post num. 3.* per hæc verba. *Si mihi detur audacia, & venia dicendi, dico magis placere opinionem, quod per illa verba suppellectilia domus restringatur legatum in tantum, quod non nisi bona, quæ sunt in domo veniant in legate &c.*

13 Immò dico, quod neq; pecunia domi existens veniat appellatione mobilium, nisi de ea specialis mentio facta fuerit, *Ita Ias. in l. singularia num. 205. ff. si cert. pet. Corn. cõs. 40. lib. 3. Alciat. in l. mouentium in fin. ff. de verb. signif. Gabr. cons. 903. num. 20. & seq. Thes. dec. 160. num. 4. per tex. in l. si mihi meuia in fi. ff. de leg. 3. & d.l. quæsitum §. primo eod. tit.* & ita solenniter decisum refert *Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 9. tit. 3. post nu. 3. et Hier. Gabr. in cons. 98. num. 27. lib. 1.* Maximè attento communi vsu loquendi vigente in tota Italia, ex quo quidem vsu, & communi consuetudine loquendi, certum est appellatione mobilium domus, pecuniam numeratam non contineri prout testatur *Io. Andr. in Add. ad Specul. tit. de fruc. et Inter §. primo Natt. cons. 117. nu. 5. Oldrad cons. 219. Corn. cons. 49. lib. 3. Plotus in l. si quando num. 5. C. de in li. iuran. Afflus Pinell. in l. prima ff. de supel. leg.* & ita per Senatum Pedem. fuisse decisum testatur *Thes. d. dec. 160. num. 7. in fin.*

14 Nec quicquam refert in legato contineri aurum, & argentum, nam non per hoc veniunt nummi, & pecunia numerata, *tex. est in l. cum aurum in princ. & l. Q. mutius §. primo ff. de aur. & arg. leg.* Quod procedit etiam si testator dixerit omnia, & quæcunque bona mobilia, & omne argentũ,

nam dictio quantumuis vniuersalis non potest continere pecuniam *tex. est in d.l.si mihi meuia §.fin.ff.de leg.3. Corn.cons.49.vers.circa pecuniam, Tiraq.de retract. lignag. §. primo glos. 7. num.26.* Quid enim interest, si testator dixerit suppellectilia, vel omnia supellectilia, indefinitum enim æquipollet vniuersali *vulg.l.si pluribus,vbi glos.& DD.ff.de leg. 2.* Qui vero contrarium asserunt, eamque notam vniuersalem, etiam pecuniam continere contendunt, respondeant quæso ad *tex.in d.l.si mihi Meuia in fin. & in d. l.Q.Mutius* vbi duplex nota vniuersalis.

15 Et quia Thesaur. callebat aliter quospiam sensisse, per *tex. in l.si chorus in 2. resp. ff. de leg. 1.* distinguit inter paruam pecuniam, quæ veniat appellatione vtensilium, eoque casu procedat *tex.in d. l.si chorus*, & inter notabilem pecuniæ quantitatē, quæ nullo modo appellatione mobilium potest contineri, per *tex.in d. l.si mihi Meuia.*

16 Maximè verò si pecunia fuerit magnæ, vel notabilis quantitatis, quo quidem casu, nullo modo appellatione mobilium potest contineri, quod exemplificat *Thes. loco citato num. 4. vers.sed pro concordia.* In viro nobili, si fuerint centum aurei, in homine mediocris conditionis, quinquaginta, in rustico vigintiquinque, iuribus per eum allegatis, quod videtur desumpsisse à *Io. de Anania in c. licet Eli ex to tex.* ibi *non modica summa pecuniæ de Simon.* vt merito in casu nostro, pecunia in banco existens vltra mille aureos, nullo modo appellatione

17 mobilium possit contineri. Quibus accedat opinio Baldi decernentis pecuniam apud Trapezitas, siue vt aiunt in Banco existentem, reputari rem immobilem, quasi quid Capitalis *in c.cum causa in fin.de reiudic.* quē refert, & sequitur *Tiraquell.de retrac. §.primo glos.7.num.* [illegible]

18 Denique pecunia destinata ad emptionem bonorum stabilium, prout in casu nostro, reputatur quid stabile secundum veriorem opinionem per tex *in l.3. §. quid ergo ff. de cont. act. tu.* (intendebat enim Eques Marinus ex ea pecunia emere prædium in amænis locis Plagæ, vel Pausilypi, ita *Tiraq.loco citato num. 106. Raph. Cumanus in l. coetera §. sed, & si ff.de leg. primo, idemque Cuman. Alex. Aret. in l. ita demum C. de collationibus Ludouic.Roman.in l.si ex legati causa num. 13.ff.de verbor.oblig.Idemq; cons.188. in fin.& in sing.103. Lucas de Penna in l.vnic. C.de mun.patrim. lib. 11. Gomes.in §.item seruiana num.21.Inst.de actio. Franc. Ripa.in l.1. num.9. ff.ad Trebell.Corsetus in sing. ver. pecunia Franc. Crem.sing.59.And. Barbatia in c.si quorundam num.11.de solu.Idemque in Rub.& in c. nulli de reb.eccl.non alien. Alber.in 2.par.statu.q.204. Tho. Parpal. in l.1. ff.sol.matr. Io. de Anan. in c. licet Eli de Simon. Corn. cons. 49. lib. 3. Bertra. cons. 100. lib. 5. Ludou. Bologni.cons.39. in fin.vers. præterea Io.Lup.in l.1.ff.de dona. inter vir. Cassan.in cons.Burgu.tit.de Droi appart.§. 2.& Ferronus in eodem tract.tit.de dote §.6.* cum cœteris allegatis per *Tiraq.loc.citato;* Et ita pluries iudicatū, tam per Senatum Parisiensem in simili casu, quàm etiam in proprijs terminis per Senatum Pedem. testantur *Gail. decis. 67. & Thes. dec. 160. num.6. in fin.* Quicquid contra *Boer. q.209.per tex.in l.catera §.sed si parauerit ff.de leg. 1.* cui dicit ipse non est qui respondeat, sed audiat responsio-

19 nem. Cauetur Senatusconsulto non licere iniūctas ædibus columnas detrahi, ne vrbs deformetur. Modo quęrit *tex.in d. §.sed si parauerit,* quid si testator quædam parauerit, quasi translaturus in aliquam domum, an liceat eadem postea legare, & Respōdet licere, ex quo colligunt DD. Destinationem non haberi pro actu

perfecto,

perfecto, verumtamen id procedit in materia statutaria, odiosa, vel pœnali, & in exorbitantibus, prout erat illud Senatusconsultum, prohibens liberam disponendi facultatem de re propria contra naturalem rationem, nihil enim tam naturale est, quam vt rei suæ quilibet sit moderator, & arbiter, vel etiam abutendo *vulg. l. in re mandata C. manda. vbi DD.* Etenim iniuriosa res est nõ esse ingenuis hominibus liberam suarum rerum dispositionem *l. 2. ff. si quis à pare. fuer. manumi.* Quoquidem casu simplex, & stricta veritas exigitur *l. 3. §. hæc verba vbi DD ff. de neg. gest.* cum cęteris per nos allegatis *in conf.* 17. At secus in facto nostro, vtpotè in materia testamentaria, vbi sufficit ficta seu præsumpta veritas, prout benè animaduertit *Ludo. Bologn.* loco citato, qui dicit, quod contraria opinio procedit solum in statutis, in quibus fit stricta interpretatio, & ideo facto nostro non obstat; ita quoq; *Decia. conf. 33 num. 10. lib. 1. & Rol. à Vall. in tract. de Lucro dotis q. 91. nu. 13.* quem refert, & sequitur *Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 3. casu. 290. in fin.* Et quia tota vis quæstionis in eo consistit, si destinatio habeatur pro facto, seu pro actu perfecto, vti scribit, *Tiraq. loc. cit. num.* 110. allego tex. *in l. si chorus §. 1. in primo responso, & l. si ita legatum est, & l. si fundus legatus ff. de leg. 3.* quibus Boer. non facilè respondebit, vbi pecunia domi existens, vt mutuo daretur, non dicitur domi existere, sed abesse à domo, ideoque in legato pecuniæ domi existentis non venit, cõsonat tex. *in l. qui saltum ff. eo.* & latius diximus infra *conf.* 15. sufficit. n. sola destinatio, vt iudicetur, ac si mutuo data esset; Quod maximè fulcit opinionem nostram, si enim pecunia domi existens, mutuo tamen destinata non venit in legato pecuniæ domi existentis, quanto minus appellatione mobilium domus veniet pecunia extra domum in Bãco retenta, destinata in emptionem stabilium? Contraria autem sententia, vt vel etiam pecunia destinata in emptionem veniat appellatione mobiliũ, posset forte procedere, vbi simpliciter legentur mobilia sine certi loci adiectione. Secus vero vbi sit adiectus locus, prout in casu nostro, in quo legantur mobilia domus, & quæ sunt in domo, tunc enim nullo pacto venit pecunia destinata in emptionem *d. l. si ita legatum* cum cęteris superius allegatis, ita *Mantica loco citato num. 2. & 3.* cum reliquis eo congestis,

20 Denique meminisse oportet (quatenus aliquod subesset dubium) pro hærede contra legatarium esse pronunciandum, ex regula, quod in dubio hæres videtur grauatus quoad minus fieri potest *l. apud Iulianum §. stio ff. de leg. primo l. vnum ex famil ia §. si rem ff de leg. 2. l. nummis ff. de leg. 3. Socc. Iun. conf. 9. lib. 1.*

21 Ex quibus satis demonstratum est appellatione mobilium, & suppellectilium domus, atque appellatione argenti, & auri pecuniam non contineri.

Etiam attento communi vsu, & consuetudine loquendi totius Italiæ.

Et tanto minus contineri pecuniã extra domum existentem.

Maximè si pecunia fuerit magna, seu notabilis quantitatis.

Potissimum verò si fuerit in Banco retenta, & in emptionem bonorum stabilium destinata.

Ac demum in dubio pro hærede contra legatarium esse pronunciandum.

Lato per S. C. Decreto, per quod omnis pecúnia videbatur competere legatario mobiliũ, fuerũt à me propositæ grauissimæ nullitates, ex ijs, quæ superius retulimus, quibus perpensis Decretum non habuit effectum. Respectu verọ manuscriptorum, hæres

E 2 noluit

noluit contendere, sed ea gratis cessit legatario. Penes Scacciauentum.



SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus Ecclesiasticum requirit concursum, secus vero iuspatronatus laicale, vel mistum.*
2 *Sed quid in Ecclesia, quæ præsentant, accedente consensu laicorum.*
3 *Iuspatronatus Ecclesiasticum laicale, & mistum in quo differant.*
4 *Præsentare, & assentire præsentationi an different.*
Paria sunt facere, vel facto assentire.
5 *Habens consensum in re, habet partem in re.*
6 *Reseruatio assensus facit actum conditionalem.*
7 *Conditio inducit formam, quæ dat esse rei.*
8 *Conditio habet vim causæ finalis.*
9 *Maior est, qui confirmat, quàm qui instituit.*
Ratio cur in Baptismate sufficiat simplex Sacerdos, at in Chrismate requiratur Episcopus.
10 *Consuetudo antiqua est attendenda.*
11 *Possessor est conseruandus, & manutenendus in possessione, etiam si possessio esset vitiosa.*
12 *Decretum Curiæ Archiep. Neap.*

CONS. VII.

Pro Ecclesia SS. Marcellini, & Festi, & vniuersitate Afragolæ.

ARGVMENTVM.

Ius Patronatus, per quod Ecclesia præsentat cum consensu laicorum sit ne censendum Ecclesiasticum, vel Laicale, vel deniq; mistum, & quid in eo præualeat præsentatio, an consensus, quisue maior dijudicetur confirmans, an instituens, & an in eo sit habendus concursus tanquam in beneficio Ecclesiastico, iuxta Canonem Sac. Concil. Tridentini. Et ad hoc Decisio Archiep. Curiæ Neap.

1 EX Sacro Concilio Tridentino, ac declaratione Sacræ Congregationis habetur, quod in iurepatronatus Ecclesiastico sit faciendus cõcursus, adeo quod Curatus præsentatus ab aliqua Ecclesia, non sit admittendus absque concursu coram Ordinario loci, secus verò in iurepatronatus laicali, vel misto, in quibus præsentatus est admittendus absque concursu.

2 Accidit, vt Venerabile Monasterium SS. Marcellini, & Festi Ciuitatis Neap. habens ius præsentandi Rectorem, & Curatum in Ecclesia Sancti Marci de Villa Afragolæ; accedente tamen consensu laicorum plateæ prædictæ Villæ Afragolæ, præsentauit Reu. D. Petrũ Castaldum, cui præsentationi assensit prædicta platea.

Prætendebat Reuer. Fiscalis Ecclesiæ Neapolitanæ; quòd Prædictus præsentatus non esset admittendus, nisi præuio concursu, ex quo sumus in iurepatronatu Ecclesiastico, stante, quòd Monasterium est illud, quod præsentat, laici verò non præsentant; sed tantùm præsentationi assentiunt.

Ego verò tanquã Aduocatus Monasterij, Plateæ, & præsentati dicebam; quod imò tale ius præsentandi sit censendum merè laicale, ratione consensus laicorum, vel saltem mistum,

tum, adeò quòd in eo de iure, non sit habendus concursus.

Mouebar primò, quoniam illud dicitur Iuspatronatus Ecclesiasticū, quod ab Ecclesia, & personis Ecclesiasticis totum dependet, illud verò dicitur laicale, quod à laicis tantum dependet, illud denique mistū, quod
3 ab vtroque dependet, *clem. vn. vbi DD. de iur. patr.* Mistum enim illud dicitur, quod participat de natura vtriusque, & constituit nouam speciem, vt latè per *Tiraquell. de Retract. §. 30. glos. 1. num. 30.* prout in casu nostro, in quo sola præsentatio Monasterij non sufficit, sed necessariò requiritur assensus, & consensus laicorum; vnde meritò dicendum est mistum iuspatronatus.

4 Neque opponatur, quòd laici non præsentant, satis est enim, quòd præsentationi assentiant, consensus enim habetur loco præsentationis, quoniā paria sunt de iure aliquid facere, vel facto assentire, *tex. est, vbi Bal. hoc notat in l. filio fam. C. de iur. delib.* Omnia enim nostra facimus, quibus nostrum impartimur assensum, *vulg. l. 1. §. omnia C. de vet. iur. enucl.* etenim licet diuersa sint nomina, vbi tamen idem est effectus eadem iuris dispositio est censenda *arg. l. vbi ita ff. de don. causa mor. Ias. in l. nō codicillum C. de testam. Det. in cap. nouit in fi. de iudi. Socc. cons. 71. col. 3. lib. 1. Abb. in c. inter corporalia*
5 *de transla. Epi.* Et ne desit punctualis decisio *tex. est in c. obeuntibus 63 d. vbi glo. in ver. consensus*, in quo habetur, quòd qui in electione habet consensum, magnam habet partem, propterea, stante declaratione Sacræ Congregationis, quòd in iurepatronatus partim Ecclesiastico, & partim laicali non fiat concursus, consequens est, vt in casu nostro præsentatus sit admittendus absque concursu.

6 Imò longe maior videtur assensus laicorum, quàm præsentatio Monasterij, ideoque tale iuspatronatus esset potius dicendum laicale. Nàm reseruatio assensus, vt in facto nostro, facit actum conditionalem *glos. in l. item labeo §. 1. fam. herci. latè Anna in suo sing. 447.* cum cœteris ab eo congestis, ex quo sequitur quod præsentatio Ecclesiæ posita sub conditione non inducit dispositionem, sed tota dispositio iurispatronatus videtur consistere in assensu laicorum *arg. l. qui hæres §. vlt. ff. de cond. & demon. l. si quis sub conditione ff. si quis omis. ca. test. c. super eo de cond. app. Af-*
7 *flict. decis. 335. num. 4.* Conditio enim inducit formam, quæ quidem dat esse rei *vulg. l. Iulianus §. 1. ff. ad exhib. Bart. in l. 1. ff. de cond. & demon. Ann. alleg. prima num. 6. Cotta Memorab.*
8 *iur. in ver. conditio*, Vt meritò de iure ipsa conditio dicatur habere vim causæ finalis *Bart. in l. 2. §. vlt. post nu. 2. ver. aut ergo ff. de donat.* Finis autem est attendendus *Tiraq. de retr. §. 1. glos. 7. post Philosophum 3. Topicorum*, & latius diximus *Fest. lect. lib. 2. cap. 6.*

9 Item maior videtur assensus laicorum, quàm præsentatio Ecclesiæ, siquidē maior est, qui confirmat, quàm qui instituit *Abb. in c. quanto num. 5. et 6. extr. de consuetu.* estque ratio, quoniam talis confirmatio per consensum perficit actum, ex quo ratione perfectionis est maior *arg. l. hæc venditio ff. de cōtr. empt.* & latius per *Abb. loco citato*, qui ideo dicit in confirmatione Chrismatis requiri Episcopum, licèt in Baptismo simplex Sacerdos sufficiat, quoniam maior est qui confirmat, quàm qui instituit *Facit tex. in l. furti ff. de his, qui not. inf.* vbi res iudicata sumit nomen, & robur à sententia confirmante, & latius per *Surdum decis. 70. vbi Io. Bap. Hodier. in Addit. & Thes. decis. 228.*

Denique ad sciendum num tale iuspatronatus sit censendum laicale, vel saltem mistum, attendamus praxim, & antiquam consuetudinem, quæ quidem est optima legum inter-

pres, vulg. l. *si de interpret. ff. de legi.* & ab ea non est quicquã recedẽdum, *vt latè scripsimus cons.* 1. Vetus autẽ consuetudo talis iurispatronatus, ea est, vt fiat sine concursu, prout sẽper fuit obseruatum ante, & post Sacrũ Concilium Tridentinum, ergo vel laica-
11 le, vel mistum, vnde meritò Ecclesia, & Platea laicorum sunt in ea possessione conseruandæ, & manutenendę, etiam quòd talis possessio esset iniusta *tex. est vbi glos. & DD. in c. cum venissent extr. de instit. Franch. decis.* 210. *num.* 4.

Et ex his relata causa in plena Cõgregatione à clarissimo Iureconf. d. Lelio Tastio Vic. Generali Eminentissimi Principis Decij Carafæ Card.
12 Archiepiscopi Neapolitani assistẽte Io. Dominico Pizzella doctissimo Iurisconsulto accerrimoq; Fisci Patrono, præsentatus fuit admissus absque concursu de mense Nouemb. 1625. penes Actuarium Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ.



SVMMARIVM.

1 *Beneficium Ecclesiasticum collatum post iudicium motum in Curia seculari, an operetur remissionem causæ ad forum Ecclesiasticum.*
2 *Clericus alias cognitus à Iudice seculari, an sibi præiudicet in priuilegio fori.*
3 *Clericus exercens Magistratus seculares, seu laicales, an sibi in clericatu præiudicet.*
4 *Clericus incedens per aliquod tempus sine habitu, & tonsura, an sibi præiudicet.*
5 *Modici beneficij exigui redditus, an tribuant fori priuilegium.*
6 *Fraus ab omni dispositione excipitur.*
7 *Iudex secularis an cognoscat de validitate, vel inualiditate collationis beneficij.*
Causa merè spiritualis spectat ad Ecclesiasticum.
8 *Decretum Sacri Reg. Conc. Neap.*

CONSILIVM VIII.

Pro D. Hectore Pignatello.

ARGVMENTVM.

Beneficium collatum conuento post iudicium motum in Curia seculari, an suffragetur Beneficiato petenti remissionem ad Iudicem Ecclesiasticum. Et an sibi præiudicauerit si alias fuerit cognitus à Iudice seculari. Et quid si Magistratus seculares gesserit. Et quid si per aliquod temporis spatium incesserit sine habitu, & tonsura. Et quid si beneficium fuerit tenue, Et an Iudex secularis cognoscat de validitate, vel inualiditate beneficij collati, & ad hoc Decisio Sac. Reg. Conc.

Don Hector Pignatellus conuentus in Sac. Conc. a D. Mutio de Venere opposuit fori declinatoriam petens remitti ad suum Iudicem Ecclesiasticum, ex quo clericus beneficiatus, vt ex Bullis beneficij, quæ producuntur.

1 Aduersus quod plura opponuntur, Primo quod beneficium fuerit collatum post motum iudiciũ, immò post litem contestatam, quo quidem casu assumptio clericatus non suffragatur *Bal. ex eo tex. in l. si quis postea quam ff. de iud. DD. ex eo tex. in l. vbi cẽptum ff. eod. Surd. dec.* 110. Ad quod respondebam,

debam, quod collatio beneficij nuper facta præsupponit, & confirmat clericatum olim adeptum longe ante iudicium motum. Non enim potest beneficium conferri laico *c. cum à Domino de rescript. c. ex literis de transact. Anchar. in reg. beneficium nu. 3. Sylua. de beneficio in princ. Lambert. de iurepatr. tit. 3. num. 10. & nouissimè Riccius in praxi beneficiali decis. 385. nu. 2. cum seq.* qui autem vult consequẽs, vult suum necessarium antecedens *vulg. l. ad rem mobilem ff. de proc.* cõstat autem de clericatu longe ante iudicium motum.

2 Secundo opponebatur beneficiatum in clericatu sibi præiudicasse, ex quo alias conuentus, & cognitus à Iudice seculari, de clericatu nihil opposuit *arg. eorum, quæ tradit Ang. in auth. vt Cler. apud prop. epi. Fel. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ de const. in 7. conclus. Castr. in l. priuilegia, & in auth. cassa C. de episc. & Cler.* Ad quod respondebam, quod illud de facto processit, & quod ipse Clericus secundũ veras iuris regulas, neque volens in suo priuilegio fori potest quicquam sibi præiudicare *vulg. cap. si diligenti de for. compet.* & latius dixi *in repet. l. nemo potest ff. de leg. primo in fin.*

3 Tertio opponebatur, quod conuentus fuerat vocatus à Regni Vicario ad magistratus seculares, ac per Plateam Nidi fuerat Præpositus operi lateritio ad Vrbis vias reparandas, vulgo Deputato della Mattonata, quæ quidem Clericis non conueniũt *c. Ioan. cum seq. de cleri. coniug.* Verum Respondebam ea omnia non esse clericatui contraria, immo & nuptiæ cũ virgine, & ascriptio militiæ non præiudicant, vbi Clericus sæuis, & enormibus sese non immiscuerit *Innoc. in c. 1. de aposta. per Andr. de Iser. in const. Apostatantes, & nouissimè per Capic. dec. 161. num. 2.* vbi enumerat requisita ordini aduersantia, quæ in casu nostro non concurrunt.

4 Quarto opponebatur conuentum sine habitu, & tonsura incessisse, quo quidem casu priuilegio non posse gaudere ex his, quæ scribit *Gram. dec. 81. Carau. super Ritu 235.* Ad quod respondebam, quòd licet Clericus per aliquod temporis spatium sine habitu incessisset, non per hoc in suo priuilegio sibi præiudicauit *Vrsill. ad Affl. decis. 24. nu. 7. cum seq. latè Hippol. in suo singul. 383 Clericus, & ita alias iudicatum testatur Gram. quem refert Ricius in Praxi cleric. decis. 606. nu. 5. Capic. loco citato.*

5 Quinto opponebatur minimi redditus beneficia, prout in casu nostro beneficium ducatorum duorum non tribuere fori priuilegium *Minad. in Const. Reg. in aliquibus in ver. filiorum num. 21.* Ad quod respondebam tale dictum esse omnino contra iura, & rationes, plus enim, & minus non differũt specie, eatenus, vt vel etiam simplex titulus absque redditu sufficiat *glos. in cap. vn. vt ecclesiast. benef. & latius per Ric. in sua praxi beneficiali de-*
6 *cis. 388 in fin.* Dictum autem Minadoi (ne tantum Doctorem ineptum existimemus) præsupponit fraudem, quæ ab omni dispositione est exempta, & in nulla latitudine potest includi, vt latè diximus *in Responso 52. pro Communi Antij.*

Denique dicebam non posse Iudicem secularem cognoscere de validitate, vel inualiditate beneficij collati, tanquam de re merè spirituali,
7 sed hoc totum spectare ad iudicem Ecclesiasticum, prout ex mente omnium concludit *Io. Franc. de Ponte de pot. Proreg. tit. de assensu super dote num. 50.* & ita sæpius decisum refert *Frãcb. decis. 512. et 551.* Et latius dixi *in Responso 34. pro Camillo Brancia.*

8 Ex his per S.C. fuit decisum, quod articulus remittatur ad Iudicem Ecclesiasticum die 15. Ianuarij 1627. penes Cioffum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Temporis prioritas in honoribus, et dignitatibus attenditur.*
2 *Quod sanè intelligendum inter habentes parem dignitatem, secus autem in habentibus maiorem dignitatem.*
3 *Physice longe præstat Chirurgiæ.*
Ill. viri, qui Philosophiam, et Medicinam professi sunt recensentur.
Chirurgia est ars mechanica, & illiberalis.
An Chirurgus censendus sit nobilis, & ad hoc Decisio Sac. Reg. Conc. Neap.
4 *Intellectus ad tex. in c. à collatione de appell. in 6. Frec. Franch. Mastril. & aliorum opinione improbata.*
Exemplum in Ecclesia Neapolitana.
5 *Senator defendens causam vti Aduocatus quomodo sedeat in Senatu.*
Episcopus effectus Senator quomodo sedeat in Senatu. Et quid in almo Collegio Neapolitano.
6 *Dignitas Doctoralis est quasi character indelebilis, & inseparabilis.*
Doctor nunquam censetur priuatus sua dignitate, nisi prius solemniter degradatus.
7 *Chirurgia à Physice recipit lumen, & emolumentum.*
Chirurgus an valeat pharmacare.
Chirurgus à quibus recipiat gradum
8 *Physicus, & Chirurgus non sibi præiudicat exercendo solam chirurgiam.*
9 *Physicus, & Chirurgus simplici chirurgo est præferendus.*
10 *Epilogus narratorum, & quæstionis solutio.*

CONSILIVM IX.

Pro Doctore Paschale Villano.

ARGVMENTVM.

Temporis prioritas in honoribus, potissimum vero inter dispares dignitatis viros quonam iure metienda. Physices præstantia extollitur. Chirurgia, licet ars mechanica, & illiberalis, nobilitatis tamen prærogatiua gaudet. Senator Aduocati munus exercens quonam pacto in Senatu sedeat. Episcopus in Capitulo, inque Senatu, vel Collegio sedens quonam iure vtatur. Et quid in Sac. Reg. Concil. quidue in almo Collegio Neapolitano. Hinc quæstionis solutio de præcedentia inter Physicum simul, & Chirurgum, ac inter simplicem, sed vetustioris gradus Chirurgum in curando vulnere. Ad intellectum tex. in c. à collatione de appella. lib. 6.

Disceptatur de præcedentia inter D. Paschalem Villanum Doctorem Physicum, & Chirurgum ex vna, & D. Io. Iacobum Carbonellũ simplicem Chirurgum ex altera. Contendit prædictus D. Carbonellus primum locum tanquam primo graduatus in Chirurgia, ex regula quod in 1 dignitatibus attẽditur, prioritas temporis *l. 1. C. de consul. lib. 12. c. fi. 17. d. c. statuimus cum gl. de maio. & obe. Ias. cons. 192. lib. 2. & latè per Affl. in prælud. Const. Regni quæst. fin. & per Boer. in Tractatu magni Concil. num. 49.* & in proprijs terminis *Grat. cons. 116. 2. vol. Frec. tit. Quis sit Dux n. 41. Frãch. deci. 365. & nouissimè D. Reg. Tapia decis. supr. Senatus 21.*

Ad quod Physicus respondet hoc procedere inter habentes parem dignita-

2 gnitatem, at secus in habentibus maiorem dignitatem, qui præcedunt, licèt tempore posteriores, vndè Comes, & Marchio præcedit omnibus Comitibus, licèt tempore anterioribus *Luc. de Pen. in rub. C. vt dignit. ordo serue. lib. 11. Bar. Io. de Plat. Rebuff. & coeteri in d. l. 1. C. de consul. quos ad hoc allegat D. Reg. Tap. d. dec. supr. sen. 21. num. 34 glos. in c. placuit in ver. præponimus 16. d. consocia in c. non Episcopus d. seq. & latissimè Cassan. Catal. gl. mu. par. 1. consi. 78. An. cons. 40. num. 29. & nouissimè de Ponte decis. 8. & cons. 14. num. 51.* Ex quibus apertissimè constat Pascalem Physicum, & Chirurgum tanquam in maiori dignitate constitutum præferendum esse simplici Chirurgo, licet tempore anteriori.

3 Quanto vero Philosophia præstet Chirurgiæ latè *Tiraquell. de nobilitate cap. 31. in principio*, vbi concludit Physicam medicinam esse omnium artium, & doctrinarum nobilissimam, aut certè nulli postponendam, vt meritò Bernardinus Caracciolus Archiepiscopus Neapolitanus, & Bernillus Guindacius Nobilissimi Patritij denominentur medici Physici in ipsorum sepulchris in templo Cathredali Neap. quasi per gloriam tantæ scientiæ, omissis coeteris Physicis præcelsæ nobilitatis patritijs, de quibus in cons. 14. Contra verò Chirurgiam esse artem mechanicam, & illiberalem concludit idem *Tiraque. l. ex mente Mesüis, Senecæ, & aliorum loco citato num. 523.* Tametsi vtcumque graduati Chirurgi nobilitate potiantur, *notab. est decisio nostri Sacri Conc. 564. apud D. de Franch.*

4 Nec quicquam facit, quod in Collegijs ambo interueniant, vt Chirurgi, ex regula *tex. in c. à collatione de appella. lib. 6.* vbi videtur esse casus quod Episcopus sedens in Capitulo, vti canonicus, non vtatur dignitate Episcopali, nam tex. ille verè hoc non dicit, sed tantum decernit appellati à sententia Capituli ad Episcopum, quoties ipse Episcopus interuenit in Capitulo vti Canonicus, decreuit. n. vti canonicus, non vti Episcopus, & per consequens appellatur ab Episcopo tanquam Canonico ad Episcopum tanquam Episcopum, alioquin si interfuisset vti Episcopus, non benè appellaretur ab eodem ad eundem, sed esset appellandum ad Archiep. vel ad Summum Pont. coeterum non negat tex. quin Episcopus in Capitulo præcedat omnibus, licèt intersit, vti Canonicus, imo verior est opinio, vt licet sedeat vti canonicus, tamen ob excellentiam dignitatis sedere debeat in primo, ac digniori loco, prout declarat *Abb. in c. postulasti num. 8 de concess. præb. & Feli. in Rub. de maio. & obe. post num. 5. & nouissimè Thor. in Compend. Decis. vol. 2. in ver. præcedere.* Quicquid aliter dicant *Frec. de subfe. lib. 1. cap. 4. nu. 7.* & post ipsum *Franch. deci. 138. & Mastrill. dec. 130.* Exemplum nobis est in nostra maiori Ecclesia Neapolitana, in qua D. Curtius Palumbus Canonicus, nuper effectus Episcopus Syrtensis sedet in Capitulo vti canonicus, & tamen ob dignitatem Episcopalem præcedit omnibus, sedendo in primo, ac digniori loco. Quod in

5 Regno hoc nostro est iam sopitum, cum pluries fuerit iudicatum, vt Regius Consiliarius ex dispensatione defendens causam vti aduocatus, sedeat tanquam Consiliarius; Et alias Episcopus Bisinianensis effectus Regius Consiliarius præcessit omnibus in Aula Sacri Concilij, etiã tempore anterioribus, prout testatur *Io. Frãc. de Ponte in decis. 8. num. 6. et 7. post Annam cons. 40. nu. 47.* Et ratio quia ea est dignitas inseparabilis. Quemadmodum in Collegio Doctorum, vbi Episcopus sedet primus, quod sanè intelligas post Rectorem, seu Presidem *Ab. in d. c. postulasti*, Tametsi ex

speciali

speciali priuilegio Almi Collegij Neapol. Episcopus Doctor sedeat æquo iure inter cæteros Senatores, nulla ei prorogatiua delata. *Anna d. consf.*40. quem nouissimè refert, & sequitur *D.Reg. Constantius in d.l.*1. *C. de Consul.num.*17.Itaque cum D.Paschalis non desinat esse Physicus, licet interueniat tanquam Chirurgus, debet nihilominus præcedere, & obtinere primum locum,tanquam in maiori digni tate constitutus.

6 Quod eatenus est verum,vt si contingat per sententiam priuari Doctorem exercitio doctorali,debeat prius solenniter degradari, non secus ac Episcopus, & Sacerdos,alioquin nũquam censebitur priuatus sua dignitate, & administratione togæ, ob indelebilis characteris impressionem, ita notabiliter *Iul.Clar.in Praxi crim. §.fina. q.* 73. *in princi. & q.*74. *in fin. Gram.capitul.Regni fol.mihi* 122.*ideq; conf.*35.*post Socc.in c.proposuisti nu.*74. *de for.compe.* Igitur cum D. Paschalis non desinat esse Physicus ob inseparabilis dignitatis characterem, licet intersit Collegijs vti Chirurgus, debet nihilominus præcedere Chirurgis,vt pote primus loqui,primus ambulare,in primo, & digniori loco sedere, *& c.l.fin.C.de tyron.lib.*12.*glos. ex eo tex.in §. aliam Inst.de bon.posse. Bar.ex eo tex.in l.*1.*ff. de albo scriben. Girar.singul.*33.*& latius Mar.Frec.de subfeud.lib.*2.*Auctorit.*47.*in princ.*

7 Quid plura? non ne Chirurgia recipit ab ipsa Philosophia maximum lumen,& emolumentum;(vt respondeamus *D.Frec.loco citato*)eatenus,vt chirurgi, ex quadam consuetudine, quasi ex gratia consueuerint pharmacare ægrotos, mutuati hoc beneficium à Philosophis, cum id re vera spectet ad Physicen. Quis igitur negabit quin D.Paschalis vir quidem eminentis scientiæ sedeat in collegijs,non tam vt Chirurgus, quàm vt Physicus, cum physice maximo sit adiumento,& fauori ipsi Chyrurgiæ. Ideoq; Chirurgi recipiunt gradum, & dignitatem Doctoralem ab ipsis Ph sicis, vt qui optimè noscant necessaria requisita ad Chyrurgiam, ac de illius veritate valeant iudicare.

8 Neque verò D.Paschalis exercendo chirurgiam sibi quicquam præiudicat in exercitio physicali,tum quia de iure exercens minus officium non sibi præiudicat in maiori,& è contra, ex regula *tex. in l. Alexandrinus, vbi Bart.C.de decur.lib.*10.*Bal. Ang. Fulgos.Alex.in l.si Rufinus C.de milit. test. & latius infra consf.*20. *num.* 17. tum maximè quia exercendo Chyrurgiã, exercet simul, & semel ipsam Physicen, vt iam diximus.

9 Vnde cum gradus Physicæ sit inseparabilis,quinimò cum sit apprimè vtilis Chirurgicæ facultati, consequens est,vt D.Paschalis Physicus,& Chirurgus, simplici Chirurgo sit præponendus, licet principaliter interueniat vti Chirurgus, & sit posterior tempore, quid enim de tempore disceptamus, vbi maior enitet dignitatis prærogatiua? Quod alias in similibus fuit iudicatum in Consiliario causam defendente vti Aduocato,qui nihilominus sedebit tanquam Consiliarius, & in Consiliario Episcopo, qui cæteris Consiliarijs tempore potioribus præcedit ob dignitatis præcellentiam, & in præsentiarum in Canonico effecto Episcopo, qui inter Canonicos sedet in primo, ac digniori loco, vt iam diximus.

10

His iuribus audio D. Carbonellum chirurgum acquieuisse.



SVMMARIVM.

1 *Mater, quæ donauit filio feudum, an per superuenientiam aliorum filiorum valeat donationem infringere, & quæ actio eo casu competat.*

2 *Que-*

1 *Querela in officiosæ donationis respicit solam portionem iure naturæ debitam, siue legitimam.*
3 *Ius feudale Francorum, quo viuimus vocat solum primogenitum, cęteris filijs penitus exclusis.*
4 *Ius feudale non cognouit portionem legitimam.*
5 *Matri donanti primogenito feudum, susceptis postea alijs filijs, nullum ius competit aduersus donationem factam.*
6 *Querela inofficiosæ donationis cessat, vbi fuit cogitatum de filijs.*
7 *Cogitatum de filijs à matre præsumitur, quoties est iuuenis, & nuptura.*
8 *Querela in officiosæ dinationis expirat quinquennio.*
9 *Taciturnitas quinquēnalis inducit prę sumptionem fuisse cogitatum de filijs.*
10 *Querela inofficiosæ donationis cessat quoties fuerit renunciatum beneficio superuenientiæ filiorum.*

CONSILIVM X.

Pro Marchione Triuici, S. Agathæ, & Tusariæ.

ARGVMENTVM.

Parentes donantes primogenito feudum an per superuenientiam aliorum filiorum possint donationem infringere, saltem grauando feudum. Et an querela inofficiosæ donationis factæ filio respiciat vniuersam donationem, vel tantum portionem iure naturæ debitam. Et an de iure feudorum debeatur portio legitima. Et num talis querela inofficiosæ donationis militet vbi fuerit cogitatum de filijs. Et an & quando præsumatur cogitatum. Et an tollatur cursu temporis, vel renuntiatione.

ILL. Comitissa Potentię donauit, Marchioni Triuici, & Sanctæ Agathæ eius primogenito Ciuitatem Potentiæ contemplatione matrimonij contracti per dictum Marchionem eius filium cum Marchionissa Tusariæ. Quæ quidem Comitissa nupsit postea secundo viro, cum quo habuit alios filios, & proinde ex capite superuenientiæ filiorum prætendit in
1 aliqua parte infringere donationem factam prædicto Marchioni primogenito ad beneficium aliorum filiorū ex secūdo viro postea susceptorū.

Sed quòd frustra hoc prætendat, constat ex infrascriptis.

Prænotari oportet, quod in donatione facta vni ex filijs (vt in casu nostro) quoties superueniunt alij filij non habet locum *tex. in l. si vnquam C. de reuoca. dona.* qua cautum est reuocari donationem factam extraneis personis in totum per superuenientiam aliorum filiorum. Sed in casu nostro habet locum querela inofficiosę donationis, per quam agitur ad supplementū legitimæ ad instar quęrelæ inofficiosi testamenti, *tex. est in l. si totas C. de reuoca. dona. Ias. cons. 171. vol. 4. Clar. in §. donatio q. 22. vers. secundo infertur.* & latius per *Ant. Fabr. in sua decis. 5. tit. de reuoca. dona. cum cęteris ab eo congestis.*

2 His ita præmissis, colligitur certa, & indubitata conclusio de iure, quod in donatione facta vni ex filijs, per superuenientiam aliorum filiorum habet solummodo locum querela inofficiosæ donationis, quę quidem querela respicit portionem iure naturæ debitam, hoc est legitimam, non autem respicit voluntariam, seu arbitrariam largitionem quę solet fieri à

pa

parentibus inter filios ex quadam æquitate, seu congruentia.

3 Modo venio ad punctum quęstionis. Certum est de iure Fräcorũ (quo viuimus) primogenitum duntaxat vocati ad feuda antiqua, hereditaria, maximè verò ad feuda dignitatis, prout est Comitatus Potentię, secũdogenitis penitus exclusis, quibus nullum ius competit super substantia

4 feudi, Ideoque in materia feudali non datur petitio legitimę, Doctiss. Iurisconf. *Horatius Montanus in c. Imperialem num. 63. cum seq. post Bal. ibidem §. preterea ducatus de probib. feud. alien. per Feder. & latius per Guido. Pap. decis. 476.*

Itaque in casu nostro Marchio S. Agathæ vti primogenitus est legiti-

5 mus successor in Comitatu Potentiæ, secundogenitis penitus exclusis, & à iure feudorum non cognitis. Et licèt potuisset Comitissa mater grauare Comitatum ad beneficium aliorum filiorum, hoc tamen respicit gratuitam, voluntatiam, seu arbitrariã prouisionẽ, non autẽ legitimã portionẽ, Vnde cùm querela inofficiosæ donationis non competat, nisi pro legitima de iuris rigore debita, non autem pro voluntaria, & arbitraria largitione, restat nullum penitus ius posse de iure competere secundogenitis. Quod est absolutum in materia feudali respectu Ciuitatis Potentiæ.

Verum si opponatur, quod in prædicta donatione includatur etiam aliquid burgensaticum, siue allodiale. Ad hoc Respondetur, quod prædicta Comitissa donatrix sibi expressè reseruauit ducatos triginta millia, & vltra; ex qua quidem reseruatione satis est cõsultum cæteris filijs quoad prætensam legitimam, adeo quod nullus superest locus querelæ inofficiosę donationis.

6 Quibus accedat, quod querela prædicta cessat quoties per donantẽ fuit cogitatum de filijs, & cogitatum præsumitur quoties pater erat ducturus vxorem, vel mater erat nuptura,

7 vt in casu nostro. Comitissa enim tum iuuenis, omnium iudicio, erat nuptura, & per consequens præsumitur cogitasse de filijs nascituris, quo quidem casu cessat querela, ita *Ant. Faber. decis. 7. de reuoca. dona. & per Rota. Roma. apud Seraphi. decis. 826. Socci. cons. 53. num. 7. vol. 4. Thes. decis. 121. num. 5.* faciunt dicta per *Affl. decis. 370. post num. 13.* quem refert *D. Preses Fabius Galeota in suo famigerato cons. pro Duce Grauina num. 206.*

8 Hinc est, quod si patentes donantes infra quinquennium non intentauerint talem querelam ad beneficium filiorum postea susceptorum, non erit amplius locus querelæ inofficiosæ

9 donationis, quoniam per taciturnitatem colligitur, patentes cogitasse de filijs nascituris, quo inquam casu cessat querela inofficiosæ donationis ad instar querelæ inofficiosi testamenti, *tex. est in l. si quis filio §. fin. C. de inoff. testam. iuncto tex. in l. fi. C. de reuocand. dona. Polido. Ripa decis. 290. Rota Roma. apud Seraphi. decis. 829.* eamque communem esse opinionem tradit *Rube. in l. Titia §. Imperator nu. 255. ff. de lega. 2.* quem refert, & sequitur *Clar. d. §. donatio q. 23. in fine.*

10 Item cessat talis querela quoties fuit expressè, & specialiter renunciatum beneficio superuenientiæ filiorum (vt in casu nostro) in quo fuit expressè renunciatum beneficio legis si vnquam, quod non aliud importat, quàm renunciationem superuenientiæ filiorum *Bar. in l. Titia §. Imperator num. 7. ff. de lega. 2. Laffredus Balbus in decis. 8. Rota Roma. apud Seraphi. decis. 829.* camq; communem esse opinionem testatur *Socci. conf. 147. vol. 1. & conf. 163. vol. 2.* quem refert, & sequitur *Clarus loc. cit. q. 22. vers. tertio infertur.*

Ex his Actrix a iudicio abstinuit.

SVM.

SVMMARIVM

1 Directus dominus potest conuenire inquilinos, seù colonos fundi redditiţÿ ad faciendum depositum pensionis debitę adhoc vt sibi satisfiat de annuo eanone.

2 Qui continuat suam possessionem non dicitur de iure attentare.

Qui continuat agere exercendo actiones per prius intentatas non dicitur de iure aliquid nouiter attentare.

Ideoque tali casu attentata nō sunt ad prystinum redigenda.

3 Et ad hac Decisio Rota Romana.

4 Et an attentata veniant de iure retractanda vbi constet de iustitia actoris, ac de iniustitia conuenti.

5 Et ad hac Decretum Sacri Regÿ Concil. Neap.

6 Exceptio attentatorum, an possit opponi postquam fuerit in caussa conclusum.

7 Et ad hac Decretum Rota Romana.

8 Cap. 17. in Bulla Coena procedit contra sequestrantes bona Ecclesia, vel beneficialia.

9 Item procedit in iudice auctoritatiuè sequestrum decernente.

10 Et quid in partibus sequestrum implorantibus.

11 Emens vtile dominiū rei emphyteuticę cum onere annui canonis à die contractus, an teneatur ad census de prę etrito debitos.

12 Et quid in actione reali hypothecaria agendo super re.

Quidue in actione personali agendo contra possessorem pro debito canone.

13 Et ad hac Decisio Sacri Regÿ Concil. Neap.

14 Et quid in sequestro pro debito certo, ac liquido.

Quidue in sequestro pro pratenso debito incerto, siue illiquido.

15 Et ad hac Decretum Curia Archiep. Neap.

16 Et quid in petente sequestrum, vbi subsit periculū dilapidationis fructuum.

17 Sequestrum est Iudici arbitrarium, vbicunq; visum fuerit expedire.

18 Et ad hac plures notabiles Decisiones Sacri Reg. Concil. Neap.

CONSILIVM XI.

Pro D. Lucretia Marzata.

ARGVMENTVM.

Inquilini laici Ecclesiæ, vel Ecclesiasticæ personæ an possint per directum Dominum conueniri pro debito censu, siue Canone emphyteutico coram Iudice Laico. Et quid vbi directus Dominus agat continuādo suas actiones, quas pro pręterito tempore intentauerat coram iudice Laico, proc onsecutione annui Canonis, nū eo casu dicatur de iure attētate, adeo quod attētata veniant ad pristinum restituēda. Et ad hæc Decis. Rotę Rom. Et quid vbi constet de manifesta iustitia Actoris. Et ad hæc Decisio Sacri Reg. Concil. Neap. Et an exceptio attentatorum opponi posit postquam fuerit in caussa conclusum. Et ad hæc Decisio Rotæ Romanæ. An, & quando Cap. 17. Bullæ Cœnæ procedat in partibus in foro Laicali contra Clericum sequestrum implorantibus.

Quid intersit inter Iudicem auctoritatiuè bona sequestrãtem, & partes ex caussa sequestrum procurantes.

Emens vtile dominium rei emphyteuticæ cum onere annui canonis, siuè census debiti à die contractus, num teneatur ad census de præterito debitos. Et quid in actione reali hypothecaria agẽdo super re, quidue in actione personali agendo contra possessorem pro debito censu, siuè canone. Quibus subnectitur differentia in obtinendo sequestro inter debitum certum, ac liquidum, quod constet ex publico instrumento, ac inter debitum incertum, siue illiquidum. Et ad hæc Decisio Curiæ Archiep. Neap. Et quid in petente sequestrum vbi militet periculum dilapidationis fructuum. Sequestrũ regulariter est Iudici arbitrarium vbicunque expedire contigerit. Et ad hæc notabiles Decisiones Sacri Regij Concil. Neap.

D. Lucretia Marzata mater, & tutrix filiorum, & hæredum D. Cornelij Vitignani egit in Curia Archiepiscopali Neapolitana contra quendam Turrensem assertum Clericum, vti possessorem quarundã domorum in Turri octaua, petens ipsum condemnari ad soluendum magnificis pupillis vti directis Dominis annatas decursas annui Canonis emphyteutici ducatorum octoginta,
1 & ad correspondendũ singulis annis
in fututum, vna cũ debitis laudimijs,
& interim egit in M. C. V. contra Inquilinos Laicos prędictarũ domorũ ad faciendum depositum pensionum per ipsos debitarum. Procedente Iudicio in Curia Archiepiscopali contra dictum Cler. possessorem, opponit conuentus non potuisse conueniri eius Inquilinos coram Iudice laico, & proinde omnia attentata in Magna Curia Vicar., & coram Iudice Seculari esse ad pristinum reducenda; opponendo etiam prædictam magnificam tutricem, ejusque pupillos non esse audiendos, ex quo inciderunt in censuram Bullæ Cænæ, molestando Clericum in Curia Seculari, ipsumque trahendo ad Iudicem laicum, & ex his friuolis oppositionibus credit subterfugere condemnationem.

Pro iustificatione iurium magnificæ Actricis animaduertendum est quoad prætensum caput attentatorũ, quod ipsa Actrix erat in possessio-
2 ne agendi, experiendi, & exequen-
di contra inquilinos domus redditi-
tiæ longè ante possessionem Clerici conuenti, quo quidem casu non dicitur attentare, sed continuare suam possessionem, *Glos.* magistralis *in cap. non solum in fin. circa medium in verbo Dic tamen de appellat. lib. 6. & in*
3 *Clem. 2. vt lite pendente*, & ita sæpius
decisum testatur *Ludouis. decis. Rota 557.*

Eoque maximè quod nec verè attentata reuocantur vbi constat de manifesta iniustitia debitoris petentis reuocationem, vt in casu nostro
4 *Io. de Imol. in cap. bonæ de appellat. Io.*
Mona. & Petr. de Ancbar. in cap. ad decimas de rest. spol. Alex. cons. 93. lib. 5.
5 & ita decisũ testatur *Affl. dec. 98. n. 6.*

Acce-

6 Accedat, quod talis exceptio attentatorum non potest opponi post conclusum in caussa, prout scribit
7 *Mantica decis. Rot. 33. in fin.* vbi testatur de communi, & certum est conuentum illam in tempore non oppofuisse, Imò consensisse in compilatione processus.

8 Quò verò ad prætensum incursum in censuram, conuentus longè fallitur, siquidem *Cap. 17.* in *Bulla Cœna* procedit contra sequestrantes bona Ecclesiæ, vel beneficialia, secus in casu nostro, legatur *Duardus in*
9 *Comment. super Bulla Coena Domini cap. 17. quæst. 1. conc. 3.* Item censura procedit in Iudice, qui auctoritatiuè
10 agit sequestrando, secus in partibus sequestrum procurantibus, *Nauar. cõs. 34. de senten. excomm.* in antiquis, & latius in Responso nostro pro D. Hectore Pignatello, de quo *Addentes ad Dec. Mant. Senat. decis. 1. num. 5.*

Ex his constat frustra opponi exceptionem attentatorum, & incursus in censuram.

11 Compilato processu conuentus alienauit domos in Communitatem Turris, quæ præuio Regio decreto emit vtile dominium, cum onere soluendi censum ab eo die. Quare dircta Domina petijt in Magna Curia expediri sequestrum contra bona, & debitores ipsius Communitatis pro omnibus censibus præteritis. Opponebat conuenta se quidem emisse cum onere soluendi ab illo die. Replicabam teneri de iure
12 ad omnia *per tex. in l. Imperatores ff. de pub. & vectig.* Verumtamen aiebat conuenta, illud procedere in actione reali, puta si ageretur hypothecaria super re, prout videtur velle *tex. in d. l. Imperatores* ibi *ipsa prædia*, cum cæteris abundè congestis *per Affl. decis. 95.* Cœterum contra ementem in actione personali, non posse procedi via exequutiua, nisi pro censibus à die contractus *arg. l. 1. C. de prohib. sequestr. pec.* in quo Magna Curia decreuit exequi pro censibus decursis à die contractus tantum, verùm cum fuisset appellatum ad Sacr. Concil. facta relatione in plena Aula Reglj Consiliarij Carauitæ, & coram Spectabili Præside, re maturius discussa, ac per-
13 pensa. Tandem fuit decretum, quod fiat sequestrum, & depositum de omnibus censibus pro præterito debitis, quod est valdè notandum,
14 *Tex.* enim *in d. l. pri. C. de prohib. sequestr. pecuniæ* procedit in debito dubio, & illiquido, secus verò vbi constat ex publico instrumento, vt in casu nostro, *Bar. in l. litibus C. de agr. & cens. lib. 10.* idemque *in l. per hanc C. de erog. mili. anno. lib. 12.* optimè *Bald. in d. l. 1. C. de sequestr. pec.* quos
15 ad hoc allegat *Riccius in praxi Ecclesiast. Decis. Cur. Archiepisc. Neap. 722.* cum cœteris ab eo congestis, faciunt dicta per *Surd.* in proprijs ter-
16 minis *decis. 32.* maximè verò vbi vrget periculum dilapidationis fructuũ *l. Imperatores §. ijdem rescripserunt ff. de appellat. arg. l. Imperator ff. ad Trebell.* prout ita sæpius decisum testatur *Thor. in Compend. Decis. Sac.*
17 *Reg. Concil. Neap. in verb. sequestrum tom. 1.* post *Ricc. loco citato*, faciunt dicta *per Abb. in cap. 2. de seque. poss. & fruct.*

Denique meminisse oportet sequestrum esse Iudici arbitrarium vbicunque expedire contingat, *Specul. tit. de seq. poss. & fruct. versic. sed nun-*
18 *quid num. 3. cum seq.* quem refert *Regius Consiliarius D. Theodorus alleg. 88. num. 12. arg. l. Senatusconf. in fine ff. de off. Præsid.* Penes acta Caroli de Aueta.





SVMMARIVM.

1 *Necare dicitur, qui necessarium denegat victum.*

2 *Grauius peccat, qui coniugem, quàm qui patrem, vel matrem occidit.*

3 *Filius licet bannitum patrem impunè possit occidere, non tamen vxor bannitum virum.*

4 *Ob viri adulterium fit separatio thori.*

Quod declaratur procedere in viro habente concubinam domi ex consuetudine, & quare.

5 *Vxor diuertens à viro est in graui culpa, quoniam dat caussam adulterio.*

Qui damni caussam dat, damnum dedisse videtur.

Quicquid est caussa caussæ est caussa caussati.

6 *Vir ob adulterium amittit alimenta.*

Quod est sanè intelligendum de alimentis ad status conditionem, secus ad vitæ sustentationem.

7 *Alimenta necessaria dantur per modum eleemosynæ.*

Ignominia est vxoris habere virum inopem, & mendicum.

8 *An adulteræ vxori debeantur à viro necessaria alimenta.*

9 *Filijs sacrilegis, spurijs, incestuosis, an debeantur à patre necessaria alimenta.*

10 *Filijs Sacerdotis an debeantur à patre alimenta.*

11 *Viris illustribus maiora, & pinguiora debentur alimenta.*

12 *Decretum Sacri Reg. Concil. Neapol.*



CONS. XII.

Pro Annibale Saraceno.

ARGVMENTVM.

Viri, & vxoris copula quanta sit de iure latè examinatur. An, & quando ob viri adulterium fiat separatio thori, & quid in viro ex accidenti, non ex consuetudine adultero. Et quid in eo, qui extra domum cautè concubinam habeat. Et an, & quando ob adulterium vir amittat alimenta. Et quid in alimentis necessarijs respicientibus meram vitæ sustentationem. Et ad hoc Decisio Sacr. Reg. Concil. Neapol. Ad hæc an adulteræ vxori debeantur à viro alimenta, & an debeantur filijs spurijs, & incestuosis, & an sacrilegis à patre Sacerdote, &c.

ADhuc ista Domina cum viro litigat, quem nuper procurat occidere, dum ei necessaria denegat alimenta, Necare enim di-
1 citur, non tantum, qui ferro cædit, sed etiam, qui necessarium denegat victum, *vulg. l. necare ff. de lib. agnosce. Crot. in l. 1. num. 76. ff. sol. matr. Dec. in cap. Ecclesia Sancta Mariæ num. 75. de Const. & cons. 311.* latè *Gabriel. Com. opi. lib. 6. tit. de Alim. conclus. 1.* Enor-

mis-

2 missimum sanè delictum, grauius enim peccat, qui coniugem, quàm qui patrem, vel matrem occidit, notab. *glos.* ex eo *tex. in cap. admonere versic. existimes*, iuncto *tex. in cap.*
3 *latorem 33. quaest. 2.* Quo fit, vt licèt filius bannitum patrem impunè possit occidere, *l. minimè* vbi *DD. ff. de reli. & sumpti. fune.* non tamen hoc licebit vxori in bannitum virum, *Bart. Cepol. cons.* 5. quem rerefert, & sequitur *Vinc. de Franch. decis.* 276. *num.* 11.

Sed ad rem nostram deueniendo. Petijt ista Domina in Curia Archiepiscopali Neapolitana separationem thori sub praetextu adulterij à viro commissi, & sub eodem praetextu intendit excludere virum nobilissimum patritium à petitis alimentis. Sed longè falli-
4 tur. Quod enim dicimus, ob viri adulterium fieri thori separationem, vt post alios tradunt *Thes. decis.* 130. & nouissimè *Ric. decis.* 66. est sanè intelligendum vbi vir cum vxore teneat simul concubinam, & cum vtraque viuat, & habitet, adeo quod ex tali practica posset insidiari vitae vxoris, at secus vbi cessat tale periculum, prout in facto nostro, in quo casualiter, & per accidens vir commisit adulterium, non tamen cum concubina ex consuetudine retenta; quo quidem casu de communi praxi, etiam ipsius Curiae Archiepisc. Neap. non fit separatio thori ob adulterium viri; cum sanè cesset ratio suspitionis, de qua quidem praxi testatur *Molfes.* non minus peritissimus Doctor, quàm exemplaris vitae Sacerdos in suis *Commentarijs* ad *Consuet. Neapol. part.* 6. *quaest.* 5. *numer.* 55. per haec verba. *Illud solum notandum est, dum sermo incidit de adulterio viri, quod licet regulariter, etiam ob viri adulterium fiat separatio matrimonij quoad thorum, vt seruetur aequalitas quoad vtrunque coniugem. In praxi tamen in hac Ciuitate regulariter non fit haec separatio per adulterium viri, nisi maritus retineret adulteram tanquam concubinam, tunc enim suspicari solet mors vxoris, multoties enim mariti propter concubinas solent insidiari vitae eorum vxorum, vt dicetur infr. part. 7. quaest. 13. & propter hoc periculum semper fit separatio matrimonij, vt notat Auctor Praxis Archiepiscop. Neapol. d. cap. 27. & audiui practicatum, quia non benè conueniunt vxor, & concubina, praecipuè si maritus in domo propria concubinam teneat &c.*

5 Imo in casu nostro ista Domina sua sponte diuertit à viro, & seorsum habitat, quo quidem casu est in culpa, ex regula *tex. in cap. si tu abstinens 27. quaest.* 2. vbi peccatum coniugis ob alterius coniugis abstinentiam, & contumaciam, vt in casu nostro, abstinenti imputabitur, quod non solum in foro interiori, sed etiam in foro exteriori intelligit *Ioann. Fab.* quem refert *Glos. in verb. imputabitur*, qui enim damni caussam dat, damnum dedisse videtur, *l. qui occiderit §. in hac ff. ad l. Aquil. l. nihil interest Cod. de sicar.* Et quicquid est caussa causae, est caussa caussati, *l. manumissiones ff. de iust. & iur. l. & si amicis ff. de adulterijs*. Sibi igitur imputet vxor, dum sua sponte diuertit à viro, quem à domo eiecit.

Sed ad partis aduersae confusionem, dato quod petitum decretum separationis thori esset iustum, adhuc ista Domina longè fallitur, dum sperat sub tali colore fraudare virum miserrimis alimentis. Quod
6 enim dicimus denegari adultero viro alimenta, hoc est sanè intelligendum de alimentis ordinarijs, puta ad status conditionem, vt Eques,

& Patritius splendidam vitam ducat, at secus in necessarijs alimentis, quæ respiciant vitæ necessariam sustentationem, vt in casu nostro, ita *Card. Alex. in cap. ex parte colum. final. de sponsal.* quem refert, & sequitur *Iul. Clar. in §. adulterium versic. facta autem Thori separatione*. Ita quoque post *Abb. Specul. Aciat.* & alios concludit *Surd. de alim. tit. 7. quæst. 16. numer. 14. & quæst. 25. numer. 10. 18.* & alibi, quos refert, & sequitur *Molfes.* accuratissimus, & religiosissimus Doctor in *Comment. ad Cons. Neapol. de alimentis præst. part. 5. quæst. 12. numer. 2.* & in proprijs terminis *quæst. vlt. numer. 26.* hisce verbis. *Nolo omittere, quæ sup. quæst. 12. in princ. notata sunt, nempè huiusmodi alimentorum priuationem intelligi de alimentis ordinarijs, non autem de necessarijs videlicet pro victu, & vestitu, quæ*
7 *dantur per modum eleemosynæ, & præcipuè in viro erga vxorem, & è contra, cum enim egentibus prouidendum sit, & subueniendum iuxta tex. in cap. pasce 86. dist. & præcipuè egentibus coniunctis, qui in pari necessitate sunt preferendi extraneis pauperibus, & maritus, & vxor eatenus sunt coniuncti, quod iudicantur duo in carne vna. Ideo magis debent sibi inuicem alimenta necessaria prestare, iuxta tex. in cap. non satis 86. dist. & etiam quia ignominia est vxori habere virum mendicum, & è contra, que omnia post Abb. & alios ipsemet Surd. probat. &c.*

8 Idque adeo verum est, vt neque adulteræ vxori, ex cuius delicto irrogatur viro infamia sint deneganda ab infami viro alimenta, sed cogitur vir eam alimentare, tametsi ab ea infamatus, ita *Ludouic. à Peguer. decis 92.* licet enim adultera sit vxor, non per hoc desinit esse vxor, *cap. 2. de diuor.*
9 *Clar. loco citato*. Hinc est vt licet filij spurij, sacrilegi, & incestuosi sint omni legum auxilio indigni, non tamen priuantur alimentis, quæ respiciunt necessariam vitæ sustentationem, *vt per DD. in auth. licet Cod. de naturalib. liber., & in auth. ex complexu Cod. de incest. nupt. Anton. Fab. decis. 8. de natur. lib. Franch. decis. 178. numer. 6.* Canonistæ ex eo *tex. in cap. cum haberet extra de eo, qui dux. in vx. quam pol. per adult.*
10 Quod eatenus verum est, vt vel etiam filijs Sacerdotis spurijs, & sacrilegis debeantur à patre Sacerdote alimenta, vt post alios refert, & sequitur *Ricc. in sua praxi Resol. 32. post numer. 2.* & ratio quia per victus denegationem dicitur quis occidi, vt superius diximus. Homicidium autem longè abhorret à sacrosanctis iuribus, imò ab ipsa humanitate: Maximè vero hæc omnia procedunt in casu nostro, nimirum in viro honestissimo, & nobilissimo, è cuius familia prodiere Cardinales, & tot clarissimi Proceres, & Barones, etiam ante Reges huius Regni, vt latè scripsimus *in Historijs*. Viris autem
11 Illustribus maiora, & pinguiora debentur alimenta, vt per *Tiraquell. de nobilitat. Cap. 136. & 139. per Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 2. casu 159.* post alios, quos refert, & sequitur *Ricc. in sua Praxi Resol. 34. numer. 5.*

Cœtera Iusdicentium religio suppleat.

12 Ex his per Sacr. Concilium ad relationem Regij Consiliarij Ioan. Andr. Georgij fuit decreta, & assignata viro quarta pars dotium ducatorum viginti millium eius vita durante. Penes acta Carboni.

SVM.



SVMMARIVM.

1 *Virgines habent fori electionem.*
2 *Hæres quantumuis priuilegiatus tenetur stare foro, quod suus defunctus elegit, etiam quod non fit contestata lis cum defuncto eligente.*
3 *Clericus succedens laico tenetur stare foro laicali, quod declaratur, dummodo sit lis contestata cum defuncto laico.*
4 *Quod pari ratione porrigitur ad Laicum succedentem Ecclesiastice personæ.*
5 *Ante litis contestationem non dicitur quis petere, sed velle petere. Secus in electione fori.*
6 *Aliud est simpliciter petere, aliud vero solenniter eligere.*
7 *Cui competit electio, competit & variatio.*
8 *Defunctus presumitur mortuus cum eadem voluntate.* *Inconstantia non presumitur, imo damnatur, est enim iniquitas, que iustitię opponitur.*
9 *Variatio non datur à Iudice superiori ad inferiorem. Et quare.*
10 *Variare is potest, qui eligere potest.*
11 *Decretum Sacr. Reg. Concil. Neapol.*

CONSILIVM XIII.

Pro Francisco, & alijs de Alexandro.

ARGVMENTVM.

Hæres quantumuis priuilegiatus non declinat forum à defuncto electum, etiam quod per defunctum non fuerit lis contestata. Et quid in Clerico succedente Laico. Et quid in Laico succedente Ecclesiasticæ personæ. Quid interfit inter simplicem petitionem, & solennem fori electionem, Variare forum is potest, qui eligere potest. Et an competat variatio à Iudice superiori ad inferiorem, & ad hoc Decisio Sacr. Reg. Conc. Neap.

ANna de Paulo conuenta in Curia Terræ Galatenæ elegit in forum Magnam Curiam Vicarię vti vidua, iurando perhorrescentiam illorum de Alexandro eius aduersariorum in præfata Terra Galatenæ. Transmissis actis ad Magnam Curiam fuit per prædictam viduam processum ad aperturam processus.

Mortua Anna comparuerunt hæredes virgines petentes remissionem caussæ ad prædictam Terram Galatenæ sub duplici prætextu.
1 Primo quod sint virgines, & sic personæ priuilegiatæ gaudentes fori electione, ex his, quæ tradit *Affl.* post *Andr. de Iser. in Constitut. Regni Statuimus*. Secundo quod lis non fuerit contestata cum prædicta Anna in Magna Curia, *arg. L. amplius ff. rem rat. hab.*

Quibus non obstantibus per plura decreta Magnæ Curiæ, & Sacri Concilij fuit decisum, quod procedatur in Magna Curia, quo-
2 niam hæres quantumuis priuilegiatus debet stare iudicio, & foro sui defuncti per *tex. in l. hæres absens ff. de iudic.* quod in Regno est ve-

verum, vel etiam in priuilegio inserto in corpore iuris per *Rit. M.C. 234. vbi Carauita in princ. Dominus de Franch. dec. eiusdē nu. 234.* Nec quicquam refert, quod nō fuerit lis contestata cū defuncta, sufficit enim simplex citatio, siuè fori electio, vt per DD. locis citatis, & per *Dominum de Franchis decis. 364. numer. 3. 4. 5.*

3 Illud autem de litis contestatione militat in clerico succedente laico, cum quo fuerit lis contestata, eo enim casu tenetur clericus respondere coram iudice laico, stante litis contestatione cum eius defuncto laico, *Boer. decis. 69. Surd. decis. 110. Couar. Prac. q. cap. 8. in fi.*
4 latè *Ceual. Com. con. Com. quæst. 56. nu. 13.* Id quod pari ratione de laico succedente ecclesiasticæ personæ tradit *Iac. Canc. var. Resol. tit. de litis contest. numer. 136.* Quoniam
5 ante litis contestationem non dicitur quis petere, sed velle petere *d. l. amplius ff. rem. rat. hab.* At secus in electione fori, prout in casu nostro, vbi non est necessaria litis contestatio, sed satis est solennis fori electio, aliud enim est sim-
6 pliciter petere, aliud solēniter eligere, *de Franch. vbi sup.* in quo tanquam in re clara, & indubitabili amplius non insisto.

Verùm Aduersarij studendo dilationibus obtinuerunt iterum verbum fieri, sub prætextu quod fuerit denegata variatio, asserentes posse variare, quemadmodum figurant potuisse variare defunctam,
7 Ex regula quod cui competit electio, competit & variatio, vt infra. In quo longe errant, siquidem defuncta præsumitur mortua cum eadem voluntate, *tex.* est in *l. cum hic status §. primo versic. sed vbi semel. ff. de donat. inter virum,* & apertior *in l. 3. vbi glos. ff. de probat. Affl. decis. 111. numer. 6.*
8 *in fin.* Inconstantia enim non præsumitur, imò damnatur, *l. capitalium §. est enim inconstans ff. de poen. l. in causæ in principio ff. de procurat. glos. in l. final. in fin. Cod. de modo mul.* faciunt dicta per *Hippol. sing. 103.* & latius dixi *Festiu. lect. lib. primo cap. primo*, & nouissimè *D. Mutius Reccus* acutissimus Iurisconsul. *de Iurisd. ad libitum reuoca. in princip.* & ita in proprijs terminis *Carau. in Ritu 233. num. 18.* Sanè varietas, & incostantia iniquitas est, *l. si quis Cod. de reb. credi.* opponitur enim iustitiæ, quæ non aliud est, quàm constans, & perpetua voluntas vulg. *l. iustitia*
9 *ff. de iustit. & iure.* Imo nec defuncta posset variare à Magn. Cur. ad iudicem inferiorem, vt per Dominum *de Franchis decision. 100. in fine*, & ratio, quia variatio non secus, ac electio requirunt perhorrescentiæ iuramentum, *Afflictus decision. 257. Franch. decision.* eiusdem *numer. 257.* idemque *decision. 364. numer. 6.* nouissimè Dominus *Paulus Staibanus consil. 74.* Sed quæ perhorrescentia potest cadere in Magn. Cur. supremo, ac sanctissimo Tribunali, in quo tanta exercetur iustitia, respectu inferioris Iudicis, & Baronalis Curiæ, vt innuit Dominus *de Franchis loco cita-*
10 *to:* Denique ille potest variare, qui potest eligere, *l. eum qui certarum in fine ff. de verb. oblig. Afflict. in Constis. Statuimus quæstion. 13.* Sed in casu nostro hæres non potest eligere, cum omnino teneatur stare foro defuncti, *d. l. hæres absens*, ergo nec variare, ita ad literam *Dominus de Franch. dicta decis. 364. num. 5. in fine.*

Cœtera prudentissimis Iusdicentibus relinquuntur, quorum est supplere, quæ Aduocatis desunt.

Facto verbo in Sac. Conc. fuit caussa remissa eidem Magnæ Curiæ

quæ

quæ procedat ad vlteriora, remissione, & variatione petita non obstante. Penes Pulsonum.

SVMMARIVM.

1 *Arbor, seu descendentia familiæ Galeotæ.*
2 *Identitas cognominis, & patriæ arguit identitatem familiæ.*
Maxime vbi vtraque familia sit nobilis. Et quare.
3 *Tituli, Dignitates, & Parentelæ indicant familiæ nobilitatem.*
4 *Identitas, seu conformitas insignium arguit identitatem familiæ.*
Maximè vero vbi familiæ sint æquæ originariæ eius loci.
5 *Nobilibus debitum est gaudere in propria patria nobilitatis prærogatiua.*
Et ita in dubio præsumendum.
Etiam vbi iura videãtur forte aduersari.
6 *Reputatio, siue communis existimatio probant identitatem familiæ.*
Vox & opinio in antiquis probant.
7 *Testes de auditu probant consanguinitatem, vel saltem transferunt onus probandi contrarium in aduersarios.*
Etiam vbi adesset aliqua iuris repugnantia.
8 *Inditia, & præsumptiones sufficiunt ad probandam consanguinitatem.*
Imo duæ enuntiatiuæ, & numer. 15.
9 *Præsumitur quis talis, qualis appellatur, & quali nomine censetur.*
10 *Familiæ identitas, seu consanginitas ex multis potest fundari, quæ coniunguntur, maximè in factis antiquis, in quibus qualis qualis probatio sufficit.*
In materia nobilitatis leuiores probationes, & quasi possessio sufficiunt.
11 *Præsumptio transfert onus probandi contrarium in partem aduersam.*
12 *Domus antiquæ in Regione sedilis faciunt præsumi quem esse de illo Sedile.*
Quoniam nobilis debet gaudere prærogatiua suæ nobilitatis in ea Regione, in qua habitat.
Antiqua consuetudo Ciuitatis Neapolit.
13 *Historicorum dicta probant.*
14 *Nominatio probat consanguinitatem, & constituit nominatum in quasi possessione.*
15 *Duæ enunciatiuæ benè probant consanguinitatem.*
16 *In dubio pro admissione ad ordinem est iudicandum.*
17 *Nominatio declarat, & conseruat ius.*
18 *Nobilitas vnica est in familia, ideoque conseruatur per quemlibet de familia.*
19 *Iuribus facultatis per non vsum non infertur praiudicium.*
20 *In his, quæ generis sunt maiorum negligentia non praiudicat.*
21 *Medicinalis scientia nobilibus viris non incongruit.*
Medicus Principis comparatur Comiti, imo Duci.
22 *Medici Patritij Neapolitani ad recentiora vsque tempora recensentur.*
Medicinalis scientia dignitas remissiuè.
23 *Decreta Sacri Reg. Concilij Neap. in consimili caussa.*
24 *Epilogus.*



CONS.

CONS. XIV.

Pro Principe Monasteracij.

ARGVMENTVM.

Origo, ac descendentia familiæ Galeotæ extra sedilia, eiusque dignitas recensentur, & an eadem sit pręsumenda cum familia Galeota gaudente Sedilis honoribus, Et ad hoc adminicula, & probationes quæcunque ad fundandam de iure cognationem, seu consanguinitatem, Et an indicia, & præsumptiones, cęteræque, vel leues quidem probationes hac in re sufficiant, potissimum verò seruatæ nobilitatis prærogatiua, & an testes de auditu, & credulitate probent, & an vetus domus in Regione Sedilis, & an patriæ, nominis, & insignium identitas, & an Historicorum auctoritas, & an simplex nominatio, & enuntiatio, maximè vero in antiquis, & quid in dubio sit decernendum, & an maiorum negligentia in his, quæ generis sunt posteris pręiudicet. Medicinalis scientiæ dignitas extollitur, ac Physici Neapolitani Patritij ab antiquis temporibus ad recentiora vsque tempora recensentur. Denique Decisio Sacr. Reg. Conc. in consimilibus factis subnectitur.

Angelus Galeota Miles Neapolitanus *Baro* Casæfrigidæ in anno 1400. ex Francisca de nobili, & antiqua familia Ronchella Neapolitana Sedilis Portænouæ genuit Syluestrum Galeotam militem Regium Consiliarium Baronem
1 Casæfrigidæ, ac Monasteracij, qui ex Helena Caracciola suscepit inter alios Ioannem *Baronem* Casæfrigidæ; Vincentium Episcopum Squillacensem, & Caputaquensem, & Regium Consiliarium, ac Dominum Ciuitatis Strongoli, & Castrorum Sanctæ Catherinę, Monasteracij, & Reginę in Calabria, & Salicis in Terra Hydrunti; Berardinum Regium Consiliarium Baronem Caianelli, qui successit in Baronia Monasteracij; & Angelum *Baronem* Brancaleonis.

Ioannes *Baro* Casæfrigidę duxit in vxorem Verdellam Piscicellam, ex qua inter alios habuit Ferdinandum Baronem Casæfrigidæ, maritum Lauræ Castagnolæ de nobili familia Sedilis Portus; & Simonem Episcopum Squillacensem, ac Baronem Sanctæ Catherinę; duxit etiam in secundam vxorem Rebeccham Caracciolam, ex quorum linea nemo superest.

Berardinus Pręsidens Regię Camerę, ac Regius Consiliarius, & Dominus Monasteracij, et Caianelli, ex Adriana Latia nobili Neapolitana Sedilis Portus habuit inter alios filios Marium Equitem auratum, quartum Baronem Mona-

nasteracij, ac Dominum Terrarum Sancti Viti, & Lucinadæ in Calabria, ac etiam Agropoli in Principatu: qui ex Lucretia Mansella de Sedili Capuanæ genuit Ioannem Berardinum quintum Baronem Monasteracij, & Franciscum Equitum grauis armaturæ Præfectum, qui Ioannes Berardinus quintus Baro Monasteracij ex D. Portia Concubletta de Arenis filia Marchionis Arenarum inter alios habuit Marium iuniorem sextum Baronem Monasteracij, & Mottæ Boualinæ, qui duxit in vxorem D. Eleonoram Toraldam Sanseuerinam, ex quibus orti sunt D. Ioseph Galeota septimus Baro, ac Princeps Monasteracij, & D. Marius Eques Calatrauæ fratres, qui tanquam de eadem antiqua, & Illustri familia Galeota Neapolitana, quæ gauisa fuit, & gaudet honoribus Sedilis Capuanæ petunt declarari Nobiles ipsius Sedilis ex infrascriptis.

2 Primò, quia ex eodem cognomine, & patria identitas familiæ præsumitur, & probatur, *Aretinus consil.* 37. *Calcan. consil.* 8. *Cephal. cons.* 90. *volum.* 1. *Menoch. de præsumption. lib.* 6. *cap.* 15. arg. *tex. in l.* 1. *in fin. Cod. de off. præf. vrb. l. decernimus in fin. Cod. de Episc. & Cleric. l. defensores* 2. vbi *glos. Cod. de defe. ciui. l. à nullo in fin. Cod. de fer.* cum cœteris allegatis infra *cons.* 18. Et in proprijs terminis est *tex. in l. fin. ff. ad muni.* vbi nominatio cũ alijs adminiculis plenè probat originem, prout in casu nostro, Nomen, Patria, Nobilitas, Insignia, vt inferius. Maximè, vbi vtraque familia sit nobilis, & illustris, vt in casu nostro, *Menoch. consil.* 321. *volum.* 4. *Anna in proprijs terminis sing.* 359. Cuius rei ea est ratio, quòd pluralitas in pari, vel simili conditione familijs non præsumatur, *Aretin. in cap. series numer.* 11. *de test.* idemque *consil.* 103. *colum.* 3. sunt enim Actores antiquissimi Barones, & Feudatarij, quorum maiores ducentum, & amplius ab hinc annis possederunt quamplurima Castella, & in eorum familia fuerunt etiam Episcopi, Milites, Equites, Equitum Tribuni, & Regij Consiliarij, semperque apparent denominati Illustres, Magnifici, Nobiles, ac Domini, qui Tituli in antiquis temporibus non consueuerunt tribui, nisi viris Patritijs, & nobilissimis. Constat etiam eorum clara nobilitas ex cognationibus, & parentelis contractis cum Nobilissimis, & Illustr. familijs, prout pluries cum familia Caracciola, & Carrafa, cum Aquina, Concubletta de Arena, de Duce, Piscicella, Aprana, Filomarina, Barrile, Seripanda, Mansella, Bozzuta, Morra, Minutula, Buccaplanula, Aiossa, de Diano, Spina, Ricia, Toralda, Muscettula, Mocia, Agnense, Coppula, ex Marchionibus Missanelli, & alijs: adeo quòd nunquam Actores, eorumque maiores se coniunxerunt, nisi cum familijs supremæ nobilitatis, præsertim Sedilium Capuanæ, & Nidi, vt ex arbore abundantissimè constat.

3 Ex quibus titulis, dignitatibus, et parentelis Actorum nobilitas satis de iure fundatur, arg. *tex. in l. honores. §. de his ff. de decu. l. ad subeunda Cod. eodem tit. lib.* 10. *l. honor. §. de honoribus ff. de muner. & honor §. interim. Authen. de defen. Ciuit. Bald.* ex eo *tex. in l. omnibus Cod. de testam. Ioan. de Plat.* ex eo *tex. in l.* 1. *Cod. de cond. in pub. hor. lib.* 10. *Luc. de Penn. in l.* 1. *Cod. ne rusti. ad vll. obsequi lib.* 10.

Quibus

Quibus accedat conformitas Insignium ab antiquissimis temporibus, ex qua insignium conformitate identitas familiæ præsumitur, & probatur *Bart. in l. tutelas ff. de cap. dimin.* Idemque *in Tracta. de armis num.* 10. *Ann. Pater al-*
4 *leg.* 57. *Ann. filius conf.* 88. *vol.* 1. *& conf.* 110. *vol.* 2. Constat autem Angelum Galeotam Baronem Casæfrigidæ, patrem Syluestri militis, & Baronis Monasteracij, Actorum stipitis, vsum fuisse iisdem Insignibus Vndarum, quibus semper vsi fuerunt tam Actores, quàm cæteri nobiles, & patritij Sedilis Capuanæ, prout est videre ex vetusto tumulo marmoreo ipsius Angeli in antiquo eius Sacello in D. Georgij Maioris Neapoli: qui vixit ducentis, & quinquaginta circiter ab hinc annis, & obiit anno Domini 1436.

Quod maximè procedit in facto nostrò, vbi familia Galeota est originaria in Ciuitate Neapolis, & in Sedile, non autem aduentitia, siue allecta, & agregata: quo quidem casu cessat omnis dubitatio, an aliqui fuerint allecti in Sedile, cæteri verò non allecti: quoniam in originarijs nulla cadit allectio *l. ciues vbi glo. & DD. C. de incol. lib.* 10. *Affl.* in propriis terminis *in Const. Intētio-*
5 *nis nostræ num.* 30. Est autem proprium nobilibus, & in primis debitum gaudere in propria Ciuitate nobilitatis prærogatiua, atque ita in dubio præsumendum. *S. si quã verò Authen. de desc. Ciuit. l. filios C. de municip. & orig. lib.* 10. *Bald. in l. si non speciali* 2. *col. C. de testa. Aretin. conf.* 77. Quod eatenus est verum, vt ciuis, & nobilis nunquam intelligatur fraudatus honoribus in propria patria, etiam legibus quantumuis generaliter aduersantibus. tex. est notab. in *cap fundamēta vers. hac irrefragabili*, iūcto *§. fin.* incip. *Vt autem Ciues de elect. lib.* 6.

Item constat familiam Galeotam esse antiquissimam, & originariam Neapolitanam, etiam à tempore Regum Sueuorum, quo quidem tempore non erant Sedilia, prout nunc sunt.

Amplius hoc ipsum fundatur ex fama, & communi existimatione, Actores, eorumque maiores esse veros patritios, ac de parētela, & familia gaudentium, quod adeo verum est, vt Angelus Galeota eorū stipes ponatur pro indubitato fuisse gaui-
6 sus Sedilis honoribus. succedit iuris regula quòd talis reputatio, & existimatio probat *Masc. de probat. to. 1. concl.* 415 *Ann. d. conf.* 110. maximè in antiquis, vt in casu nostrò, vbi vox, & opinio plenè probant *glo.* cōmuniter recepta, & ibi *DD. in l. atqui natura* §. *cùm me absente, ff. de negot. gest. Bal. in Auth. quas actiones, C. de sacrosan. Eccles.* Idemq; *in c. veniens, vbi Innoc. Panormit. & Imol. de ver. signi. Ias. in l admonendi col.* 87. *vers. ita tamē ff. de iur. iuran. Angel. in l. Titius ff. quib. mod pign. vel hypot. sol.* vbi concludit sic esse iudicandum, Et in proprijs terminis originis, & descēdētiæ familię *Innoc in c de multa, & ibi Hostiens. Ioan. Andr. Panormit. Imol. de præb. Bald. conf.* 287. *lib.* 1.
7 Quibus accedant testes deponētes audiuisse à senioribus Actores, eorumq; maiores descendere ab eodē sanguine, eademq; familia, è qua descendunt gaudentes, ac esse veros, & antiquos patritios, æque ac cæteri gaudentes. Testes enim de auditu plenè probant consanguinitatem, vel saltem transferunt onus probandi cōtrarium in aduersarios, *Anchar. conf.* 225. *num.* 6. *Corn. conf.* 1. *nu.* 22. *& conf.* 78. *vol.* 3. *Archid. in c. hoc videtur* 22. *quæst.* 5. *Roland. conf.* 32. *vol.* 4. *Cephal. conf.* 140. *&* 338. *latè Surd. decis.* 145. *nu.* 9. Et nouissimè *D. Scip. Theod. alleg.* 27. *num.* 2. *& seq.* Quod eatenus verum est, vt vel etiam si in

tali

tali consanguinitate, seu descendentia familiæ adesset aliqua iuris repugnantia, adhuc testes de auditu ex cōmuni existimatione sufficiant: quod sentit *glos. in c. Michael. de fil. presbyt.* optimè *Paris. cons. 10. nu. 8. vol. 2. Gozad. cons. 13. post num. 48. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præs. 53. nu. 20. D. Scip. Theod. loc. cit. num. 3.* qui testatur in causa magis ardua ita nouissimè fuisse decisum. Quinimo ad probandum quem esse de genere, vel parentela, sufficiunt inditia, & præsumptiones, prout millies decisum referr *Riccius collect. 1260.* per hæc verba *ad probandum quem esse de genere, vel parentela sufficiunt inditia, & presumptiones, vt tenuit Rot. in vna Placent. Cappellan. 15. Nouemb. 1593. & iterum 10. Ianuarij 1598. coram Penia, Imò sufficiunt duæ enunciatiuę, emanatę à diuersis personis non suspectis Achil. de Gras. decis. 5. de iur. patron. Pute. decis. 207. lib. 2. Et fuit tentum in vna Rom. Capellan. de Capizucchis de anno 1570. coram Costa, & iterum in vna Vrbeuetana 31. Ianuarij 1565. coram Card. Lancellot.*

8

9 Ideoq; constat Actorum maiores in antiquis temporibus contraxisse matrimonia, tanquam nobiles de Sedili, Ioannes enim Galeota filius Syluestri Actorum stipitis contraxit matrimonium cum Verdella Piscicella in anno 1483. secundùm morem nobilium Capuanæ, quemadmodum Ferdinandus Galeota Baro Casafrigidæ eius filius, qui contraxit matrimonium cum nobili Domicella Laura Castagnola de antiqua familia Sedilis Portus secundùm morem Sedilium huius Ciuitatis Neapolis. Ex quibus contrahentes præsumũtur tales, *arg. l. decernimus in fi. vbi gl. C. de Ep. et cler. c. dilecto vbi DD. de preb. l. 1. in fi. C. de off. pref. Vrb. & latius in cons. nostro 18. pro Stephano Curtio.*

10 Tandem familiæ identitas, sicut cōsanguinitas, cùm sint difficilis probationis, ex quo non cadunt in sensũ corporis; cumq; simus in factis antiquis, in quibus simplex enuntiatio probat, imo qualis qualis probatio sufficit, ex multis potest fundari, quæ coniunguntur, & vnita coadiuuant, vt in casu nostro. *Butr. in c. veniens il primo, & in c. licet ex quadã de testi. Ann. pater in Const. Regn. Constitutionem nu. 89. Ann. filius d. cons. 110. Aym. Crauet. de antiq. temp. par. 1. cap. exordiente viso de verbis cum seq. Capyc. deci. 86. in princ.* Quemadmodum in materia Nobilitatis leuiores interdum probationes, & quasi possessio quædam de iure sufficiunt *Bal. in l. prouidendũ C. de postul. Mascar. de prob. cõclus. 411. vol. 1. Aym. cons. 110. post Lucam in l. mulieres C. de dignit. lib. 12. Franc. Marc. decis. Gall. 405. par. 2. Vinc. de Franch. decis. 630.* Ex quibus Actores satis habent intentionem fundatam præsumi de eadem familia, & consequenter debere gaudere; quod si per Sedile negetur, ipsum probet, ex regu-

11 la *tex. in l. 2. ff. de prob.* Quoniam ex allegatis prȩsumptionibus transfertur onus probandi contrarium in ipsum Sedile. *l. generaliter §. si petitum ff. de fideicom. lib. l. nuptura ff. de iur. dot. Dec. in l. 2. §. mutui datio nu. 15. ff. si cert. pet. Ias. cons. 540. nu. 11. Gozadin. cons. 50. num. 16. Couarr. lib. 2. var. resol. cap. 6. Menoch. cons. 21. in princ.* & in proprijs terminis *glo. in d. c. Michael. de fil. presbyt.*

12 Item hoc ipsum præsumitur, & fundatur ex antiquis Domibus, quas Actorum maiores habuerunt in Sedile Capuanæ, eiusque quarterio: Syluester enim Galeota, & Berardinus eius filius Regius Consiliarius Actorum stipites possederunt proprias Domos in Platea Sancti Stephani, & in atrio Maioris Ecclesiæ Neap. Regionis Capuanæ iuxta Domos, & bona Gurelli Caraccioli. Succedit iuris regula, quòd quoties honores sunt diuisi in Ciuitate in pluribus quarterijs,

prout est videre in Sedilibus huius Ciuitatis Neap. quilibet nobilis debet gaudere prærogatiua suæ nobilitatis in quarterio, in quo habitat *Bart.in l.1.2.col.ff.ad municip.* Et ita in dubio tenendum, & præsumendũ, cùm alioquin nobilis diceretur grauatus. *arg.l.in Ecclesijs. C.de Episc. & Cler.l.eius,qui la 2.§.1.ff.ad municip.c. nullus 61.d.c.hortamur 71.d.c.vlt.de Paroch. Iaf.in l.fin. num. 11. C. de iur. emph.Anchar.conf.171.num.6.* Igitur quonam modo erit credendum, vt Syluester Galeota Miles, & Regius Consiliarius, eiusq; filius Berardinus pariter Regius Consiliarius, nobilissimi Barones,& Patritij,habentes antiquas domos,& habitationem,& parentelas in Sedile, non fuerint illius honoribus gauisi? quod & iura,& ipsum factum omnino suadent.Idque comprobatur ex antiqua consuetudine Ciuitatis Neap. iuribus consona, vt nobiles,imò etiam nobiliter viuentes,ac cœteri etiam aduentitij, habitantes in quarterio Sedilis, essent de Sedile (quicquid postea in eam, quã videmus restrictionem res deuenerit) quapropter eò ipso, quo per Actores probatur eorum stipites nulli vnquã patritio vitæ splendore, Magistratibus, vassallorum dominio, & illustribus parentelis inferiores duxisse antiquam habitationem in Sedile,& eius Regione,est etiam ex necessaria consequentia probatum Sedilis honoribus fuisse gauisos. Audiamus verba Regis Caroli. *In præmissis mandamus, vt cum militibus plateæ, in qua habitat communicet,& contribuat iuxta huiusmodi antiquam consuetudinem Ciuitatis Neapolis &c.* Et ita in proprijs terminis iudicatum testatur *D. Reg.Scip.Rouitus in conf.83.*

Quid plura? Angelus Galeota Baro Brancaleonis, filius, & Ferdinandus Baro Casefrigidæ, nepos Syluestri Actorum stipitis, ponuntur inter nobiles familiæ Capyciæ Galeotæ, Sedilis Capuanæ ab Historicis, & in specie ita legitur in Historia familiæ

13 Capyciæ. Succedit iuris regula, quòd dicta Historicorum probant *c. cùm causam,vbi glo.& DD.de probat. Bal.in l.1.ex eo tex.ff.de offic.quæst.latè DD. in l.1.ff.si cert.pet.* maximè cùm prædicta Historia sit scripta à Bruto Capycio Patritio Neapolitano gaudente, & illustri Historico, qui non præsumitur deceptus; ideoq; eius dicto omnino est credendum, cùm agatur de proprio interesse. *arg.l.1.ff. de*

14 *confess.* Nomnatio verò optimè probat,ac fundat consanguinitatem, vel saltem transfert onus probandi contrarium in partẽ aduersam. *Tiraquell. de Retr.cõsang.§.1.glo.16.n.3.Menoch. de arbitr.Iud. li.2.cen.1.cas.89.nu.81. Iaf.conf.106.vol.1.* & ita decisum refert *Surd.decif.145.num.12.* Quinimo ex tali nominatione, & declaratione illorum de familia acquiritur quasi possessio *Castr. conf. 151. vol. 1. Mascard.Concl.789.& 790.Cyn.in l.non epistolis in fin.C.de probat.Crauett.conf. 249.Peregr.de fideicom.art.43.Pacian. de probat.lib.2.cap.12.Surd.d.decif.145. num. 12.* optimè *Io.Vinc. de An.alleg. 139.num.20. & sequ.* cum cęteris ab

15 eo congestis, Adde, quod prædicta enunciatiua simul cum alia, de qua iam diximus, plenè probant generis parentelam, vt iam decisum pluries refert *Ricci.d.collect.1260.vers.imò.*

Ex quibus satis fundatum est in iure, Actores,tanquam de eadem familia Galeota Sedilis Capuanæ eiusdẽ Sedilis honoribus debere proculdubio gaudere, & quatenus aliquid fortè subesset dubitationis, quod nega-

16 tur,Accedat iuris dispositio,quod in dubio pro admissione ad ordinem, & nobilitatem est iudicandum. *l. generaliter.§.1.ff.de decur.* Bald.*conf. 183. lib.2. Iaf.conf.120.vol.4. Alciat. resp. 91.& 725. Menoch.conf. 96.num.27. vol.1.Idemq;conf.227.vsq; ad num. 7. vol.3.Vinc.de Franch.decif.2.nu.28.&* decis.

*decis.*207.*num.*7.quos refert,& sequitur *Ann.sing.*627. Quibus addo *Federic. Viuald. in suo sing.resp.pro Camillo Villano nu.*27.

Nec quicquam refragatur, quòd Actores non reperiantur in possessione gaudendi, hoc enim contigit ex absentia à Ciuitate Neap. occasione feudorum, præsertim Baroniæ Casæfrigidæ,& Monasteracij. Ioãnes enim Galeota,uir Rebecchæ Caracciolæ, de quo diximus,occasione feudi Casæfrigidæ in pertinentijs Ciuitatis Theani,obijt in eadẽ Ciuitate Theani, in qua condidit testamentum, & instituit hæredem Ferdinandum filium Baronem Casæfrigidę,& appellatur Magnificus Dominus Io. Galeota de Ciuitate Neap. habitator Theani. Et in eadem Ciuitate Theani quietauit prædictam Magnificam Dominam Rebeccham Caracciolam de Neap. eius vxorem de dotibus ducatorum bis mille, & vltra ab ea receptis.

17 Et licèt absentes fuerint,nunquam tamen sibi præiudicauerunt in antiqua origine,& nobilitate Neapolitana,nam semper apparent denominati de Ciuitate Neap.quæ quidem denominatio facit præsumptionem *Anna d.Alleg.*139. *num.*20. & quasi quædam protestatio conseruat iura *l. si debitor* §.1.*ff.quib.mod.pign.solu.Tiraq.*
18 *de Retr. Lig.*§.1.*gl.*7. *num.*72. Cumq; nobilitas vnica sit in familia, satis dicitur conseruatũ ius Sedilis per alios de familia *l. cùm scimus. §. fin. C. de agr.& cens. lib.* 11. *l. si communem ff.*
19 *quemadm.seru.amit.* Item iuribus,quę sunt naturalis facultatis, vt in casu nostro, ex non vsu nullum infertur pręiudicium. *Dec.cons.*6. *Aym. de antiquit. temp. fol.mihi* 173. *Bertr. cons.*
20 234.*lib.*3. Et in his, quę generis sunt maiorum negligentia posteris non pręiudicat ex *tex.in l.*3. *ff.de interd.& releg.cum simil.*

Denique nihil obstat,quòd Angelus,& Syluester Actorum maiores appellentur Medici: nam ijdem fuerunt simul Medici, & Consiliarij Regij; imò Milites,& Regni Prothomedici: Syluester .n. Actorum stipes appellatur Miles, Regis Medicus, & Consiliarius, idemque Regni Prothomedicus: ex quibus generis, & patririatus dignitas nõ solùm cõseruatur, sed augetur,Medicus.n.Regis Comitali,imo Ducali dignitate gaudet *Bar. in l.vn. ex eo tex. C.de comi.& archiat.lib.* 12. Quid plura? In antiquis temporibus medicinalis sciẽtia viris patritijs non incongruebat, imò erat magni decoris, & ornamenti. Vnde in Templo Archiep. Neap. conspicimus marmoreum Sepulchrũ illius Berardini Caraccioli Archiepiscopi Neap. & medicinalis scientiæ periti,& in eodem Templo cernimus Sepulchrum Bernilli Guindatij Viri Patritij medicinalis scientiæ Doctoris, vt omittam magnum illum Ioannem de Procita summum Philosophiæ, & Medicinę Doctorem,summumqu e Militiæ Ducem,Insulæ Prochitę Dominum, Postilionis Comitem,Tramonti, & Caiani Baronem &c.

22 Item Simon, & Bartholomæus N. de Sedili Capuanæ fuerunt Medici Physici; Nicolaus, & Matthæus N. eiusdem Sedilis Milites, & Medici Physici;Cobatius,& Philippus N.fratres, eiusdem Sedilis Medici Physici Rogerius,& Masonus N.eiusdem pariter Sedilis Physici.

Bartholomæus N.de Sedili Portus Physicus.

Perrinus N. de Sedili Portænouæ Physicus.

Neque opponatur, præfatos Illustres Patritios Medicos fuisse antiquiores Angelo, & Syluestro,Actorum maioribus; nam sunt & alij multi,nedum contemporanei, sed posteriores tempore prædictis Actorum maioribus,inter quos Nardus N. Miles,& Medicus physicus,filius N.Mi-

litis, qui vixit anno 1450.

Iacobus N. Eques, & physicus in anno 1483.

Nicolaus N. Eques, & Medicus Physicus pater N. pariter Physici in anno 1489.

Bartholomæus N. Eques, & Medicus Physicus in anno 1493.

Denique Gabriel & Iacobus N. Milites, & Medici in anno 1494. & 1500.

Deq; medicinalis scientiæ dignitate latissimè *Tiraqu. de Nobilit. cap. 31.*

Nec tandem est necessarium Actoribus demonstrare attinentiam gradus cum gaudentibus, quæ sicut certa est, & pro certa præsumitur, ita ob lapsum temporum, & defectum scripturarum deperditarum hactenus non apparet: Nam ex superius allegatis iuris præsumptionibus, imò probationibus identitas satis colligitur, & fundatur, & maximè cùm aliàs in causa magis ardua ita fuisse decisum teste-
23 tur *D. Scip. Theodor. loc. cit.* Et in cõsimili causa obtinui pro Dominis Frãcisco, & Scipione Mettola, qui me patrocinante fuerunt per S. C. declarati Nobiles, ac descendentes ex antiqua, & Ill. familia Mettola Neapolitana. Apud Acta Strinæ, prout etiam in casu nostro indubitatè iudicandum speratur.

Itaque reassumendo iam dicta iuxta præceptum *glos. in §. fin. in ver. dictum ex eo tex. Authen. de defens. Ciuit.* Ex pluribus satis, superque fundatum est, Actores nobilissimos Patritios, debere Sedilis honoribus gaudere.

24 Primò ex cõformitate Nominis, Patriæ, Insigniũ, & antiquæ Nobilitatis.

Secundò ex fama, & communi omnium existimatione, ac depositione testium de auditu, Actores esse de eadem familia gaudentium.

Tertiò ex contractibus initis per Actorum Maiores priscis temporibus secundùm morem Capuanæ, & Nidi.

Quartò ex domibus in quarterio Capuanæ in antiquis temporibus.

Quintò ex dictis Historicorum, & nominatione gaudentium, Actores esse de eadem illustri familia.

Sextò ex enuntiatiuis geminatis Angelum Actorum stipitem fuisse de patentela gaudentium.

Septimo ex iuris præsumptione, in dubio decernendũ pro admissione ad Sedile.

Octauò quia in similibus aliàs ita fuit pronuntiatum.

Quæ omnia abundantissimè fundant identitatem familiæ, & transferunt onus probandi contrarium in aduersarios, vt iam dictum est.



SVMMARIVM.

1 *Exteri deferentes vxores prægnates in Ciuitatem Neap. quandiu pariant, an per illud momentũ temporis Neapolitanos faciant filios.*

2 *Animus, non corporis assistentia facit ciuem.*

3 *In patria dicitur esse, qui per accidens alibi reperitur.*

4 *Non dicitur quis esse in eo loco, in quo ad tempus reperitur.*

Non dicitur tale, quod, in eo statu non durat.

5 *Fugitiuus non dicitur abesse in tertij præiudicium.*

6 *Mulier ex accidenti alibi pariens, censetur in patria peperisse.*

7 *Contrarium putant alij verius, ex quo origo est immutabilis.*

Quæstio ob rei dubium apud Affl. indecisa.

8 *Decretum Sacri Reg. Concilij Neap.*

9 *Degens in Ciuitate per decennium, an, & quando efficiatur ciuis.*

Per solum animum permanendi statim, contrahitur incolatus ciuilitas quo ad forum, & ad hoc Decretum M. C.

10 *Quemadmodum habitatio pro maiori*

ri

ri parte anni.

11 *Incola dicitur quis eius loci, in quem maiorem partem fortunarum suarũ animo permanendi transfert.*

Aequiparantur ista duo esse natum in aliquo loco, vel habere ibi maiorem partem bonorum, ideoq; habens maiorem partem bonorum in aliqua Ciuitate, non potest ibi esse Capitaneus.

12 *Incola, & Peregrinus, siue habitator, et hospes in quo differant. Habitare est verbum frequentatiuum.*

13 *Habitare quis non dicitur, licet per mille annos in loco sistat, si animum habeat discedendi.*

14 *Mercator non dicitur ex vnico actu, sed ex professo negotiator, et qui maiorem partem fortunarum in mercatura habeat.*

15 *Scholaris non dicitur, qui toto animo ad scholas non incumbat, ideoq; scholarum priuilegio non gaudet.*

16 *Per decenniũ præsumitur animus permanendi.*

Scholaris statim sortitur forum loci studiorum.

17 *Decretum Sac. Reg. Concil. Neap. An, & quando per simplicem ortum, vel per simplex decennium contrahatur ciuilitas. Auctoris distinctio.*

19 *Natus ante quam pater effectus est Doctor, an dicatur filius Doctoris.*

20 *D. Ioannis Austriaci Scomma.*

21 *Natus ante quam pater effectus est Rex, an in Regnum succedat.*

22 *Triphernis sententia de Persiæ Regno.*

23 *Iulij Clari concinna sententia.*

24 *Auctoris distinctio.*

25 *Nobilitas an transeat ad ascendentes, & ad hoc Decisio S.R.C.*



CONSILIVM XV.

Pro Principe Sancti Boni &c.

ARGVMENTVM.

Neapoli natus non ex parentum proposito, sed per accidens, an sit Neapolitanus. & an loci origo sit immutabilis, & ad hoc Decisio Sac. Reg. Cõc. Item degens Neapoli per decennium, an, & quando ex Regia Pragmatica efficiatur Ciuis Neapolitanus. Quęnam sit differentia inter peregrinum, & incolam, interque habitatorem. & hospitem. Nunquid ex solo animo statim contrahatur ciuilitas. Et ad hoc Decisiones Mag. Cur. & Sac. Reg. Conc. Natus ante quàm pater effectus sit Rex an dicatur filius Regis, & an in Regnum succedat, & ad hoc D. Ioannis Austriaci Scomma. itemque Triphernis sententia de Persiæ Regno. Natus antequam pater effectus sit Doctor, an rectè Doctoris filius sit censendus. Tandem an Nobilitas ad ascendentes transeat, & ad hęc Auctoris distinctio, & Decisio S.R.C.

QVoniam orti in hac Inclyta Ciuitate Neap. multis potiuntur priuilegijs, & immunitatibus, in eã exteri prægnantes vxores solent transferre

1 quandiu pariant, quas vix partu edito, ad eorum pagos, & casalia referentes, ibique incolatum continuantes, credunt ex eo temporis momento Neapolitanos filios effecisse in fraudem, non tam Regij Fisci, ob fraudatum ius focularium, quàm etiam ipsorum casalium, & Baronum, ob exemptionem à publicis oneribus, & baronali iurisdictione. Neapolitani. n. trahunt, & non trahuntur.

Quapropter rogatus à Principe Sãctobonens. Marchione Bucclanici, Comite Scrini, ac Domino Casalis Meliti quid de ea re sentirem, respectu quorundam eius Vasallorum de præfato Casale Meliti, Respondi tales ex accidenti, & per temporis momentum Neapoli ortos Neapolita-
2 nos de iure non censeri, siquidem animus, non corporis assistentia facit ciuem, & constituit de iure domicilium *l. eius qui la 2. §. Celsus ff. ad municip. l. postliminij ius §. captiuus, & l. nihil interest ff. de capt. & postlim. reue. Abb. conf.* 100. *Ias. conf.* 77. *lib.* 3. *Bertr.*
3 *conf.* 75. *lib.* 2. *Barba conf.* 52. *lib.* 2. Qui. n. per accidens alibi reperitur, perinde haberi debet, ac si in patria esset, ideoque partus alibi ex accidenti editus, perinde habendus est, ac si in patria editus fuisset, tex. est notab. in proprijs terminis *in l. huiusmodi §. legatum vbi Bar. Paul. Alex. & cæteri ff. de leg. primo.*

4 Item non dicitur quis esse in loco, in quo ad tempus reperitur *l. si fundus legatus, & l. si chorus §. 1. et l. qui saltum ff. de leg. 3. glo. in l. si vsusfructus Ciuitati ff. quib. mo. vsufr. ammi. Optimus tex. in l. debitor. ff. pignor.* Quoniã quæ in eodem statu non persistunt, vel momento temporis durant, non sunt in consideratione, latè, & eleganter more suo *Hippol. in l. fi. ff. de iurisd. omn. iudi num.* 155. *cum seq.* Vnde regula nobis constituenda est, non dici quem adesse, si casu adsit, nec abesse si casu absit, notab. est tex. *in l. si ita legatum est ff. de leg.* 3. *l. ex facto* 2. *§. rerum ff. de her. inst. l prædia* §. 1. *ff. fundo inst.* faciunt dicta per nos *in conf.* 6. *nu.* 19.

5 Accedat quod scribit *Franciscus Ripa in Tract. de peste, de priuil. contr. causa. pest. num.* 180. *cum seq.* vbi concludit, quod fugitiuus in tertij præiuditium non dicitur abesse. Et in proprijs terminis, quod mater habens animum reuertendi fingatur semper in Ciuitate fuisse, ac peperisse in pa-
6 tria, vndè ex accidenti recessit, dicit *glos. sing. in l. cum satis ver. sobole C. de agr. & cens. lib.* 10. subdens quod licèt Colonus alio ducat parituram vxorem, non tamen ex hoc soboles efficietur libera, sed remanebit ascripta illi fundo à quo recessit arg. *l. retro ff. de capt.* faciunt dicta per *Boer. decis.* 13. *post Afft. decis.* 384.

Tametsi non pauci grauissimi Iurisconf. contrariam sententiam sequãtur, quos latè recenset *Vrsill. ad Afft. loco citato*, ex eo potissimum; quòd ciuilitas originis sit immutabilis *l. as-*
7 *sumptio ff. ad munici. l. origine C. de mu. ni. & origi. lib.* 10. adeo vt sacer Senatus Neapolitanus, Areopagus Italiæ in contrarias abierit opiniones, & quæstio remanserit indecisa, vti refert *Afft. d. decis.* 384. Nihilominus ex his, quæ superius diximus Princeps Sanctob. noluit assentire prætensæ ciuilitati Neapolitanæ eius vasallorum.
8 Et in simili causa, in qua Princeps Roccæ Romanæ petebat ad se remitti Not. Ioannem Baptistã Florillum, eius Vasallum per accidens Neapoli ortum, licèt per Magnam Curiam viso priuilegio Ciuilitatis fuisset decretum, quod procedatur in ipsa Mag. Cur. tamen relata causa in Sac. Conc. re serio perpensa, fuit inquisitus remissus ad Baronalem Curiam, penes Actuarium Grossum. Scriba Petito.

9 Hæc quoad ortos in Ciuitate ex accidenti, & in fraudem. Modo contingit dubitari, num degens in Ciuitate Neap. per decennium, cum tamen in

in loco originis bona, fortunasque suas, vel maiorem earum partem habeat,& passim à Ciuitate recedat,cēsēdus sit Ciuis Neapolitanus,adeo vt gaudeat priuilegio fori,vigore Regiæ Pragmaticæ sancientis, quod per decennalem incolatum acquiratur Ciuilitas Neapolitana, Id quod videtur consonum iuri communi per tex.
10 *in l. 2. C. de inco. lib. x.* tametsi solo animo permanendi statim contrahatur de iure incolatus Ciuilitas *l. domicilium ff. ad munici. l. ciues C. de inco. lib. x. And. Gail. obseru. iur. lib. 2. cap. 3. cum seq.* & nouissimè *D. Reg. Rouitus super Prag. 1. de Immun. Neap. num. 9.* Adeo vt quis statim tralato domicilio in hanc Ciuitatem Neap. animo permanendi, momento temporis efficiatur Ciuis, ad hoc vt sortiatur forum, Et ita nuper sub die 14. Feb. 1632. per M. C. decisum est in causa Scipionis Sucij cum nonnullis eius debitoribus exteris, qui citati in M. C. ad instantiam ipsius Scipionis Ciuis Theanensis petierunt caussam remitti ad ipsorum Curiam. Verum quia prædictus Scipio transtulerat totam familiam in hanc Ciuitatē Neap. animo in ea perpetuo permanendi, quod fuit benè probarum,decretū est, quod pcedatur in ipsa M C. remissione petita nō obstāte,prout retulit mihi optimus Iurisconf. Alex. Sucius Penes Actuarium Corcionum. Quemadmodum habitatio pro maiori parte anni tribuit ciuilitatem quoad ipsum forum *Affl. d. decis. 384. num. 11. Gram. decis. 87. Thor. in Comp. Deci. ver Habitans.* Nō tamen quo ad alia priuilegia, exemptiones, & libertates *Carraui. Ritu 301 num. 33.*
11 Modo ad quæstionem *Tex. in d. l. Ciues.* Incola inquit eius loci quis dicitur vbi larem, rerumque, ac fortunarum suarum summam constituit, vnde rursus non sit decessurus, alioquin non incola, sed magis peregrinus diceretur,ex quo quidem tex. patet, incolatus ciuilitatem tunc demum per decennium contrahi,cum quis ibi toto animo, tanquam amplius nō recessurus permanserit, alioquin si alibi fortunarum,rerumque suarum summam habeat,& modo accedat, modo abscedat, ciuilitatem non contrahet, ad quod nota Regni *Const. Iustitiarij de Iustitiar. & assessor* vbi *Affl. num. 4.* per hæc verba. *Nota quod æquiparantur ista, esse natum in aliqua Ciuitate, & ibi habere maiorem partem bonorum quoad administrationem officij habendam in eo loco. Vnde habens maiorem partem bonorum in aliquo loco, non potest ibi esse Regius Capitaneus, sicut*
12 *quando est Ciuis.* Habitare autem secundum Priscianum est verbum frequentatiuum, ideoque frequentata habitatio & cōtinuatum tempus animo permanendi facit incolam, & habitatorem *Bal. in l. 1. ff. de statu homi. idemque in l. 1. §. habitare ex eo tex. ff. de his qui deiece. vel effu.* quoniam inter habitatorem, & habitantem, & inter incolam,& hospitem, siue inter ciuem, & peregrinantem multum interest *d. l. 1. §. hospes ff. de his qui deiece.*
13 *vel effu. Grama. deci. 87.* Hinc *Barba. consil. 51. num. 10. lib. 2.* dicit quod nunquam quis dicitur habitare,dum habet animum redeundi, licet per mille annos sisteret in eo loco; Quapropter opus est, vt quis cum vxore, & familia,animo non remeandi inhabitet *Bal. consil. 61. lib. 1. Socc. consil. 139. & latius in Repet. nostra ad d. §. hospes,*
14 Quemadmodum mercator non dicitur ex vnico actu mercaturæ *glos. in l. 1. ff. de trib. act. Bal. in rub. C. de const. pecun. Berous 9. famil. 115.* sed is, qui ex professo negotietur, vtpotè qui maiorem partem fortunarum suarum in mercatura habeat *l. semper §. erant, & §. negotiatores, vbi DD. ff. de iure imm. Abb. in c. 1. de iud. Alex. consil 109. lib. 4 Bar. in l. quæritur ex eo tex. ff. de statu hom.* ad quod est *tex. singul. in l. legatis seruis §. si vnus ff. de leg. 3. & in*

d. l.

d.l.semper §.Diuus Adrianus cum l.seq. ff.de iure immu. Et ita sępius decisum
15 testatur *D.de Franch.decis.* 175. Neque vero quis scholarum priuilegio gaudebit, nisi toto agmine, & animo, totoque studio ad scholas incumbat *Saly.in l.qui sub prætextu in fin. C. de Sacros. Eccl. Bernard.Scodobius Mutinensis eruditus plane Doctor in festiuissima Repet. Auth. hab ita ver. scholaribus C.ne fil.pro patre*.

16 Verumtamen solum decennium ad ciuilitatem comparandam sufficere contendunt multi, quoniam ex eo temporis interuallo animus permanendi satis præsumitur *glos. ex eo tex. in l.2.C. de incol. lib.* 10. & colligitur, ex traditis *per Andr. Gail. loco citato*, quinimo *tex.in d.l.* 2. solum decennium videtur inspicere, nec quicquã videtur animum curare, loquitur .n. in scholaribus studiorum causa, in aliquo loco commorantibus, quos per decennium ciuilitatem contrahere simpliciter statuit, cum tamen probabilius sit peractis studijs eos ad patriam reuersuros. Scholaris tamen ex spetiali priuilegio statim atque scholaris efficitur, sortitur forum loci studiorum, atque ita decisus refert *Thor. in Comp. Decis. ver. Habitans.*

17 Nihilominus in causa Narcisi Pisani de Terra Morroni, qui conuenerat in Ciuitate Neap. Antonium de Raimo eiusdem Terræ sub prætextu quod ipse Actor habitasset per decennium, & vltra in hac Ciuitate Neap. & per consequens quod tanquam Ciuis Neapolitanus posset ex priuilegio trahere conuentum ad hãc Ciuitatem, licet per Mag. Cur. fuisset decretum quod procedatur in Ciuitate, petita remissione ad Curiam Terræ Morroni non obstante, tamen facto verbo in Sacro Concilio, conuento plenius audito, fuit causa remissa ad prædictam Curiam Morroni, forum conuenti, ex quo Actor omnem substantiam habebat in eo loco, ad quem sępe remeabat, ex quibus, & alijs colligebatur perpetuus animus patriam repetendi *refert Hodier. ad Surd.dec.329.* Penes Lucinã Actuar.

18 Verùm enimuero quia quæstiones tam de ciue nato ex accidenti in aliquo loco, quàm etiam de incola per decennium, vt vidimus controuertuntur, putaui cum aliqua distinctione eas cõciliare. Siquidem aut quærimus, an per simplicem ortum, vel etiam ex accidenti, vel ex solo, simplicique decennio quis gaudeat Ciuitatis honoribus, ac dignitatibus, puta Nobilitatis prærogatiua, etiam ad pœnas declinandas, vel emolliendas, *arg.c.fi.de poen.Diaz.reg.*193. vbi tamen tertij præiudicium, & formatum interesse non versetur, & tunc simplicem ortum, vel etiam ex accidenti, simplexque decennium sufficere arbitror; faciunt dicta *per Ripam de Peste vbi supra, & per And. Gail.loco citato cap.63.num.5.in fine*, ibi *quoad munera, & honores &c.* quoniam id æquitatis ratio omnino suadet, quæ pro nobilitate, pœnarumq; emollitione semper præsumit, ideoq; leuiora inditia admittit, prout *Diaz loco citato*, dixi *Fest.lect.lib.1.cap.2.n.24 post D.de Frãch.dec.630.* Aut verò agitur de tertij præiudicio, prout in superioribus casibus, & tunc sanctius, & tutius erit contrarium, veritatis rigore attento decernere, prout per nostrum Sacrum Concilium retulimus fuisse decisum, Fraus .n. (vt tãdem ad contraria respõdeamus) ab omni dispositione excipitur, & in nulla vnquam latitudine includitur, vt inquit *Bal.in cons.40.lib.1.per tex. in l. non solum 2.§.fin.l.Aurelio §.1.ff.de lib.leg.* cum cæteris per nos allegatis *in Responso 52.pro Communi Antij.*

19 His affinis est ea quęstio, an filius ortus antequàm pater effectus sit Doctor, aut Miles, censendus sit Doctoris, aut Militis filius, quam eadem distin-

stinctione dirēmi *Fest.lect.lib.1.cap.7.* hisce verbis *Filij Doctoris, aut Militis nati siquidem prius quàm pater ad togę fastigium, aut ad militiæ cingulum euectus sit, re vera doctoris, aut militis filij non sunt censendi. idcircoque nobilitatis pręrogatiua stricto iure non gaudent l.2. §.1.cum seq. vbi Bar. ff. de decur. l. si Senator vbi DD. C. de dignit. lib. 12. Bal. post Bar. in l Imperialis ex eo tex. C. de nupt. Cuius rei ea est ratio, quòd generosa nobilitatis species conceptus, aut saltem ortus tempore soboli à parentibus indita censeatur l. emancipatum §. fin. ff. de senato, nemo autem dat quod non habet, etenim per semen, & sanguinem animi sedem illustrium genitorum nobilitas in liberos transfundi videtur.*

20 *Hinc Sereniss. idemq; fortiss. Dux Io. Austriacus, vbi cum Philippo Hisp. Rege maiori fratre identidem orto dissidio, tandem de vtriusque prętantia altercaretur, se quidem Imperatoris filium iactitabat, Philippum vero ortu maiorem non Imperatoris, sed Regis filium contendebat, quippe qui ante nactam à communi parente Imperij Coronam editus*

21 *fuerat.* Quapropter non dicitur Primogenitus Regis, neque in Regnum de iuris rigore succedit, qui ortus est ante adeptam à parente Regiam dignitatem *Bar in l. cum satis in fin. C de agr. & cens. lib. 11. idemq; in d. l. si Senator ex eo tex. C. de dignita. lib. 12. Bal. in d. l. Imperialis §. fin. C. de nupt. Azo. in Broccar. rub. 23. num. 2. Franc. Cre-*

22 *men. sing. 50.* Quod inter Arthamenem, & Xersem Darij Persarum Regis filios olim contigisse monumentis traditur; cum enim Arthamenes natus ante patris Coronam tanquam primogenitus ad Regnum capessendum arma indueret, Contra vero Xerses potiorem sese contenderet, vt qui post quæsitum à communi parente Regnum Regis filius ortus esset, lite in Triphernis patrui arbitrium delata, decreuit Arbiter Xersi Regnum, cui sententiæ Arthamenes prior natu illico acquieuit, & paruit,

23 *vt auctor est Iustinus lib. 2.* Hinc tandem *Iul. Clar. in Proę. Recep. sent.* malle aliquos inquit, non Iulij Clari, dumtaxat opus in scribendum, sed addendum Regij in Mediolanensi Curia Senatoris. veruntamen *subdit non omnino mihi verax visus fuissem, si me Senatorem huic operi inscripsissem, quod priusquam in hoc amplissimo Senatoris dignitatis gradu collocarer compositum fuerat.* Quicquid tamen sit de iuris

24 rigore cōtrarium ęquitatis ratio suadet, filium ante Senatoriam patris dignitatem ortum, adhuc Senatoris haberi filium *l. Senatoris filium in fin. ff. de Senato.* Maximè verò in pœnis emolliendis *l. moris §. pen. ff. de poe. d. l. 2. §. 1. ff. de decurio. vbi DD.* & ipsamet iura pro concordia ita distin-

25 guunt. Eademq; ratione factum crediderim, vt licet nobilitas ad ascendentes nō transeat *l. 1. ff. de Senato, vbi latè scripsimus,* filius enim est pars patris, non è contra, tamen in pœnis emolliendis æquius est, vt transeat *d. l. moris §. parentes ff. de poen. d. l. 2. §. 1. ff. de decurio.* Et ita decisum per Sac. Conc. Neap. tradit *D. Gizzarellus decis. 10.* post tradita per nos *d. lib. 1. cap. 7. num. 22. Fest. lectio.*



SVMMARIVM.

1 *Conuiciandi, & maledicendi temeritas est cohibenda.*
In iudicio probris non est certandum.

2 *Magna Curia Vicar. in criminalibus non procedit in his, quæ vertuntur in Sacro Conc. nisi prius facta relatione in ipso Sac. Conc. & venia obtenta.*

3 *Repulsare licet testes contrarios tanquam bastardos, delinquentes, viles, mendicos &c. absque delicto.*

4 *Testis conditiò diligenter examinanda, alioquin veritas periret.*

5 *Differentia debet esse inter probos, & reprobos.*

6 De-

6 *Defensionum facultas non angustanda.*
7 *Delicta nocentium nota esse, & oportere, & expedire.*
Maledicentia dici non debet, quæ veritate nititur.
8 *Iniurianti licet nobis dicere mentiris.*
9 *Protestatio in iuditijs debet præcedere, non subsequi.*
10 *Defensio semper permittitur tanquam de iure naturæ.*
11 *Princeps defensionem tollere non potest.*
12 *Defensio licita est etiam inferiori contra superiorem.*
Libertus contra patronum impunè se defendit.
13 *Defensio etiam bestijs permissa.*
14 *Epilogus.*
15 *Iustum dolorem temperare difficile est.*
16 *Decretum Sacri Regij Conc. Neapolitani.*

CONSILIVM XVI.

Pro Antonio de Isa.

ARGVMENTVM.

Nunquid litigatoribus liceat impunè repulsare contrarios testes tanquam turpes, prodigos, scurras, mendicos, & bastardos, aut aliter indignos, aperto Marte eos tales redarguendo. Et ad hoc Decisio Sac. Reg. Conc. Testium conditio diligenter examinanda. An conuicianti, & iniurianti liceat mendacium obijci per ea verba MENTIRIS, & an inferiori aduersus superiorem, & an sine protestatione, & an satis sit protestationem subsequi.

VErtente lite in Sac. Conc. inter Mariam de Rinaldo Actricem ex vna, & Antonium de Isa conuentum ex altera super nullitate testamenti Cœsaris de Rinaldo, & inualiditate transactionis inde secutæ. Factisque hincinde probationibus. Fuit per dictam Mariam petita repulsa contra testes prædicti Antonij, aduersus quos multa fuerunt obiecta; Ac demum petita per ipsum Antonium repulsa repulsæ, retortis armis in aduersarios, fuit improbata fides testiũ præfatæ Mariæ, ipsos bastardos, scurras, egenos, mendicos, delinquentes, vili, abiectaque conditione, & malis moribus homines redarguendo.

Proinde tam ipsa Maria, quàm etiã testes repulsati exposuerunt querelã in Magna Curia contra Antonium, eiusque testes de iniurijs conuicijs, & famoso libello, qui omnes querulati magno cum rigore fuerunt citati ad
1 informandum. Quoniam conuiciandi, & maledicendi temeritas est de iure cohibenda; non enim in iudicio ciuili probris est certandum *l. quisquis C. de post.*
2 Verùm querelati adito Principe Regni Vicario obtinuerunt, quod M. Curia non procedat inconsulto Sacr. Conc. iuxta antiquam consuetudinẽ, de qua per *D. de Franch. decis.* 147. *in fin.* ex quo negotium principale pendet in ipso Sac. Conc.
3 Facta proinde Relatione per Mag. Cur. in Sac. Conc. in aula Regij Consiliarij Ferdinandi Branciæ, in qualis agebatur. Dicebam pro citatis nullo pacto posse molestari, siquidem licito iure possunt iurgantes repulsare testes contrarios, proferendo contra illos delicta, ac dedecora, & obijciendo dolos, culpas, & probra ad illorum fidem improbandam, dummodo

do non calumniosè, ac præuia protestatione, quod nõ animo calumniãdi hoc agant vt in casu nostro *specul. tit. de Aduocato* §. 3. *idemque tit. accusat.* §. *primo Bal. Castr. Ang. Salyce. in l. fin. ff. quod quisq; iuris Paris de Syndicatu in ver. Iniuria officialib. c.* 2. exordiente *an si officialis. Boer. dec.* 245. *num.* 8. *Carau. super ritu* 73. cum aliter liti-
4 gantes perirent indefensi, & veritas mendaciis suffocaretur *arg. l.* 3. *ff. de testib. ibi testium fides diligenter examinanda, ideoque in persona eorum exploranda erunt conditio, vtrum quis decurio, an plebeius sit, & an honestè, & inculpatæ vita, an verò notatus, & reprehensibilis, & an locuples, vel egenus etc.*
5 facit *l. capitalium* §. *fi. ff. de poen.* alioquin non daretur differẽtia inter probos, & scelestos, quod non est ferendum, *arg. l. seruius in fi. ff. quod vi, aut*
6 *clam. l. non solum ff. noxal.* Sanè defensionum facultas non est angustanda *l. quoniam multi in fi. vbi gl. C. de hæret.* de quo latè scripsimus in *Repet. legis custodias ex eo tex. ff. de pub. iud.* & in propriis terminis, nullum penitus eo casu versari delictum, docet singularis
7 *tex. in l. eum qui ff. de iniur.* Delicta .n. nocentium nota esse, & oportere, & expedire, inquit ibi Iurisconſ. Neque vero maledicentia dici debet, quæ veritate nitatur vnde *Plaut. in Gurgul. Indignis si maledicitur, maledictam id esse duco, verum si dignis dicitur, benedictum est meo quidem animo.* consonat *notab. tex. in l.* 3. *C. de offi. rect. proui.* de quo latius diximus *Fest. lect. lib.* 1. *cap.* 1. *in fin. & lib. vlt. cap. vlt.*
8 *nu.* 130. Quid plura? semper, vbique & impunè conuicianti licet nobis dicere *mentiris*, singularis, semperque memorabilis est *tex. in l. quæ omnia* §. *primo ff. de procur.* de quo latius di-
9 ximus *Fest. lect. lib.* 1. *cap.* 3. Maximè verò vbi protestatio præcedat, vt in facto nostro, quo quidem casu nulla est iniuria, secus autem si sequatur, vt si dicatur, *mentiris saluo honore tuo.*

Dyn. quem refert, & sequitur *Bar. ex eo tex. in l. si quis extraneus ff. de acquir. hæred. idem Bar. in d. l. quæ omnia.*
10 Quinimò si delictum aliquod in hoc sit considerabile, totum est à parte querelantium, qui sine protestatione momorderunt, & prouocarunt testes ipsius conuenti, quapropter quicquid ipsi querelati egerunt, pro iusta defensione, & ad propulsandas contumelias egerunt, quod naturali iure licere inquit *tex. in l. vt vim ff. de iust. & iure l. si ex plagis* §. 1. *ff. ad l. aquil. DD. ex eo tex. in l.* 1. *C. vnde vi. Alex. conſ.* 65. 1.
11 *vol.* Ideoque nè Princeps quidẽ potest defensionem prohibere *And. in c.* 1. §. *bona quæ sint Regalia in vsib. feud.* & in propris terminis *Affl. decis.* 351.
12 *num.* 9. Quod vel etiam ad inferiores contra suos maiores, ac superiores naturali iure extenditur *l. quoniam C. de epiſ. & cler.* quem tex. ad hoc expendit, *Andr. in c.* 1. *qualiter olim feu. alien.* Hinc libertus prouocatus, & contumeliis lacessitus potest contra patronum prouocantem impunè se defendere *l. libertus à patrono vbi DD. ff. de in ius voca, optimus tex. in l.* 2. *ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. faciunt per nos*
13 *tradita in conſ.* 43. Imò porrigitur etiã ad bestias naturali iure se defendentes. *notab. est tex. in l.* 1. §. *cum arietes ff. si quadr. paup. fec. dica.*
14 Igitur si defensio naturali iuri cuiq; permittitur, si nec Princeps potest eam tollere, si vel minori contra maiorem, & inferiori contra superiorem impunè conceditur, denique si vel bestiis, lacessitis, & prouocatis licita est vltio, quanto magis honestis viris in casu nostro licebit? Iustum enim
15 dolorem temperare difficile est inquiunt Summi Cœsares *in l. si adulterium* §. *Imperatores ff. de adult.*
16 Olfacta per Sac. Concilium rei vẽritate, ipsosque querelatos iusta ex causa, & citra calumniam se defensasse, omnia acta per Magnam Curiam fuerunt retractata, & annullata, & vlterius

terius non fuit processum. Penes Raimum.



SVMMARIVM.

1 *Regia Pragmatica, qua cauetur, vt non liceat soluere de pecunia Zannetta procurata, & ab alijs mutuo accepta.*
2 *Emptio præsumitur facta de pecunia paulo ante mutuo accepta.*
3 *Præsumitur quis negotiari de propria, non de aliena pecunia.*
4 *Etiam si aliena negotia administret, ex qua administratione magnam pecuniarum quantitatem percipiat.*
Si tamen administrans habeat de proprio, & nu. 10.
5 *Multa inter homines, & contrahentes proponuntur, & tractantur, quę tamen non perficiuntur.*
6 *Aliud est dicere, aliud facere.*
7 *Verba cum effectu sunt intelligenda.*
8 *Probatio debet esse de necessario, non de contingenti.*
9 *Confessio extraiudicialis parte absente nihil facit.*
Limita vbi res pendeat à voluntate vnius tantum quo casu alterius partis præsentia non requiritur.
10 *Emens si sit pauper, & impotens præsumitur emisse de aliena pecunia, secus in diuite, & habili.*
11 *In statutis stricta fit interpretatio.*
12 *Decretum Sac. Reg. Conc. Neap.*
13 *Moneta Zannetta quę nam sit.*
14 *Debitori an liceat soluere ante tempus.*
15 *Instante abrogatione pecuniæ an liceat.*
Tempore belli factum dicitur, quod instante bello fit.
Mortuus dicitur qui est in extremis.
Esse quem in extremis quomodo intelligatur.
Abrogata pecunia dicitur, quę de proximo venit abroganda.
16 *Res præsenti pecunia carius, solutione post tempus facienda vilius veneunt.*
17 *Pro modica pecunia, magna argenti massa comparatur.*
18 *In pecunia non tam forma, quàm iusta metalli materia concurrunt.*
19 *Rerum humanarum vicissitudo, & miseria.*

CONS. XVII.

Pro Horatio Carbono.

ARGVMENTVM.

De Regia Pragmatica, qua cauetur; vt soluentes debitum de pecunia Zannetta aliena, vtpote ab alijs procurata non liberentur. Hinc examinatur quæstio num emptio in dubio præsumatur facta de propria ementis pecunia, vel de pecunia ementi paulo ante mutuata. Probatio de contingenti an sufficiat. Confessio extraiudicialis absente parte an, & quando probet, & ad hæc Decretũ Sac. Reg, Conc. Tandem Zannettę pecuniæ de anno 1622. prodigia recensentur, nimirũ debitores ante tempus properasse debitum soluere, renuentibus creditoribus. Promercalia præsenti pecunia carius, solutione ad longum tempus facienda vilius venijsse. Pro modica pecunia, puta vnius librę, magnam argenti massam triũ librarum, & vltra impunè cõparatam. Examinata in primis

quæ.

quæstione, an instantę pecuniæ abrogatione, pro abrogata sit habenda.

1 VIgente statuto in ann. 1612. quod omnia deposita facta de pecunia zannetta (ea est pecunia tósa, ac diminuta) pcurata, vtpote de pecunia aliena ab alijs mutuo accepta, & creditoribus soluta, sint nulla, & debitores non liberentur.

Accidit, vt Horatius Carbonus pro reemenda certa pecuniarum quãtitate debita Horatio Bonello, eam obtulit creditori de præfata pecunia zannetta, quã cum creditor renuisset, debitor deposuit penes loci ærariũ.

Aduersus quod creditor protestatus, quod depositũ stet periculo debitoris, & quod interim currant vsuræ, opposuit pecuniam fuisse procuratam, & ab alijs mutuo acceptam, & per consequens, quod solutio sit nulla vigore statuti.

In termino creditor probauit, q̃ debitor procurauit à diuersis diuersas pecuniarum quantitates mutuo, fatẽdo, quod eas intendebat soluere creditoribus, & in specie ipsi Bonello; Inde vero ad paucos dies successit oblatio, & depositum debiti, Ex quo quidem mutuo, & solutione inde secuta, prætẽdit creditor fundasse intentio-
2 nem, siquidem emptio præsumitur de iure facta de pecunia mutuata, *per tex. in l. fin. C. de pigno, & in specie dicit Bar. in l. Imper. §. cum autem num. 3. ff. de leg. 2.* quod emens censetur emisse de ea pecunia, quæ ad eum tunc peruenit, *idemque Bar.* in proprijs terminis *in l. si ventri §. fin. ff. de priuil. credit.* facit *glos. in l. creditor § si inter ver. negetur ff. mãda.* quã ad hoc expẽdit *D. Io. And. Georg. alleg. 41. num. 5.* & ita in simili fuisse iudicatum testatur *Surd. dec. 15.*

Contra verò pro debitore dicebam, non per hoc esse probatum, quod pecunia mutuo accepta sit versa in hanc causam, nec quicquam facit, quod debitor acceperit mutuo pecuniam, Tum quia opus est fundare eam pecuniam mutuatam in indiuiduo esse versam in eius debiti ex-
3 tinctionem, pro vt dictant verba statuti, tum etiam quia de iure præsumitur quis negotiari de propria, non de aliena pecunia *l. 2. vbi Bar. & alij C. pro soc. idem Bar. in l. si patruus num. 4. C. comm. vtriusque iudic. Bal. in l. penul. C. si quis alteri uel sibi, Alex. con. 78.*
4 *lib. 2. Aym. con. 129. Rom. con. 349.* Eatenus, vt vel etiam si quis alienas res administraret, ex quibus magnam pecuniarum quantitatem consequeretur, adhuc præsumitur de propria pecunia negotiari, *ex traditis per Dec. cons. 6* maxime vero in casu nostro, vbi debitor est talis, qui in propria virtute, nimirum de propria pecunia, & substantia benè poterat debitum soluere, nullo mẽdicato auxilio. *Io. And. in cap. 3. de pecul. cleric. Rom. cons. 3. in fin. & cons. 274. & cons. 346. num. 16. Alex. consil. 134. in fin. lib. primo Dec. cons. 21. num. 10. & cons. 348.*
5 Dicebam etiam multa inter homines dici, proponi, ac tractari, quæ tamen non perficiuntur, nec executioni demandantur, verba sunt *Baldi ex eo tex. in l. si voluntate C. de rescind. vend. & in l. cum allegas col. 3. C. de usur. & dicit Salyc. in d. l. si uoluntate*, quod multa verba solent ante contractum interuenire, quæ non sunt in consideratione, & idem voluit. *Castr. in l. contra-*
6 *ctus C. de fide instr.* Ideoque *Bald. in cons. 18. 2. uol.* tradit quod aliud sit dixisse, aliud fecisse, & contraxisse *tex. est in l. sciendũ §. dictũ l. si tamẽ §. ei qui seruũ ff. de ædil. ædict. Affl. in proprijs terminis in deci. 375. n. 5. & 6.* vbi testatur in simili facti cõtingẽtia nullã de præãbulis verbis fuisse habitam rationem; Quare cum in facto nostro non constet pecuniam mutuo acceptam esse cum effectu, & re ipsa versam in caus-

H sam,

sam, de qua agitur, creditor frustra
7 agit, verba enim cum effectu sunt intelligenda *l. si quis per alium* §. *docere ff. ne quis eum qui in ius, est tex. in l. nomen filiarum in fin. ff. de uer. sign. arg. l. fin. C. de don. l. un. C. de dedi. liber. toll. c. cum dilecti ubi gl. de appella. Bal. in Rub. C. de iure emphy.* quem ad hoc allegat *Det. in c. ad audientiam de appella.* cũ cæteris, quæ *ad cap.* 10. *lib.* 1. *Fest. Lectio. congessimus.*

8 Accedat quod probatio debet esse de necessario, non de contingenti *tex. est ad literam in d. §. docere*, vnde consequentia, quæ ducitur ex incerto, & fallibili, non benè concludit, vti ea, quæ non est de necessario *Bal. & Salyc. post glos. in l. neque natales ex eo tex. C. de probat.* ideoque cum probatio in casu nostro, necessariò non concludat, probantem non releuat.

9 Eoque magis cum ea confessio debitoris sit exrraiudicialis absente parte, quæ de iure nihil facit *gl. in l. si. ff. de inter. act.* Bal. *& Salyc. in l. in bonæ fidei C. de iur. iura. Abb. post glos. in c. cũ cautio de fide instr. Affl. in præcitata decis.* 375. *num.* 3. Nec quicquam refert quod in casu nostro res videatur pendere à voluntate vnius tantum, nempè debitoris, quo quidem casu nulla requiritur partis præsentia, sed sola confessio de iure nocet, *glos. in l. Pomponius la* 1. *ff. de de neg. gest.* Bal. *in l. generaliter q.* 11. *C. de non num. pec.* Bar. *in l. certum* §. *si quis absente ff. de confess. & latius per Soc. in Regu.* 63. Id enim est sanè intelligendum vbi debiror fateretur soluisse debitum de pecunia aliena, secus verò vbi dicat velle soluere, aliud est enim dicere, & aliud facere *d. §. dictum*, cum ceteris superius allegatis, Vnde si nudum propositum soluendi debitum de pecunia aliena, vel etiam coram creditore prolatum, non nocet, vbi non constet de effectu secuto, quanto minus creditore absente, *arg. l. si repetendi C. de cond. ob caus. cum ibi notatis.*

10 Neque obstat in contrarium allegata, siquidem procedunt vbi emens sit persona indiga, quæ aliunde non habeat, eo enim casu præsumitur negotiasse de pecunia anrea mutuata, vt benè declarant DD. præcipuè verò *Io. And. in d. cap.* 3. *de pecul. Cler. & Roman. in l. Ciuitas ff. si cert. pet. per tex. in l. fin. ff. de exercit. act.* At secus in casu nostro, vbi debitor potuit aliũde ex propria substantia debitum soluere.

11 Maximè verò hæc omnia militant ad fauorem debitoris soluentis, cum simus in materia statutaria, in qua propria, & stricta sit interpretatio *tex. est in l.* 1. §. 1. *ff. quodquisq; iur. l.* 3. §. *hæc verba vbi* Bar. *& DD. ff. de neg. ge. & in l. si vero §. de viro ff. sol. matr. DD. in Auth. quas actionos C. de sacros. eccl. Capyc. dec.* 21. *nu.* 5. Vnde cum statutum loquatur de soluente, deque aliena pecunia cum effectu in eam causam versa, non possumus illud trahere ad argumentum volentis, seu cogitantis soluere, siquidem eo casu, nec ex idẽtitate, neque ex maioritate rationis est licita extensio *DD. vbi sup. gl. in cl.* 2. *ver. in eisdem, de æt. & qual.* Contraria verò posent forte militare in alia materia non statutaria.

12 Ex his per Mag. Cur. fuit decisum ad beneficium debitoris, fuitq; condemnatus creditor ad faciendam debitam retrouenditionem, & quietationem, stante deposito facto. Quod fuit cõfirmatum per Sac. Reg. Conc. Penes Imperatum, nunc Salesium.

At quoniam de moneta Zannetta tractari contigit, operæpretium esse duxi eiusdem prodigia recensere.

13 Ea est parua moneta argentea tonsa, ac diminuta, erat autem hemidrachma, vel quincussis, seu triobolus, vulgo cinque grana, seu mezzo carlino, vsque adeo à Zannettarijs detonsa (ii sunt criminosi homines pecuniam tondentes, seu diminutam fabricantes) vt centum aurei ex ea moneta

vix

vix ad triginta iusti ponderis perueniebant, cōtta tex. *in l.1.& 2.C.de ponderato & auri illa. lib.* 10. Ex quaquidem tonsione Resp. maximè lędebatur. Quare eius monetę abolitio, & abrogatio propediem à Principe expectabatur, ideoque vilescebat in dies istiusmodi moneta, & à contra-
14 hentibus recusabatur. Hinc debitores (mirabile dictu) properabant ante diem debitum soluere, creditoribus Zannettas recusantibus, & opponentibus tempus solutionis gratia vtriusque partis, nimirum debitorum & creditorum posse esse appositum, ideoque non licere ante tempus sol-
15 uere *l eum, qui ff.de ann.lega.* Eoque magis, quod instante abrogatione pecuniæ, pro abrogata de iure habenda est, quemadmodum tempore belli factum intelligitur, quod paulò ante bellum fit, ex his, quæ notant *Socc. & Ias.in l.diuortio ff.sol.matr. post Bal. in l.1.C.de bo.libe.eundemq; in c.1. de pace tene.* faciūt dicta per *Hipp. Marsil.singu.* 43. vbi ampliat dispositionem contra debitorem fugitiuum, & Apostatam, vel etiam contra suspectum de proxima fuga, siue apostasia, facit *gl.in l. pignoris causa C. de pigno. act.* cum cęteris abundè per *Tiraq.* congestis *de Retr.conue. §.1. gl.5. n.6.* Hinc Mortuum de iure dicimus, vel etiam moribundum, & in extremis constitutum *arg. l.sed si maritus in fi. ff. qui, & à quib. Anchar.cons.* 438. & nouissime *D.Prǽses Fabius Capy.Galeota in suo luculentissimo cons. Pro Duce Grauinæ num.*178. Ideoque acquisita per filium non quæruntur patri existenti in extremis *gl.in l.fi.ver. filio ff. de cond.inst.cōsocia in l.fi.§.fi.in fi.C.de bo.quæ libe.* cum cęteris cumulatis per *Hippol.in l.fi.ff.de iurisd. omn. indi.nu.* 56.*cum seq.faciunt dicta per D.Gizzarell.deci.9.* Esse autem quem in extremis dicimus, quoties ex ea infirmitate decessit, *tex.est peregr. in l. alumnæ §.fi.ff.de adim.lega.* Quemadmodū abrogata pecunia censenda est, quoties periculum abrogationis cum effectu succedit, vt in casu nostro, Et in terminis quod, qui scit pecuniā de proximo abrogandam, soluendo non liberetur dicit *Matth. Brun. de cess. bono.q.* 30. *Ias.in §.fi.vers.vndecimo limita inst.de actio.Hippol.in Rub.de fideius. nu.* 88. *Anna singu.*348.

16 Item promercalia præsenti pecunia carius, solutione vero ad tempus facienda vilius distrahebantur, frumentum enim præsenti Zannetta pecunia sex aureis, solutione autem in futurum facienda, vix sesquiaureo æstimabatur contra naturalem rationem, & communem praxim *l.eum,qui §.melior autem conditio ff. de in diem adiect. Tiraq. de Retr. conue. in præfa. nu.*21.

17 Deniq; Zannettatij vrgebāt, cogebātq; aurifabros ad sibi uendenda vasa argentea, puta peluim, vrceūq; pōdere sex librarum pro ea moneta, quæ vix ad duas ascēdebat, *contra tex. in d.l.1.& 2.C.de ponderato. lib.* 10. ex quibus vasis maximam Zannettarum quantitatem excudebant, iisque noua vasa comparabant, remque in cen-
18 tuplum multiplicabant: cum tamen in pecunia, non tàm forma, quàm iusta metalli materia concurrant *l.Paulus 1. ff. de solu. vbi DD. l. creditor vbi Castr. ff. eod. iuncto tex. in l. qui hęredi in fi. ff.de cōdi. inde.l.1.2.3. C. de vete. numi.pote lib 11.Affl.dec.90.post num. 4.vbi allegat Inno. in c. quanto de iure iur.Tiraq.de Retr.§.1.gl.20.num.11.&* latius diximus *Fest. lect. lib. 1. cap.* 12.

19 Quis igitur rerum humanarum vicissitudinem, ac miseriam non admiretur, & perhorrescat? *arg.nota, semperq; memorab.tex.in l. vlt.in princ.C. de præscr. trigi. l. inter antiquam C de vsufr.§.vt autem lex Auth.de nō alien. reb.eccl.*

SVMMARIVM.

1 *Talis quis præsumitur, qualis denominatur. Et è contra.*
Talis non præsumitur, si talis non denominatur,
Quod caret nomine, caret effectu.
Tacita denominatio, puta vestis facit præsumptionem.
Talis quis præsumitur, qualis in fronte apparet.
2 *Scriptura an de necessitate requiratur in professione Monacorum.*
3 *Et quid in professione Monialium.*
4 *Alienari non possunt res Ecclesiæ absque solennitatibus Paulianæ.*
5 *Quod est sanè intelligendum in acquisitis, & incorporatis.*
6 *Secus autem in bonis nondum incorporatis, in quibus sufficit consensus solius Abbatis, seu Abbatissæ.*
Quemadmodum in prescriptione contra Ecclesiam Romanam, & contra Fiscum in his, quæ non sunt acquisita, & incorporata.
Et quid in transactione rei penes Ecclesiam remanentis.
7 *Decretum Sac. Reg. Concilij Neap.*
8 *Pater vti legitimus administrator an possit alienare bona filij minoris absque Decreto.*

CONSILIVM XVIII.

Pro Stephano Curtio.

ARGVMENTVM.

An existens inter Moniales præsumatur Monialis, & quid si talis non sit denominata. Et an professio Monialium ritè probetur per testes. An solennitates Paulianæ requirantur in rebus Monasterio nondum acquisitis, & incorporatis. Et ad hoc Decisio Sac. Reg. Concilij Neapolitani.

PORtia Ferro existens in Monasterio Diuæ Mariæ Magdalenæ huius Ciuitatis Neap. cum consensu, & in præsentia R. Abbatissæ donauit donationis titulo irreuocabiliter inter vi-
1 uos filiabus Stephani Curtij eius neptibus quoddam prædium, ac nõnullas pecuniarum quantitates consequendas à diuersis debitoribus.

Agenti autem prædicto Stephano vti patri, & legitimo administratori pro consequutione donatorum, opponit Monasterium nullitatem donationis, sub prætextu quod prædicta Portia donatrix esset monialis professa, & per consequens quod nõ potuisset donare, obstãte Pauliana, hoc est *extrauag. Ambitiosæ* Pauli 2. Pont.

Proinde de duobus contingit dubitari. Primo an prædicta Portia donatrix fuerit re vera professa, secundo an dato quod esset talis, donatio de iure sustineatur.

1 Quoad primum Donatrix non est monialis professa, quoniam in donatione non denominatur talis, & per consequens non præsumitur talis. Quod enim caret nomine, caret etiam effectu *l. à nullo C. de fer. in fin. arg. l. decernimus in fin. vbi glos. in ver. nomen C. de ep. & cler. l. 1. in fin. C. de off. pręf. vrb. l. defensores 2. C. de defe. Ciuit. l. 4. §. toties vbi Castr. ff. de da. infe.* & latius dixi *in Repet. l. Stigmata ex eo tex. C. de Fabr. lib. x.* & in proprijs terminis *Ann. alleg. 139. nu. 20.* Quoniam si muta, seu tacita denominatio, vtpote vestis facit præsumptionem, vt talis quis præsumatur in quali habitu reperitur *l. item apud Labeonẽ §. si quis virgines ff. de iniur. gl. in l. 1. C. vt nulli lice. in frę. lib. 11. Luc. in l. 2. C. de uest. olob. eo. lib. Bal. in c. causa de prob. Io. Franc. de Ponte cons. 3. lib. 1.* Talis enim quis præsumitur, qualis in sui facie

facie apparet *Bal. in c. 1. in princ. de feudo da. in vi. le. com.* & dicitur probatio probata idem *Bal. in l. quoties C. de iudi.* cum cæteris allatis per *D. de Franch. decis. 279. num. 1.* Quanto magis in expressa denominatione, vt quis talis præsumatur, qualis appellatur, vel non appellatur, vt supra. Ma-
2 ximè verò, quia non constat de professione per scripturam, quæ quidem est necessaria, ac de essentia *c. omnes feminę 27. q. 1. glos. sing. in c. 1. §. postquam ver. in scriptis casu 6. de cens. lib. 6.* Proinde nihil faciunt testes moniales deponentes de asserta professio-
3 ne. Neque vero obstat decis. nostri Sac. Concilij apud *D de Franch. 384.* vbi ad probandam professionem admittuntur Religiosi eiusdem Monasterij, etiam sine scriptura, siquidē illud procedit in pfessione monachorum, non autem monialium, vt ipsemet Auctor ibidem fatetur, *ex tex. in d. c. om. nes foeminæ cum cęteris superius allegatis*, & nouissimè eruditus Iurisconsl. *Andr. Sanctamaria in Aequilib vtr. sexus lib. 1. Art. 20.*
4 Quoad secundum dato, quod prædicta donatrix fuisset professa, adhuc donatio de iure valet absque alia solennitate; Quod enim dicimus in alienatione rerum Ecclesiæ requiri
5 solennitates Paulianæ; militat in acquisitis, & incorporatis Monasterio, at secus in acquirendis, & nondum incorporatis, in quibus solius Abbatis, seu Prioris, siuè solius Abbatisſæ
6 consensus sufficit, & præiudicat Monasterio, *glos. fin. in c. fin. 16. qu. 1. Rol. cons. 15. nu. 23. Cagn. in l. fin. nu. 208. C. de pact. Aym. cons. 152. num. 7. Cur. iun. cons. 145. num. 22. Paris. cons. 3. nu. 24. 4. vol. Intriglio. Siculus decis. 45. nu. 5. cum seq. Rota Rom. decis. 67. par. 3. lib. 2. in nouis. arg. l. præses C. de transa.* & ita quoque decisum in Senatu Catal. testatur *Peguer.* in fortiori casu *decis. 143.* Quemadmodum solus Prælatus potest transigere de rebus Ecclesiæ, quoties remanent res penes ipsam Eaclesiam, secus si penes aduersarium, *Ias. post Bar. in l. nulli ff de transf. & latius Peguer. loco citato*, Item quod dicimus contra Ecclesiam Romanam, & contra Fiscum non nisi centum annorū spatio præscribi, procedit in acquisitis, at secus in his, quæ non sunt acquisita, & incorporata, per ea, quæ tradit *Affl. in Const. Regni Quadragenalē de prescri. post And. in l. Imperialem §. præterea ducatus de probi feudi. alien. per Fede.*
7 Quibus perpensis decreuit Sacr. Concilium donationem esse validā. Apud acta Figliolæ, Et proinde Stephanus pater, & legitimus administrator exegit quantitates donatas,
8 Prædium verò alienauit, quod benè potuit ex causa vti legitimus administrator, vel etiam sine decretò *Bal. & Alex. in l. Pręses C. de transact. Azo. in summa C. de bon. quę liber. Dec. cons. 209. Affl. dec. 393. Philipp. Paschal. de virib. patr pote. lib. 1. cap. 2. Petr. Gars. Dicto Mirabili 38. & nouissime Io. Bapt. Hodierna in Add. ad Surd. decis. 179. num. 8.* qui ad hoc adducit Decretum S. C.



SVMMARIVM.

1 *Ad legatum factum fauore familię sunt primo admittendi vocati, & ab eis descendentes, quibus deficientibus proximiores.*
2 *Legatum factum familię intelligitur gradatim, attento ordine succedendi.*
3 *Consanguinitas est probanda specificè per certos, & singulos gradus.*
4 *Eadem aliquando probatur in genere per argumenta, & pręsumptiones.*
5 *Prout in materia nobilitatis, & admissionis ad Ordinem.*
6 *Item vbi vocantur consanguinei in genere.*

7 *Secus vbi vocantur in specie.*
8 *Decretum Sacri Reg. Conc. Neap.*

CONS. XIX.

Pro Dominico Castaldo,

ARGVMENTVM.

An ad legatum factum fauore familię sint primo admittendi vocati à testatore, & ab eis descendentes, iisque deficientibus proximiores, seruato iuris ordine. Nunquid consanguinitas sit probanda specificè per singulos gradus, an vero sufficiat eam probari in genere per argumenta, & pręsumptiones; Et ad hoc Auctoris distinctio, & decisiones Mag. Cur. & Sac. Reg. Conc.

D. Sabbatinus Castaldus institutis sibi hęredibus nepotibus ex fratribus vtrinq; coniunctis, erexit Montem pro Maritagio puellarum de sua parentela, & consanguinitate. Et in specie mandat quod prædictus Mons regatur, & administretur per duos Magistros de sua parentela, & consanguinitate. Accidit, quod in prædictum Montem, eiusque administrationem se ingessit quidam Notarius Seluagius Castaldus, tanquam de familia, & consanguinitate testatoris.

Aduersus quem comparuit in Magna Curia Dominicus Castaldus ex descendentibus à nepotibus hæredibus prædicti testatoris, petens remoueri præfatum Not. Seluagium à regimine, & administratione Montis, tanquam extraneum, & non de consanguinitate testatoris.

1 Pro Dominico Actore dicebam, quod ad legatum Maritagij, & regimen Montis sunt primo admittendi nepotes hæredes instituti, & ab eis descendentes, tanquam specialiter vocati, iisq; deficientibus proximiores *tex. est famigeratus in l. cum ita §. in fideicommisso vbi latè DD. ff. de leg. 2. per Det. in cons. primo cum cęteris eo congestis.* Quemadmodum legatum factum familiæ intelligitur gradatim relictum, secundum ordinem succedendi, vt qui primo vocatur ab intestato, is prius, uocetur ad tale legatum, verba sunt *Det. d. cons. 1. num. 1. ad quod allegat tex. in l. fi. in ver. gradatim C. de verb. signifi. facit tex. in l. peto §. fratre ff. de leg.* 2. cum cęteris per nos traditis *in cons. 38. num. 33.*

Nec quicquā facit quod Notarius Seluagius probauerit esse de parentela in genere, siquidem hoc non sufficit. Primo quia incipiendum est à proximioribus, & nominatis per testatorem iuxta textum expressum *in d. §. in fideicom. & d. l. fi. ver. gradatim.* Secundo quia consanguinitas de iure est probanda specificè, & per certos, & singulos gradus, *tex. est vbi latè DD. in c. licet ex quadam* ibi *per singulos gradus de testi. Inno. communiter receptus in c. series eo. tit. Alex. cons. 81. vol. 1. Det. cons. 531 num. 4. Tiraq. de Retr. ligna. §. primo gl. 16. in princip. Rubi. Germanus decis. 8.*

Neque obstabit, quod alias *in cons. 2 pro Comite Praduerię, & in cons. 14. pro Principe Monasteracij*, & alibi
4 scripsimus. Nimirum familiæ identitatem, & consanguinitatē probari per identitatē cognominis, patriæ, & insignium, ac per famam, vocem, vel communem, seu generalem existimationem, siue per testes de auditu, imo per
5 simplices enunciatiuas, siquidem illud militat in materia nobilitatis, siue admissionis ad Ordinem, vel Sedile, in quo latior fit interpretatio, vt iam diximus locis citatis, ad quos lecto-

tem

rem remittimus, faciunt per nos latissimè tradita *in conf.* 15. *num.* 18. *cum sequ.* Pro Principe Roccæ Romanæ, siue vbi agitur de consanguinitate in genere probanda, puta in gratia, seu beneficio Principis admittentis ad dignitatem, seu beneficium consanguineos de illa domo in genere, prout ita fuisse decisum per Reg. Collat. Conc. restatur *Anna in Causa Comitis Sanctæ Seuerinæ cum Marchione Sancti Lucidi in suo singulari* 102. ad quod allegat Calcan. *conf.* 8. *&* 9. Eo enim casu satis est probare consanguinitatem in genere.

7 At secus in casu nostro, in quo probanda est consanguinitas in spetie, seruata voluntate testatoris vocantis expressim nepotes; Quibus deficientibus descendentes, ac proximiores per certos, ac singulos gradus sunt de iure admittendi, præallegatis iuribus.

8 Ex quibus per M. C ad relationem Magnifici Franc. Ant. Muscettulæ viri Patritij nunc Regij Consiliarij fuit decretum quod pro executione voluntatis testatoris, prædictus Not. Seluagius conuentus, ab administratione Montis desistat. Quod fuit confirmatum per Sac. Concilium, Penes Act. Vultural.



SVMMARIVM.

1 *Actus possessiuus actiuus non sufficit pro admissione ad honores Sedilis, puta, quia reperiatur quis simpliciter numeratus inter nobiles ad aliquid agendum, sed est necessarius actus passiuus, per quem sit quis creatus officialis seu minister, puta Syndicus, Electus &c.*
Probatio debet esse de necessario non de contingenti

2 *In dubio pro admissione ad ordinem est præsumendum, & pronunciandum.*

3 *Actus possessiuus actiuus, licet ex se non sufficiat, tamen adminiculatus aliis adminiculis, et coiecturis suff. cit.*

4 *Nobilibus est proprium gaudere nobilitatis prerogatiua in proprio loco.*

5 *Et ita presumendum, etiam iuribus aduersantibus.*

6 *Domus antiqua in Regione Sedilis tribuit ius gaudendi in ipso Sedile, & num.* 9.

7 *Honores nobiliū si fuerint diuisi in Ciuitate in pluribus Quarterijs, seu Regionibus, quilibet nobilis debet eis gaudere in Regione sua, in qua habitat.*

8 *Antiqua consuetudo* Ciuitatis Neap.

9 *Antiquæ domus in quarterio, seu regione probant.*

10 *Qualitas propria nobilium, puta immunitas, arguit quem nobilem.*

11 *Ordo scripturę est attendendus.*

12 *Frater gaudens facit præsumptionem pro alijs fratribus.*
Quod sanè intelligas in familijs antiquis, & originarijs, secus in nouis.

13 *Nobilitas Familiæ de Transo.*
Fama, & immemorabilis traditio quomodo probetur.

14 *Transuersales ad hoc vt gaudeant honoribus aliorum transuersalium opus est, vt sint eiusdem qualitatis, & nobilitatis.*

15 *Potest quis habere duas Patrias.*

16 *Potest quis esse incola duorum locorum.*

17 *Potest quis gaudere nobilitatis prærogatiua in pluribus locis.*
Cui duo iura competunt, alterum exercendo, imo repudiando, in altero non sibi preiudicat.
Assumptio minoris muneris maiori nō derogat, & è contra.

18 *Familię multę sunt, quę gaudent Neapoli, & in alijs Regni partibus.*

19 *Vox & opinio benè probant nobilitatem, maxime in antiquis.*
Testes deponentes de fama eiusque requisitis an iungantur.

20 *Præsumptio transfert onus probandi contrarium in partem aduersam.*

21 *Aduocati debent breuiter reassumere prænarrata.* Epi-

22 *Epilogus*.
23 *Nobilitas Neapolitana distincta à popularibus.*
Ex presenti presumitur in preteritum.
24 *Qui se fundat in aliqua scriptura, tenetur illam producere.*
25 *Qui se fundat in causa ob quam à regula receditur, debet illam liquidò probare.*
26 *Nobilitas Neapolitana vnica est, licet diuisa in pluribus quarterijs.*
Nemo idoneus testis in causa propria.

CONS. XX.

Pro Ioanne Francisco de Transo.

ARGVMENTVM.

Actus possessiuus Actiuus gaudendi Sedilis honoribus quonam iure à Passiuo differat, & an sufficiat. Et quid si fuerit adminiculatus alijs adminiculis. Nobilium est gaudere nobilitatis prærogatiua in patria, atque ita in dubio præsumendum. Antiquæ Domus tribuũt ius gaudendi in eo Sedile, in cuius regione sũt positæ. Qualitas propria nobilium, puta immunitas benè arguit quem esse nobilem. Frater gaudens nobilitatis prærogatiua inducit præsumptionem fauore alterius fratris, quod sanè intelligendum de familijs originarijs, quæ illibatam nobilitatem seruauerint. Nunquid possit quis duplicem habere patriam, & æquè principaliter esse ciuis, & incola duarum vrbium, atque ideo vtrobique gaudere. Vox, & opinio quanti faciant in materia nobilitatis. Et quid in antiquis. Iuris præsumptio transfert onus probandi contrarium in partem aduersam. Neapolitana nobilitas vnica est, licet distincta in quinque Sedilibus, non secus ac vnum idemque corpus in pluribus membris, eademque penitus separata à popularibus. Qui se fundat in caussa, debet illã probare, maximè vero vbi caussa fuerit exorbitans à communi iure, & praxi. Hinc patent origo, & antiqua nobilitas familiæ de Transo, eiusque iura in Montana sessione.

IO. Franciscus de Transo petijt reintegrari ad honores Sedilis Montaneæ ex persona Thomæ de Transo, qui sub Rege Catholico reperitur numeratus inter Nobiles, & feudatarios prædicti Sedilis

1 Aduersus quod tria possunt opponi. Primo quod talis actus possessiuus in personam prædicti Thomæ de Transo fit actiuus, qui de iure non sufficit, ex his, quæ tradit *Io. Vinc. de Ann. in suo sing.* 358. Actiuus autem dicitur quoties quis repetitur simpliciter numeratus inter nobiles, Passiuus vero, quoties est electus inter Ministros, Officiales, & Magistratus.

Secundo quod in ea nota, in qua mentionatur prædictus Thomas, reperiuntur etiã mẽtionati alij, qui quidẽ non sunt de prædicto Sedile Montaneæ.

nex. Et per consequens probatio non est de necessario, sed de contingenti, quæ non releuat *Bal. & Saly. post gl. in l. neque na ales ex eo tex. C. de prob. & latius diximus cons. 17. nu. 8.*

Tertio quod ipse Io. Franciscus nō sit de descendentibus, sed de transuersalibus prædicti Thomæ *arg. eorum*, quæ tradit *Tiraq. de Nobil. cap. 17. in princ. post Afflict. in Const. intentionis.*

2 Ad primum Respondetur, quod nō constat, num actus prædictus sit actiuus, vel passiuus, & in dubio præsumēdus est potius passiuus, ex regula, quod in dubio præsumitur pro admissione ad Sedile *arg. l. generaliter §. 1. ff. de decurio Bal. cons. 183. lib. 2. Ias. in l. huiusmodi §. legatum ff. de leg. 1. idēq; cons. 120. vol. 4. Alciat. Resp 91. & 725. Meno. cons. 96. num. 27. vol. 1. idemque cons. 227. vsque ad num. 7. vol. 3 Vinc. de Franch. dec 2. num. 28. in fin. et decis. 207. num. 8.* quos refert, & sequitur *Anna sing. 627. Cagno. in l. quoties nihil ff. de regu. iur* Quibus addo *Feder. Viual. in suo singulari Respōso pro Camillo*

3 *Villano num. 27.* Item Respondetur, quod talis actus, etiam actiuus adminiculatus alijs adminiculis, & coniecturis benè probat, & sufficit pro admissione, & reintegratione ad Sedile, prout subdit *idem Anna in dicto suo singul. 358.* per hæc verba, *sed cum alia coniectura sufficit.* Vndè si vnica tantum coniectura sufficit, quanto magis in casu nostro, in quo multæ concurrunt coniecturæ, ac iuris præsumptiones, præcipuè quia prædictus Thomas est pronepos Bonhomuli de Transo plurium Castellorum Domini, qui ducentis ab hinc annis appellatur Dominus Bonhomulus de Transo de Suessa, miles nunc Neapolitanus, per quæ verba innuitur prædictum Dominum Bonhomulum fuisse receptum inter Nobiles, & patricios Neapolitanos, & per consequens, quod fuerit gauisus prærogatiua

4 tiua dicti Sedilis. Est enim proprium nobilibus, & in primis debitū gaudere in Ciuitate Nobilitatis prærogatiua, atq; ita in dubio præsumēdū est. *si qua verò auth. de defens. Ciuit. l. filios C. de municip. & origi lib. 10. Bal. in l. si non spetiali 2. col. C. de testam. Aret. cons. 77.*

5 Quod eatenus verum est, vt de iure ciuis, & Patricius nunquam intelligatur fraudatus honoribus in propria patria, etiam legibus quantumuis generaliter aduersantibus, *tex. est notab. in cap. fundamenta vers. hac irrefragabili iuncto §. fin. qui incipit, vt autem Ciues, de electio lib. 6.*

6 Item hoc ipsum præsumitur, & fundatur ex Domibus, quas prædictus Bonhomulus Stipes habuit in Sedile, eiusq; regione, succedit iuris regula, quod

7 quoties honores sunt diuisi in Ciuitate in pluribus Quartetijs, prout est videre in Sedilibus huius Ciuitatis Neap. quilibet nobilis debet gaudere prerogatiua suæ nobilitatis in quarterio, in quo habitat *Bar. in l. 1. col. 2. ff. ad municip.* & ita in dubio tenendū, & præsumendum, cum alioquin nobilis diceretur grauatus *arg. l. in Ecclesijs C. de Epi. & Cleri. l. eius, qui la 2. §. 1. ff. ad municip. c. nullus 61 d. c. hortamur 71 d. c. vlt. de parochijs Ias. in l. fin. nu. 11. C. de iur. emph. Anchar. cons. 171. nu. 6.*

8 Quod comprobatur ex antiqua consuetudine Ciuitatis Neap. iuris consona, vt nobiles, imò nobiliter viuentes, ac cæteri etiam aduentitij habitantes in quarterio Sedilis essent de Sedili. Quapropter eo ipso, quo per actorem probatur eius stipitem nulli vnquam patritio maiorum splendore, ac dignitate, Vasallorum dominio, & illustribus parentelis inferiorem, habuisse proprias domos, & incolatum in Sedile, eiusque regione, est etiam ex necessaria consequentia probatum Sedilis honoribus fuisse gauisum. Audiamus verba Regis Caroli. *In præmissis mandamus, vt cum militibus plateæ, in qua habitat communicet, & con-*

contribuat, iuxta huiusmodi antiquam
9 *consuetudinem Ciuitatis Neap.* Quid plura? antiquæ domus in Regione Sedilis tribuunr ius gaudendi, & ita sæpius iudicatum testatur *D. Reg. Rouit.in suo conf.83, num.6. ad quod allegat tex.in l.quæ conditio §.fi.ff. de cond. & dem.& Cy.in l.1. num. 12. C. de Sa-*
10 *crof.Eccl.*Item præsumitur Thomas de Transo gauisus Sedilis honotibus, ex franchitiis,& immunitate à functionibus fiscalibus in Ciuitate Suessæ, qua Nobiles de Transo gaudebant, prout gaudet, quæ quidem Franchitia non in alio videtur magis fundati,quàm in patritiatu,& possessione Sedilis p ea quæ tradunt *DD.ex eo tex.in c. dilecto de præb.arg.eorum quæ tradit gloss.sing. & ibi DD. qui eam communi voto sectantur in l.quamuis in fine C.de fideico.*

Quoad secundum licèt in ea nota nobilium,& feudarariorum reperiantur descripti etiam alij non gaudentes,tamen est aduertendum,quod sūt
11 notati post Patritios gaudentes, & in hoc,ordo scripturæ est attendendus, vt prænominati gaudeant, *arg. tex. in l.qui soluendo ff.de hær.insti.l.quoties ff. de vsufr.l.generaliter §.quid ergo si plures ff.de fideico.liberta:ad quod Bal.in d.l.quoties allegat tex.in c.in Christo pater. vers. nos autem de consecratio. d. 2. vbi gloss.* ad nostrum propositum dicit, *quod ordo nominum multum operatur*, quibus addo *tex.in c.mandato in fi.de præb. in 6.c. pen. in princ. de ele. eo. lib.* vbi ex ordine literæ arguitur veritas dispositionis,& nouissime *Franch. decis.*138.

Quoad tertium parum refert actū possessiuum esse in personam Thomæ transuersalis, nam hoc pertinet etiam ad eius fratrem Actorū stipitē, ex regula, quod vbi frater gaudet,& cœteri fratres gaudere præsumuntut *Ang. in auth.vt liceat matri,& auia §.1.in fin.* quem refert, & sequitur *Affl. in Const.Regni prosequentes num. 16. de pugnis sublatis,* & post ipsum *Tiraquel. de Nobili.cap.17.num.3.& cap.37.nu. 14. Aym.conf.206 num. 7. Bernardi. Bombi.conf.71.Feder.Vi ual. in allegato Responso num.10.& seq.* faciunt dicta
12 per *Annam singul.*468.Et licèt videatur aduersari doctrina *Affl. in constit. Intentionis nostræ de illici. porta. armo* quem refert *Tiraq.d.c.*17.vbi in familijs nouis, siue aduentitijs, hoc non procedit,ex quo potest suspicari allectio in personam rransuersalis, tamen id non militat in casu nostto, vbi familia non est noua in Ciuitate, sed Thomas, qui reperitur inter nobiles Sedilis est pronepos illius Bonhomuli Militis Neapolitani torius familiæ stipitis, qui possedit domos in ipso Sedile, ex quibus excluditur omnis suspicio allectionis in persona Thomæ, qui ex prædictis præsumitur gauisus ex persona proaui, quoniam in originario nulla cadit allectio *l. ciues vbi gloss.& DD.C.de.inco.lib.*10.

Accedat familiæ dignitas, è vetustis Caietanæ Reip.Ducibus, quæ ad Suessanam vrbem tralata est, occasione Feudorum, & parentelæ cum Clariss. gente Marzana è Suessæ Ducibus inde (vti fama,& antiqua traditio refert) Galliam,& Angliam profecta; Ill. peperit Proceres, Marchiones de Trans,de quibus per *Det.conf.*268. *cōsultus ab Ill.Marchione. Boer. in tract. de Auctor.supr. Concil. nu.*111. *Franc. Purpur. in l.1.num.*234. *ff. de off. eius. Cassan.Catal.par.8.consid.*55. *Io. Garss. de Nobil.gl.*35.*num.*59. Fama autem, communis opinio, & immemorialis traditio benè probatur per testes deponentes de proprio visu, siue auditu per an. 40. ac de auditu à maioribus *gl.magistralis in c.1.vbi DD. de præscr. lib.6.An.singu.*516.*cū seq. D. de Frāch. decis.*56.*num.*22.*post Couar.in regu.bonæ fidei possessor* §. 3. *nu.* 76. Verumtamen de antiquiss.Transæ Familiæ nobilitate superuacuum est plura dicere,cum ex Arbore plenissimè constet de militari dignitate, de antiquo do-

mi-

minio Castrorum,& Vasallorum, deque parentelis contractis cum Illu-
14 strioribus familijs Neapolitanis. Quę omnia maximè conferunt ad nostrum propositum, vt per *Afft. in consf. intentionis nostræ num. 30. de illicit; port. arm.* vbi concludit, quod quoties transuersales sunt personæ æquè nobiles, & Illustres, prout est Actor, vtiq; gaudere debent, quem sequitur *Tiraq. locis citatis*.

Nec quicquam refert, quod Thomas appelletur de Suessa, id enim contigit ratione feudorum,& incola-
15 tus. Potest autem quis habere duas patrias, alterã originis, alterã incolatus *tex. est in l. prima, & fin. C. de muni-*
16 *cip. & orig. lib. 10.* Imò potest quis ęquè principaliter esse incola duorũ locorum, vt inquit *tex. in l. labeo, & l. assumptio §. iuris prudentibus, & l. eius qui 2. §. Celsus ff. ad municip.* Neque obstabit, quod familia potiatur antiquo patritiatu in Ciuitatibus Caietæ, & Suessæ, id enim non præiudicat no-
17 bilitati Neapolitanæ, quoniam si potest quis habere duas patrias, vt iam diximus, cur non poterit vtrobique gaudere? Item cui duo competunt iura, seu priuilegia, alterum exercendo, siue omittendo, in altero non sibi præiudicat *l. si domus ff. de seru. vrb. prædio. vbi Bar. & alij. Bal. Angel. Fulgos. Alex. in l. si Rufinus ex eo tex. C. de testam. mil. Dec. in l. quoties duplici de reg. iur.* & in proprijs terminis *Bar. in l. Alexandrinus C. de decurionib. lib. 10.* vbi à fortiori, si Comes alicubi exerceat populare officium, nequicquam sibi in Patritiatus, & Comitatus dignitate præiudicabit; assumptio enim minoris muneris, maiori non derogat, quemadmodum è contra, assumptio maioris, minori non præiudicat; Notarius. n. effectus Doctor non desinit esse Notarius *gl. ex eo tex. in l. si quis Decurio C. de falsf. Boer. de Auctio. magni Cõc. num. 113. Versil. ad Afft. deci. 1. in fin.* & latius diximus *Fest. lect. lib. primo cap. 7*

18 Et q̃ sint inter nos familiæ, quę Neapoli, & in alijs Regni Ciuitatibus ęq; gaudeant dicit *Dom. de Franch. decis. 207. num. 16.*

Quibus additur vox, & opinio, familiam de Transo fuisse gauisam Sedilis honoribus, quæ benè probãt *Corn. cons. 1. num. 22. & cons. 78. lib. 8. Archidi. in c. hoc videtur 12. q. 5. Rolan. cons. 32. vol. 4. Cephal. cons. 140. et 338.* quos refert, & sequitur *Surd. dec. 145. nu. 9. Anchar. cons. 225. num. 6. Iacob. Butric. in l. 1. ff. de probat. Ant. Butr. in c. transmissę qui fil. sint legi. Fulg in l. nudis, &*
19 *in l. non epistolis C. de prob.* Maximè verò in antiquis vltra centum annos, vt in facto nostro, quo quidem casu vox, & opinio plenè probant *Bal. in auth. Quas actiones C. de Sacros. Eccl. idemq; in c. veniens, & ibi Inno. Panormit. & Imo. de verb. signif. Iaf. in l. admonendi col. 87. vers. ita tamen ff. de iureiur. Ang. in l. Titius ff. quib. mod. pign. vel hyp. solui.* vbi testatur ita fuisse iudicatum prout etiam apud nos nouissimè decisum in casu magis arduo refert *Reg. Conf. D. Scipio Theod. in alleg. 27.* Testes autem deponentes de fama, eiusque requisitis, de quibus præcitata *gl. in c. 1 de prescri. lib. 6.* inter se iunguntur, adeo, vt sufficiat omnes in vniuersum eã quatuor requisita fateri, *Zas. cons. 6. lib. 2. Rimin. Iunior cons. 23. num. 133. lib. 1. Crauet. cons. 73. num. 20. lib. 1.* & nouissimè *Anna noster. singul. 516. & sequ.* cum ibi additis.

20 Quæ omnes præsumptiones fundant intentionem ipsius Actoris, & transferunt onus probandi contrarium in ipsum Sedile, ex regula *tex. in l. 2. ff. de prob. l. generaliter §. si petitum ff. de fideicom libert. l. nuptura ff. de iur. dot. Dec. in l. 2. §. mutui datio nu. 15. ff. si cert. pet. idemque cons. 540 num. 12. Gozad. cons. 50. num. 6. Couar. lib. 2. var. resol. cap. 16. Meno. cons. 21. in principio* iuris enim præsumptio veritas est *l. fin. §. fin. vbi glos. in fin. ff. de prob. Iaf. in l. 1. C. de mil. testa.*

Itaque

21 Itaque reassumendo iam dicta, iuxta præceptum traditum Aduocatis per *glos. in §. fin. in ver. dictum ex eo tex. Auth. de defe. Ciuit.* ex pluribus satis fundatū est, Actorem esse reintegrandum ad honores Sedilis.

22 Primo ex actu possessiuo in persona Vhomæ de Transo.

Secundo ex titulis Bonhomuli de Transo stipitis, qui ducentis circiter ab hinc annis appellatur *Miles nunc Neapolitanus.*

Tertio ex domibus in quarterio, imò propè Sedile, stante antiqua consuetudine Ciuitatis Neap.

Quarto ex franchitia, & immunitate familiæ à functionibus fiscalibus in Ciuitate Suessæ.

Quinto ex antiquissima nobilitate, ac dignitate familiæ.

Sexto ex voce, & existimatione, familiam fuisse gauisam honore Sedilium.

Septimo ex iuris præsumptione ita in dubio decernendum.

Octauo quia in similibus casibus ita fuit alias iudicatum.

Denique repertus est actus possessiuus in personam præfati Magnifici militis Bonhomuli de Transo stipitis electi Iudicis Baiulationis pro suo Sedile Montaneæ, qui est actus possessiuus passiuus, ex quo omnis cessat dubitandi occasio, vt constat ex *Regia Prag. de offi. Baiuli.* Licet pars aduersa prætendat fundasse, quod olim eligebantur in Iudices Baiuli, nedum Nobiles Neapolitani, sed etiam Ciues populares. Quod penitus negatur,

23 quoniam Neapolitana nobilitas semper fuit, prout est segregata à popularibus, & Officia, seu Magistratus nūquam fuerunt promiscui, seu communes, sed distincti, & separati, prout hodie videmus, & ex præsēti præsumitur in præteritū, *tex. est vbi gl. & DD. in l. 3. C. de prob. l. si hi qui C. de adult. facit tex. in l. si mater cum glo. vlt. C. ne de sta. defu. glo. in l. si cui §. iisdem vers. si tamen ff. de accusa. Alcia. Præsu. 16. & 21.* Testes vero aliter deponentes, & ad scripturas, & historias se referentes

24 nihil faciunt, nisi scripturas, & historias producant, in quibus se fundant, *tex. est famigeratus vbi latè DD. in Auth. si quis in aliquo C. de ede. gl. in c. Abbate S. Syluani in ver. fiat fides de ver. signi. Affl decis. 237. & latius per Tiraq. de Retr. ligna. §. 2. gl. 1.* Eoque magis, quòd antiquę scripturæ, & historiæ contrarium apertè docent, nimirum Iudices Baiulationis semper fuisse viros Nobiles, & Patritios, prout hodie experimur. Quo vero ad nōnullo, Iudices Baiuli in antiquis temporibus de familijs incognitis, quæ ad præsens non extant, respondetur eas præsumi olim Nobiles, & Patritias, licet hodie ex eis nemo supersit, ex regula quod de præsēti præsumitur in præteritum *d. l. 3. C. de proba.* cum cęteris superius allegatis. Verūtamen vbi aduersa pars aliter prætendat, debet ipsa docere quod fuerint populares, ea enim pręsumptio trāsfert onus probandi contrarium in aduersarios *d. l. 3 ff. de prob. & latius diximus supr. num. 28.* Item qui se fundat in caussa,

25 ob quam à regula, & à communi iure, & praxi receditur, vt in facto nostro, debet ipse liquidò caussam probare *Inno. in c. preterea de dilatio. Dec. consi. 349. num. 3. Oldr. conf. 127. not. Bar. in l. 2. ff. si quis in ius voca*, estque communis omnium sententia, de qua *Detius loco citato.* Quid plura? Testes contrarium deponentes sunt omnes Nobiles Patritij Neapolitani gaudentes Sedilium honoribus, & per cōsequēs nihil faciunt, tanquam deponentes in causa propria, *vulg. l. nullus ff. de testi.* Parum autem refert quod nō sint nobiles de eodem Sedile Montaneæ,

26 sed de alijs Sedilibus, quoniā Nobilitas Neapolitana vnica est in Ciuitate, diuisa tamē in quarterijs, & regionibus, tanquam membris eiusdem corporis *Bar. in l. 1. 2. col. num. 6. ff. ad municip.*

nicip. idemq; in l. fin. ff. de colle. illi. & nouissimè D. Io. Fr. de Ponte cons. 107. num. 4. lib. 2. vers. & Ciuitas taliter diuisa, & num. 5. vers. Dum igitur per diuisionem quarteriorum, & D. Scipio Rouitus d. cons. 83. Omnes enim æquè sunt Patritij, æquè honores, & onera sustinent, æquè simul conueniunt, & Ciuitatem repræsentant, ideoque tanquam in causa propria nihil probant *d. l. nullus*. In quo velut in re satis clara amplius non insistam.

Pendet Decisio, quæ tamen patet ex consimilibus facti contingentijs per nos relatis, & per sententiam ad fauorem Actorum resolutis, quemadmodum pręsens causa omnino veniet decidenda, pro summa iusdicentium religione, ac circumspectione, perpensa in primis Actoris iustitia, eiusque peruetusta, claraque nobilitate. Interest autem Reip. Ordinem esse plenum, ac tales habere Patritios, *d. l. generaliter §. 1 ff. de decurio.*



SVMMARIVM.

1 *Emphyteosis redimibilis in pecunia eadem, est cum emptione, & venditione ideoque in ea locum habet ius congrui.*
2 *Concedens in emphyteosim redimibilem, si remaneat Dominus aliorum bonorum collateralium an preferatur alteri collaterali petenti congruum.*
Cognatus prefertur in venditione.
3 *Directus dominus præfertur cuiuis emptori.*
Prælatio fortiori iure nititur, quàm congruum.
4 *Prælationi non est locus, quoties dominus directi non agit pro se, sed pro alio.*
Licet arguere à verisimili.
5 *Subita correctio non præsumitur.*
6 *Venditor non hebet ius congrui, et quare.*
7 *Datur casus, in quo coniunctus ex vno latere vendicat integram rem excluso altero collaterali.*
8 *Ratio, qua congruum fuit adinuentum.*
9 *Napodani magna, & præcipua auctoritas.*
10 *Decretum Sacri Reg. Conc. Neap.*
11 *Directus dominus an habeat ius congrui in re concessa, postquam illa fuerit euicta.*
12 *Absolutoria lata in actione parit exceptionem rei iudicatæ, si iterum eadem actione agatur, licet eum additione alterius superuenientis iuris.*
13 *Napodani opinio.*

CONS. XXI.

Pro Marchione Villę.

ARGVMENTVM.

Ius congrui, quod in sola venditione militat, an vendicet sibi locum in emphyteosi redimibili, & an venditor, seu Dominus directi, qui concessit in emphyteosim, si remaneat dominus aliorum bonorum collateralium præferatur alteri collaterali petenti congruū. Et quid si reuera non agat pro se, sed pro alio, & an detur casus, in quo collateralis vendicet integram rem iure congrui, excluso altero collaterali. Et ad hoc Decisio Sac. Reg. Conc. & an dominus directi habeat tale ius, postquam res fuerit euicta à Collaterali. Et ad hoc Auctoris sententia cōtra Napodanum

Doctor Robertus Genuensis concessit in emphyteusim redimibilem, vulgo affrancabilem in pecunia Ioanni Leonardo Coppulæ quandã domum ad forum vetus contiguam domibus Marchionis Villæ. Proinde ipse Marchio petijt in Sac. Conc. prædictam domum iure congrui, offerens æstimationem iuxta apprętiũ fetuata forma Consuet. Neap.

Opponitur ex aduerso congruum nõ habere locum, quoniam non sumus in emptione,& venditione, sed in emphyteusi. Item prædictus Doctor Genuensis, qui concesserat in emphyteusim, petit prælationem vti directus Dominus. Cumulando etiam ius congrui, ex quo habet alias domos contiguas, & proinde remanet coniunctus ex altero latere.

1 Quo ad primum, dicebam emphyteusim redimibilem in pecunia candem in effectu esse cum venditione, vt ex mente DD. concludit *Vrsil. ad Affl.decis.*72 ideoque congruo locum esse, testaturque ibi *Vrsill. ita sępius decisum*, & post ipsum *Franch. decis.* 392. in quo tanquam in re clara, & indubitabili vlterius non insistam.

2 Quo ad secundum videbatur directus Dominus præferendus, nam si in venditione prefertur cognatus *l.* 1. *ff. de priut. credi.* quanto magis ipsemet olim dominus,& in proprijs terminis est *tex.in l.si.C.de iure emph.* quo cautum est preferri directum dominum

3 quibusuis emere volentibus. Et in spetie est doctrina *Napodani in Consuet.si quis emerit nu.*34.*de iure congr.* vbi concludit directum Dominum præferri, & excludere vicinum à iure congrui,& ita decisum refert *D. de Franch.decis.* 610. Quoniam prælatio cõmuni,ac fortiori iure nititur, quàm congruum, quod consuetudinario, & leuiori iure fundatur.

4 Contra vero pro Marchione dicebam prælationi non esse locum, quoties directus Dominus non agit pro se, sed pro alio, idem de *Franch. decis.* 226. *post Guid. Pap. decis.* 411. *& Frec.de subfe.Auctо.* 38. vt in casu nostro,in quo ipse directus Dominus videtur apertè colludere cum suo emphyteota ad fraudandum vicinum iure congrui, quod patet, quia non est verisimile,vt modo repetat, quod paulo ante concesserat,*arg. c.quia ve-*

5 *risimile de præsu.* & in proprijs terminis est *tex.in l.non ad ea vbi Accu. in ver.presens ff.de cond.& demo.*& in fa-

6 cto liquidissimè constat. Non enim præsumitur de iure quem in continenti pœnituisse, & contraria agere *Affl.in c.*1.*num.* 37. *de feudo dato in vim.leg.comm.* quem refert, & sequitur *D.Io.Dom. Tassonus ad Reg. Prag. de Antefa.fo.*518. *num.* 83. Quo vero ad prætensum congruum, allegabam punctualem doctrinam *Napodani in Cõsuet. si ex vno,verbo nolentibus vers. item est dare de iure congrui*, qui in casu nostro concludit venditorem non posse agere iure congrui, tametsi remaneat coniunctus ex altero latere, neque pro parte tangente reliquas eius domos,alioquin (inquit Napodanus) videretur venditor sibi ipsi contrarius, atque velle impugnare, quod fecit. *l.vendicantem ff. de euict.*

7 *cum cæteris per eum allegatis.* Vnde (inquit) datur casus, in quo coniunctus ex vno latere tantum vendicat integram rem, excluso altero collaterali.

8 Et licet Napodani opinio videatur non parum dubitabilis, militante ratione,qua congruum fuit introductum, nimirum ne cogamur habere vicinum extraneum,vel exosum, latè *Affl. in exordio tract. de iure Prothom.*

9 nihilominus Sac. Conc. secutus est opinionem Napod.ob insignem tanti interpretis doctrinam, & præcipuam

10 auctoritatem. Fuitque conuentus condẽnatus ad relaxandum iure congrui,iuxta petita,nulla habita ratione prælationis,& congrui die 9. Ianuar 1617.

1617. Apud Mondel.

11 Sed an post obtentam rem à Marchione iure congrui, possit Doctor Genuensis illam vendicare, tanquam ex noua causa, & à nouo possessore. Negabam hoc posse, quoniam iam fuerat semel exclusus, ad quod videtur facere singularis *tex. in l. in delictis* §. *si detracta, & ibi gl. & DD.*
12 *ff. de noxal. act.* vbi sententia absolutoria parit exceptionem rei iudicatæ, si iterum eadem actione agatur, licet cum additione alterius superuenientis qualitatis, vt in casu nostro, per quem textum Pomponius Leonardus Aduocatus contrarius dif-
13 fisus destitit à nouo iudicio. Contrariam tamen sententiam secutus est *Napodanus in præfata Consuet. vers. sed pone*, nēpe, vt à nouo possessore possit venditor vendicare iure congrui, ad quod non aliud allegat, nisi quod ex noua causa, & nouo iudicio id contingat, *arg. notab. tex. vbi gl. & DD. in l. & an eadem* §. *actiones ff. excep. rei iudi.*



SVMMARIVM.

1 *Inquisitionis, seu Processus adulteratio dirigitur contra Actuarium, ad quem spectat scripturę veritas.*
Delicta suos secuntur Auctores.
2 *Actuario credendum, non testibus.*
3 *Falsitas ad hoc vt sit punibilis debet habere comites dolum, & tertij prę iudicium.*
4 *Scriptura, quæ nihil facit impunè deletur, & supprimitur.*
5 *Verba ex insania, siue ex impetu iracundiæ prolata non inducunt delictum, & quare.*
6 *Difficillimum est iustum iracundiæ impetum temperare.*
7 *Lubricum linguę non est ad pęnam trahendum.*
8 *Princeps maledicta contemnit.*
9 *Princeps clementiæ, & mansuetudinis titulo gaudet.*
10 *Clementia sola nos Deo parificat.*
11 *Virtus Heroica in clementia consistit.*
12 *Sola verba iniuriosa læsę maiestatis crimen non inducunt, quemadmodum non inducunt blasphemiam ex communi vsu loquendi.*
13 *Decretum Sacri Reg. Concilij Neap.*

CONS. XXII.

Pro Doctore Francisco Vrsio.

ARGVMENTVM.

Actuario, an testibus sit credendum de veritate scripturę in criminalibus. Falsitas ad hoc vt sit de iure punibilis binos requirit comites, nimirum dolum, ac tertij præiudiciū. Scriptura, quæ nihil facit, impunè supprimitur, & deletur. Verbum ex insania, & furore iracundiæ prolatum, lubricumq; linguæ, non est ad pœnam trahēdum. Maximè vero in Principe, cuius est maledicta contemnere. Et ad hoc Decisio Sac. Reg. Conc.

Querelato in Curia Castri Franci quodam Ioanne Mugillo, quòd inter rixandum cum nonnullis protulisset hęc verba, *Chi mi parla dietro non lo stimo punto, se ben fosse il Rè di Spagna* cum similibus, & maioribus verbis relatis, vel etiam ad Regem, fuit inquisitus Doctor Franciscus Vrsius tūc Capitaneus in eo Castro, sub prętextu, quod cancellasset, & deleuisset à processu ea verba *se ben fosse il Rè*, ex

quibus videbatur grauissimè deliquis-
se, vsque ad crimen lesę Maiestaris.
Citatus proinde ad informādum ap-
pellauit ad Magnam Curiam, petens
licentiari, & vlterius non procedi, ve-
rum cum per Mag. Cur. procederetur,
appellauit ad Sacrum Conc. in quo
1 facta relatione, dicebam pro inquisi-
to, scripturæ adulterationem non pos
se de iure afficere Capitaneum, sed
potius Actuarium, ad quem scripturæ
veritas pertinet, quoniā delicta suos
sequuntur auctores *vulg. l. Sancimus C.
de poen.* Parumq; referre, quod aliquis
2 testis deponat contra scripturam, si-
quidem credendum de iure potius
Actuario, ipsique scripturæ, eoque
magis cū Actuarius sit publicus No-
tarius non suspectus, nec inquisitus,
per ea, quæ tradit *Capyc. dec. 94.*

Sed altius rem prosequendo, dice-
bam non oportere quærere si inqui-
siti deleuerint, vel non deleuerint ea
verba relata ad Regem, quæ quidem
verba extent, vel non extent, nullum
3 de iure important delictum. Sanè fal-
sitas ad hoc, vt sit punibilis debet ha-
bere comites, dolum, & tertii præiu-
dicium, *arg. l. 1. §. fin. ff. quod quisque
iur. & in proprijs terminis Bar. post. Ac-
cur. in l. damus C. de falsis Hippol. in l.
1. §. præterea ff. de sicar. Ias. cons. 153.
lib. 2. Aymon. cons. 46. in princ. vers. sed
istud. Diaz reg. 363.* & latius scripsi-
mus *Fest. lect. lib. 1. cap. 5.* In casu au-
tem nostro nullus est dolus, nullum
4 tertii interesse, aut præiudicium, suc-
cedit iuris regula quod scriptura,
quæ nihil facit, impunè supprimitur,
& deletur, nihil enim est, quod ex ea
petatur, verba sunt *tex. in l. si quis ali-
quid 2. §. testamentum ff. de poenis, cum
coeteris quę ad cap. 3. lib. 2. Fest. lect.
congessimus.* At in casu nostro nullum
penitus versatur delictum, & per con-
sequens non est de iure procedendū
5 contra inquisitos, quoniam ea verba
relata ad Regem, non nisi ex quadam
insania, vtpote ex mero iracundiæ
impetu sunt prolata, qui quidem im-
petus vti breuis furor excusatur à iu-
6 re, Difficillimum enim est iustum ira-
cundiæ impetum temperare, verba
sunt *tex. in l. si adulterium §. Imperato-
res ff. de adult. latè Mars. sing. 455. pul-
7 chrè Thesaur. decis. 178.* Lubricū enim
linguæ non est ad pęnam trahendum
*tex. est in terminis in l. famosi ff. ad l.
Iul. Maiesta.* Et in propioribus termi-
nis, de ijs verbis nullam habēdam ra-
tionem dicit *tex. in l. vn. C. si quis Imp.
maledixerit*, Quoniam Regia Celsi-
tudo, & Maiestatis sublimitas ista
contemnit, & expresè remittit *Me-
no. de arb Iud. lib. 2. cent. 4. casu 377.
9 num. 9. Aymon d. cons. 6. num. 71.* Hinc
summi Cœsares omisso Maiestatis,
Celsitudinis, & sublimitatis nomine,
gloriosiorem clementiæ, & mansue-
tudinis titulum iactitarunt *l. 1. ibi
clemētię nostræ C. de summa Trin. l. me-
minerint ib. mansuetudinis nostræ C.
10 vnde vi.* nimirum per solam clemen-
tiam Deo pares reddimur, Audiamus
Claudianum ad Principem Hono-
rium.

*Sis pius in primis, nā cū vincamur in omni
Munere, sola Deos ęquat clemētia nobis.*

Consonant sacratissima ciuilia iura
*in l. fin. C. de donat. inter vir. & Imperia-
lis C. de nupt.* vbi per solam Clemen-
tiam (inquit Imperator) Dei serua-
tur imitatio, cum coeteris per nos cō-
11 gestis ad *cap. 2. lib. 2. Fest. lect.* Ideoq;
Heroicam virtutem in mansuetudi-
ne, & clementia versari, docet Phi-
losophus *Ethi. 7. et Moral. 2.* quod sen-
tit *Gramat. deci. 23. in fi. & latius dixi-
mus in cons. 5.*

Cur igitur tantus Rex, tantusque
noster Monarcha atauis Cæsaribus
ortus heroica maiorum suorum vir-
tute hodie fraudabitur? Vt omittam
inquisito læsæ Maiestatis titulum fri-
uolè Inditum, quoniam ex solis ver-
bis iniuriosis, læsæ Maiestatis crimen,
non inducitur, vt rectè probat *Aym.
Crauet. cons. 6. in princ.* Quinimo ea
verba

verba relata ad Deum, non inducunt blaſphemiam, tum quia prolata ex impetu iracundiæ, vt iam dictum eſt, tum etiam, quia ex quadam corruptela communis vſus loquendi, vt eleganter tradit *Bal. in ſuo conſ. 477. lib. 3.* exordiente *Ille, qui dicit al diſpetto di Dio*, quem ſequitur *Alex. in l. ite apud Labeonem §. ait prętor verſ. item quęro ff. de iniur* quibus aſſentiunt *Ang. in l. his verbis §. 1 ff. de her. inſt. & Feli. in Prooe. Decret.*

13 Hæc à me feriò prolata, & à Sacro Concilio perpenſa, adeo Senatorum aures demulſerunt, vt ſtatim inquiſitus fuerit licentiatus, & Decretum, quod non procedatur; tametſi Baro præpotens aduerſarius, quàm maximè vrgeret. Penes Florillum.



SVMMARIVM.

1 *Cl ſuccedens laico, cum quo ſit lis conteſtata conuenitur coram Iudice Laico.*

2 *Ordini non ſit iniuria, nam continuatur inſtantia in clericum, non vti clericum, ſed vti hęredem laici.*

3 *Decretum Sac. Reg. Conc. Neap.*

4 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*

5 *Idem iudicamus de cauſa, quod de effectu reſultante à cauſa.*

6 *Reciſſo principali, reſcinditur, & acceſſorium.*

7 *Qui vult antecedens, conſequens non denegat.*

8 *Conceſſa facultate fontem adeundi, & hauſtus videtur conceſſus.*

9 *Præponens aliquem certo loco, eius contractibus tenetur.*

10 *Si teſtator pręcipiat hæredi, vt pro amico fideiubeat, & hęres fideiuſſerit, & ſoluerit, non repetit. Et quare.*

11 *Iudex condemnando ad rei reſtitutionem, videtur condemnaſſe etiam ad fructus.*

12 *Finis inſpiciendus, ad quem negotium tendat.*

13 *Iudex Laicus, qui in cauſa ſit competens, videtur etiam competens in omnibus, quæ cauſſę adeſſe debent, eidemque accedunt.*

14 *Acceſſorium ſequitur principale, vel etiam ſi fuerit maius ſuo principali.*

15 *Ampliatur iuriſdictio ratione connexorum, & accedentium.*

16 *Quæ veniunt in conſequentiam exequutionis cognoſcuntur ab eodem Iudice, cui enim mandantur præcedentia, & conſequentia videntur demandata.*

17 *Decretum Sac. Reg. Conc. Neap.*

18 *Æquitas ſuadet, vt euitentur vexationes ſub diuerſis Iudicibus.*

19 *In dubio ſub eodem Iudice eſt agendum.*

20 *Remiſſio cauſſę ad eundem iudicem eſt fauorabilis.*

CONSILIVM XXIII.

Pro Venerab. Monte de Manſo.

ARGVMENTVM.

Clericus ſuccedens Laico, cum quo eſt lis conteſtata in foro ſeculari ſuper ſolutione annui Canonis, tenetur reſpondere coram Iudice laico. Et quid in acceſſorijs, vtpote ſi poſtea fiat caſus deuolutionis ob canonẽ à Clerico non ſolutum. Et an idem iudicemus de cauſſa, quod de effectu reſultante à cauſſa. Et an qui cognoſcit antecedens, cognoſcat & conſequens. Et an finis ſit inſpiciendus, ad quod negotium tẽdat.

Et an Iudex secularis, qui in caussa sit competens, videatur etiam competens in cœteris, quæ caussæ accedunt. Et an quæ veniunt in consequentiam executionis cognoscantur ab eodem Iudice. Deniq; an in dubio coram eodem Iudice sit agendum, & an remissio causæ ad eundem Iudicem sit fauorabilis, vel odiosa. Et ad hæc Decisio Sacr. Reg. Conc.

VEnerabilis Mons erectus à Ioanne Baptista Manso Marchione Villæ pro beneficio, & emolumento Neapolitanæ Nobilitatis vti directus Dominus quorundam bonorum stabilium extra Cryptam Puteolanam egit in S.C. contra R.D. Dominicum de Magistro emphyteotam pro consequutione Canonis, opponit conuentus fori declinatoriam, peritque caussam remitti ad Episcopum Puteolorum. Replicabam ego tanquam Aduocatus Montis, conuentum successisse Ioanni Aloysio de Magistro patri, cum quo fuerat lis contestata in S.C. super petita condemnatione ad correspondendum singulis annis in futurum Venerabili Monti de annuo Canone, & per consequens teneri re-
1 spondere corã Iudice laico, ex regula quod clericus succedens laico, cum quo est lis contestata cogitur respondere corã Iudice laico, *l. heres absens l. si is qui Romæ ff. de Iud. Ias. in auth. quas actiones num. 39. C. de sacros. eccl.*
2 Et in casu nostro nulla fit iniuria ordini, nam continuatur instantia in clericum, non vti clericum, sed vti hæredem laici, *l. si eum hominem* vbi *DD. ff. de fideiuss.* vt rectè concludit *Surd. in*
3 *decis. 110.* post *Boer. decis. 69. num. 32.*

Quibus perpensis per S.C. fuit latum Decretum, quod exequatur super ponis reddititijs, petita remissione non obstante.

Postea non adhuc facta solutione Canonis, nec executioni demandato Decreto S.C. factus est casus deuolutionis; fuitq; petitum in S.C. declarari bona reddititia aperta, & deuoluta Venerabili Monti directo domino. Opponebatur per conuentum fori declinatoria, ex quo hoc erat nouum iudicium, & per consequens nullus erat locus trahendi clericum coram Iudice laico, arg. *l. à diuo pio §.*
4 *si post edictum ff. de re iudi.* Replicabam tale iudicium esse accessorium ad iudicium fabricatum super solutione Canonis, resoluitur enim res ob Canonem non solutum, arg. *l. cum principalis ff. de reg. iur. c. accessorium de*
5 *reg. iur. lib. 6.* Idemque iudicamus de caussa, quod de effectu resultante à caussa, *l. nihil interest ff. de sicar. Bal. cõs.*
6 *30 lib. 2.* Hinc est, vt rescisso principali, rescindatur & accessorium *Glos. in l. si patronus §. si patronum ff. si quid in*
7 *fraud. patro.* Qui n. vult antecedens, consequens non denegat, *l. qui procuratorem ff. de procur. l. si procurator ff. de cond. indeb. l. refectionis §. vlt. ff. com. præd. l. quamuis simpliciter* vbi *Glos. in fin. & DD C. de fideic.* Quo fit, vt si ius
8 fontis adeundi tribueris, & haustum tribuisse videaris, *l. item sic § fin. ff. de seruit. rustic. præd.* Cũ quis aliquẽ certo
9 loco præponat, cõsequens est, vt eius cõtractibus teneatur, *l. sed & si § pri-*
10 *mo ff. de inst. actio.* Cũ testator præcipiat hæredi, vt pro Caio fideiubeat, videtur tacitè præcepisse, vt soluat, sponsionis enim comes solutio, ideoque vbi hæres soluerit nõ repetit, notab. *textus in l. trib. ff. de vsuf. earũ rer.*
11 Si Iudex cõdemnat quẽ ad rei restitutionẽ, videtur etiã ad fructus tanquã accessorios cõdemnasse, *Bal. in rub. C. de fru. & lit. exp.* quẽ refert, & sequitur *Ias. in § omniũ in fin inst. de actio.*

Quadere

12 Quadere finem inspiciendum ad quẽ negotium tendat eleganter more suo tradit *Tiraquel.de retract.ligua.S.primo.glos.7. num.45.* arg. *l. oratio ff. de sponsal.* ad quod pertinent quæ scripsimus *lib.2. Festiu. lect.cap.6.* Faciunt quæ scripsimus in *Cons.56. nu.16. &*
13 *seq.* Et in proprijs terminis Iudex laicus, qui in aliqua caussa fuerit competens, est etiã competens in omnibus, quæ caussæ adesse debent, eidẽque accedunt, vt in casu nostro *Bal. in l.testamenta C.de testam.Soccin.cons.* 101. quos refert, & sequitur *Hippol. sing 17.in fin. ver.* & ad prædicta *Aff. in Const. Regni Dilationes numer.* 8. quibus adde, quæ notabiliter scribit *Carauita super Ritu 166.n.35.* Acces-
14 sorium inquam sequitur principale, vel etiam si fuerit maius suo principali *l. & si non sunt §. per ueniamus ff. de auro, & argent. legat, Roman.cons.* 330. *Castrens.in l. procuratoris §. non autem ff.de trib.act.* Non obstat *tex. in d.§. si post addictum*, loquitur enim de nouo iudicio extraneo, siue extrinseco, nõ autem de caussa intrinseca, vt in facto nostro.
15 Et in proprijs terminis quod amplietur iurisdictio ratione cõnexorũ, & accedentium dicit optimè *Fely in c.super litteris de rescriptis*, faciunt optimè dicta per *Abb.cons.* 18.*n.*7.2.*vol.* qui ad hoc allegat *tex.in c.de prudẽtia de dot.post.diuorest.& Gl.in c.cum dilectus de arbi.* cum cœteris abundè cõgestis per *Hippol. in Rub.de fideiuss. nu.* 187. *vsque ad* 193.& post ipsum *Frecc. de Subfeud.lib.2.qu.20.num.4.*
16 Tandem, quæ veniunt in consequentiam, cognoscuntur ab eodem Iudice, *Castr. in l. venditor num.4. in fin.ff.de Iudi.* Cui enim mandãtur pręcedentia, & consequentia videntur demandata, *d.l.si procurator in 1.respõs. l.indebitam* vbi latè *gl. in verb. videri ff.de cond.indeb.*& latius diximus *dict. cons.56.* Cætera prudentiss. Iusdicentibus remittuntur, quorum est supplere, quæ Aduocatis desunt.
17 Ex his per S. C. fuit lata Sententia deuolutionis de Mense Februarij 1629. Act. Amicus.

Scimus alios aliter sentire pro remissione caussæ ad Iudicem Ecclesiasticum, & non sine ratione, sententia tamen S. Conc. sat est probabilis, & plausibilis, ex his, quæ superius latè
18 probauimus, maximè verò æquũ ad euitanda dispendia, ærumnas, & labores sub diuersis Iudicibus, ac Foris.
19 Hinc dicimus in dubio sub eodem Iudice esse agendum, arg. *c. dispendia de rescrip.lib.6.* & latius diximus in *Repet.l.1. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eat.* optimè *Bal. in c. Imperialem §. præterea num. 12 de prohi.feudi alienat. per*
20 *Fede*. vbi scribit remissionem caussæ ad eundem Iudicem esse fauorabilem, non odiosam, ideoque in dubio facilè concedendam.

SVMMARIVM.

1 *Habitans iure familiaritatis non tenetur ad pensionem.*
2 *Creditor admittens debitorem cessum bonum nomen facit, ideoque non potest amplius conqueri, quòd non potuerit exigere.*
3 *Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio.*
4 *Procurator fatendo aliquid tale videtur sibi praiudicare.*
5 *Protestatio saluat, & conseruat ius.*
6 *Præsens, & patiens non sibi præiudicat, scit enim ius suum duraturum.*
In his, quæ praiudicium afferunt, non sufficit simplex præsentia.
7 *Necessitas excusat.*
8 *Patientia ratione officij non præiudicat.*
9 *Procuratoris officium liberum est.*
10 *Decretum Sac. Reg. Conc. Neap.*

CONS.

CONS. XXIV.

Pro Haeredibus Io. Francisci Graeci

ARGVMENTVM.

Habitans iure familiaritatis an teneatur ad pensionem. Creditor admittens debitorē cessum, an sibi praeiudicet, vbi postea creditum consequi non valeat. Nunquid Procurator fatendo aliquid vt procurator sibi praeiudicet vti principalis in caussa propria. Protestatio an saluet ius protestantis. Praesens, & patiens, an, & quando sibi praeiudicet, & quid in patientia ratione officij praestita. Et ad hoc Decisio Sac. Reg. Concil.

Angelus Ricius instituit haeredem Donatam filiam, & inter caetera legauit Monasterio Sanctissimae Annuntiatae de Ciuitate Licij ducatos quingentum, & pendente solutione annuos ducatos quadraginta. Quibus sic stantibus Catarina Graeca mater, & tutrix praefatae Donatae haeredis pro eximenda filia, & haereditate à praedicto onere legati, rogauit Ioannem Franciscum Graecum patrē, quatenus ei vellet cedere consimile nomen debitoris annuorum ducatorum quadraginta pro eodem pretio ducatorum quingentum, promittens infra breuē tempus restituere debitum. Io. Franciscus benignè agens cessit praedictum nomen debitoris, quod breui manu fuit per tutricem cessum Monasterio in satisfactionem legati, obtenta amplissima quietatione, & liberatione.

Ad praesens verò haeredes praedicti Io. Francisci agunt pro consecutione ducatorum quingentum vna cum interesse. Ad quod duo opponuntur. Primò quod Io. Franciscus habitauerat per multos annos in domibus palatiatis praedictae haeredis, transferendo in eas totale domicilium, & proinde
1 opponebatur compensatio. Verum ad hoc respondebam, ipsum quidem Ioannem Franciscum habitasse iure familiaritatis, vti patet, & auus, & pro decoro familiae, ex quo praedicta tutrix eius filia remanserat vidua, & iuuenis, ideoque ad aliquid non teneri, *l. qui iure* vbi *DD. ff. de acqui. haered.* & in proprijs terminis est *tex. in l. contractus C. de locato* vbi latè *DD.*

Item opponebatur, quod Catarina soluerat Monasterio ducatos bis centum pro totidem, quos Monasterium asserebat non potuisse exigere ab illo nomine debitoris sibi cesso, ob illius assertam inopiam, & deco-
2 ctionem. Ad quod dicebam Monasterium bonum nomen fecisse, admittendo debitorem cessum, ideoque non posse amplius conqueri, quod non potuerit exigere ab inope debitore, *l. inter causas §. primo ff. mandati* Vnde constat tutricem temere illos soluisse, stante liberatione obtenta, &
3 cassatione legati, solutione .n. eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio, *Inst. quib. mod. toll. oblig.*

4 Verumtamen ad hoc replicabat, quod in instrumento solutionis interuenerat ipse Io. Franciscus creditor vti procurator Caterinae filiae, & tutricis, qui fatēdo Monasteriū non valuisse exigere illos ducatos ducentū, illosque soluendo sub eo praetextu, sibi praeiudicauit, *l. quidam ff. de exictio. l. 1. C. de remis. pigno.* cum simil. *Bar. in l. quae dotis in fin. ff. sol. matr. Barbatia cons. 46. 2. vol.*

Ad id respondebam Io. Franciscū creditorem interuenisse cum expressa protestatione, quod hoc agebat vti pro-

procurator tantum, & non aliter, *arg.*
5 *tex. in l. inter officium ff. de rei vend.* talis autem protestatio saluat, & conseruat ius *l. si debitor* §. 1. *ff. quib. mod. pign. vel hypo. solu. Tiraq. de Retract. lignag.*
6 §. 1. *glos.* 7. *num.* 72. Licet enim procurator sciret ducatos ducentum non deberi, sciebat etiam ius suum duraturum, & saluum fore *l. sicut* §. *non videtur ff. quib. mod. pign. solu.* Porrò in his, quæ præiudicialia sunt, non obstat simplex præsentia, & taciturnitas, sed ad hoc vt præiudicium inferant, requiritur aliquis actus positiuus patientiæ, & consensus, *DD. in l. quæ dotis vbi Alex. num.* 40. *& Ias. num.* 97. *&* 104. *ff. sol. matr. Surdus deci.* 22. *nu.* 11. *& diximus in cons.* 3. *num.* 4. In facto autem nostro, nedum deficit consensus, sed adest expressus dissensus per expressam protestationem *d. l. si debitor.*

Accedat quod creditor pater tutricis interuenit in tali contractu vti necessarius procurator, nam fuit stipulatus contractus in claustro Monasterij coram fratribus ad sonũ Campanæ vocatis, vbi Catarina tutrix, quæ omnino viduali pertinacia hoc voluit, non poterat interuenire, nec habebat alios coniunctos, quibus posset confi-
7 dere, succedit iuris regula quod procurator tali casu ex necessitate agens, nequicquam sibi præiudicat *arg.* §. *si tutor inst. de inoff. test. l. cum quædam ff. de admin. tut. Alber. ex eo tex. in l. post legatum* §. *Aduocatus ff. de his quib. vt indig. gl. in d. l. post legatum* §. *his vero, Thes. quæst. For. lib.* 3. *q.* 3. *Cancer. var. Resol lib.* 2. *cap.* 1. *tit. de minor. nu.* 142. cum cœteris abundè cõgestis per *Tiraquell. loco cit. glos.* 9. *num.* 271. faciunt dicta per *Aym. Crauet. cons.* 6.
8 *num.* 91. Denique præsentia ratione officii, vt in casu nostro nunquã præiudicat *l. Titia cum testamento* §. *Lucia ff. de leg.* 2. *Cephal. in proprijs terminis cons.* 148. *primo vol. Menoch. cons.* 48. 4. *vol. Tiraq. loco cit. num.* 142. *facit glos. in l. fin. ff. de inoff. testam.* ibi *speciale (inquit) in querela inofficiosi testamenti &c.* quam ad hoc expendit
9 *Tiraquel. loco cit.* Tametsi aduersarii acerrimè contendebant ea omnia ex mera voluntate processisse, Aduocati enim, ac procuratoris officium liberrimum esse constat, ex his, quæ superius latè demonstrauimus *cons. primo.*
10 Nihilominus opposita fuerunt reiecta, & conuenta fuit per Sac. Concil. condemnata ad integram quantitatem ducatorum quingentum vna cũ interesse die 10. Iulii 1629. Penes Strinam.



SVMMARIVM.

1 *Decretum Magnę Curię Vicarię, per quod liquidatio instrumenti facta contra exterum declaratur nulla.*
2 *Liquidatio instrumenti facta in uno foro contra ciuem alterius fori non subiecti est nulla ex defectu iurisdictionis.*
3 *Pactum ut quis possit conueniri in omni Curia, & foro est de iure nullum, & nihil operatur.*
4 *Contractus tunc demum prorogat iurisdictionem, cum contrahentes reperiantur præsentes in loco contractus, alioquin contra absentes nihil operabitur.*
Quod intellige in Tribunali inferiori, secus in superiori, puta in Regia Audientia, siue in M. C. tunc enim non potest peti remissio, neque à Barone, nisi Baro habeat superhoc spetiale priuilegium.
5 *Nulla incusatio, seu liquidatio, nullam parit poenam.*
6 *Paria sunt non esse & nullum esse, & non entis nullę sunt partes.*
7 *Rescisso principali contractu, rescinditur poenalis causa, & omne accessorium.*
8 *Decretum Sac. Reg. Conc. Neap.*

CONS.

CONS. XXV.

Pro Marcello Cestron.

ARGVMENTVM.

Liquidatio, seu præsentatio instrumenti extra forum conuẽti an sustineatur ex pacto, ꝙ debitor possit conueniri vbiq; locorum, & in omni Curia, & foro. Et quid si fuerit instrumentum pręsentatum in loco contractus, vbi examinatur quæstio an, & quando contractus proroget iurisdictionem. Nunquid ex nulla instrumenti præsentatione, siue accusatione debeatur pœna. Et ad hoc Decisio Sacr. Reg. Conc.

Liquidatio instrumenti facta in Curia Ciuitatis Caleni ad instantiã Francisci Antonii de Laurentio contra Marcellum Cestroñ de Terra Roccæ Monfiuæ fuit per Magnam Curiã
1 Vicar. declarata nulla ex defectu iurisdictionis,& prouisum, quod Matthæus Zambrotta Actuarius restituat penam ducatorũ centũ, verùm Zambrotta pertinaciter resistendo traxit iudicium ad Sacrum Concilium, & coram delegato Ill. Principis Hostiliani vtilis Domini prædictæ Terræ Roccæ Monfine pro interesse ipsius Principis.

Pro iustificatione decreti M. C. considerare oportet, quod liquidatio instrumenti seu rescissio contractus facta in Curia Ciuitatis Caleni
2 contra Ciuem Roccæ est de iure nulla,ex defectu iurisdictionis *l.fin.ubi latè Hippol. ff. de iurisd. omn. iud.* Quid enim vult Calenum à Rocca?

Ad quod procurator Principis duo opponebat, alterum, quod in instrumento adsit clausula, & amplissima facultas conueniendi vbique locorũ, & in omni Curia,& foro, *l. si quis in conscribendo C.de pactis*,alterum quod contractus fuerit celebratus in ipsa Ciuitate Caleni, in qua fuit secutum iudicium liquidationis, seu rescissionis,& per consequens, quod talis liquidatio ritè processerit in loco contractus *§.hęc considerantes auth.ut omn. obedi.iudi.cum sim.*

Quæ quidem oppositiones, quãuis prima fronte videantur aliquid facere, tamen de iure non militant, & licèt possint mulcere aures procuratorum, non tamen possunt capere Iurisconsultos.

Et quoad primum,facultas illa cõueniendi vbiq̃ue locorum, & in omni Curia,& foro reiicitur à iure, adeo ꝙ nihil operetur, *tex.est in l.si conuenerit ff de iurisd.omn.iud.ubi gl.respondet ad*
3 *contraria*,& latius in *Repetit. nostra ad l.non dubium* ibi *nullum contractum C. de legi.*

4 Quoad secundum,contractus tunc demum prorogat iurisdictionem,cum contrahentes sint, & reperiantur in loco contractus,cæterum vbi conuentus non reperiatur in eo loco, vt in casu nostro,contractus nihil operabitur *l. hęres absens §. primo ff. de iud. c. primo §.contrahentes, ubi latè DD. de for.compet. lib.6.* quæ omnia sanè intelligas procedere in Tribunali inferiori,vt in casu nostro, secus vero vbi creditor adeat tribunal superius,puta Regiam Audientiam, siue Mag. Curiam, tunc enim non potest opponi exceptio declinatoriæ fori, neque à Barone per P*ragm.* 1. *de instr. liquida. ubi D. Reg. Rouitus post Carani. in Ritu 166.q.* 13. Quod intellige verum, nisi Baro habeat in priuilegium cognoscendi etiam de huiusmodi caussis in specie, prout ita decisum refert *D.Rouitus loco cit.*

Ex

Ex his planè constat Zambrottam Actuarium iure fuisse condemnatum
5 ad pœnæ restitutionem, nulla enim liquidatio, nullam potest parere pœnam, pro cuius quidem retentione
6 Actuarius caret titulo. Paria enim sũt non esse, & nullum esse, & non entis nullæ sunt partes, *uulg. l 4. §. condemnatum ff. de re iud. l quoties ff. qui satisd. cog. l. si aut nullum C. de leg. her. l iubemus §. prędia C. de sacros. Eccl* et in terminis *est tex. in l. ea quidem* ibi *poenę exactio C. si manci. ita fuer. alie. Bar. in d. l. si conuenerit*. Et in specie est doctrina *Bal. in l. 1. col. 4. uer. quęro utrum*
7 *C. de inoff. dona.* vbi rescisso principali contractu, rescinditur etiam pœnalis causa, & omne accessorium. Quod refert, & sequitur *Hippol singu. 17. uers. Quibus adde*, et latissimè diximus *Fest. lect. lib. 2. cap. 3. & cap. 7. in princip.*
8 Ex quibus per Sac. Conc. fuit confirmatum decretum Mag. Cur. & Zambrotta restituit pœnam nulliter exactam. Penes Lanzettam in Mag. Cur. vbi sunt cumulata consimilia Decreta Sacri Conc. me patrocinante lata, et in Sac. Conc. Apud Acta Carboni. Quod est valde notandum.



SVMMARIVM.

1 *Venditio cum pacto de retrouendendo est perfecta, & ex ea transfertur dominium.*
2 *Rei suę quilibet est moderator, & arbiter, etiam abutendo.*
3 *Emptor cum pacto de retrouendendo non potest rem deteriore.*
4 *Pactum de retrouendendo, & enormissima læsio præstant argumentũ vsurariæ prauitatis.*
5 *Non entis nullæ sunt partes.*
6 *Pactum de retrouendendo dicitur intentatum per oblationem compensationis.*
7 *Exceptio infringens totaliter sententiam non potest opponi post sententiam.*
8 *Exceptio incompetentis actionis non potest oppom post litem contestatam.*
9 *Exceptio pretij non soluti non potest opponi post sententiam.*
10 *In obligationibus facti re perempta succedit obligatio ad interesse.*
11 *Alternatiuę facultas per litis contestationem expirat.*
12 *Obligatus ad factum, contestata lite præcisè compellitur ad interesse.*
13 *Exceptio animo calumniandi opposita reijcitur.*
14 *In factis indiuiduis quilibet ex hæredibus tenetur in solidum.*
15 *Laborare quis non præsumitur ad hoc vt de pauperetur.*
16 *Decretum Reg. Audientię Calab.*

CONS. XXVI.

Pro Marchione Soreti.

ARGVMENTVM.

Emptor cum pacto de retrouendendo non potest rem emptã deteriorare, & multo minus extinguere. Enormissima lęsio, siue modicitas pretij cum pacto de retrouendendo arguit vsurariam prauitatem. Exceptio penitus infringens sententiam an possit opponi post sententiam. Et quid in exceptione pretij non soluti. Et an exceptio incompetentiæ actionis posit objici post litem contestatam. Nunquid obligatus ad factum, contestata lite præstando interesse liberetur. Et num alternatiua

expi-

expiret litis contestatione. An in factis indiuiduis aliquis ex hæredibus teneatur vltra portionem hæreditariam, siue insolidum, & ad hoc Decisio Regiæ Audientię Calab.

D. Andreas Arduinus Marchio Soreti vendidit domos cuidam Rutilio Cosentino pro ducatis bis mille, cũ pacto tamẽ de retrouẽdendo, quæ quidẽ domus fuerunt combustæ emptoris culpa, quæ in dubio sẽper præsumitur *Afflict. decis.* 57. *Anna sing.* 694 Proinde conuentus emptor fuit condemnatus venditori ad interesse liquidandum, quod tandem fuit liquidatum in ducatis mille deducto, pretio. Et quia mortuo emptore hæres opponebat habere fratrem minorem cohæredem in eo iudicio non conuentum, & inauditum; per Curiam fuit prouisum quod decretum mandetur excequutioni pro ducatis 500. pro rata maioris conuenti, saluis iuribus pro aliis quingentum respectu minoris.

1 In executione hæres condemnatus duo opponit. Primo quod venditor nullam habeat actionem; stante quod venditio cum pacto de retrouendendo est perfecta, & ex ea fuit translatũ dominium *gl. in l.* 1. *C. de peri. & com. rei vend. Couar. Pract. quæst. cap.* 3. *n.* 6.

2 quos refert, & sequitur *Thesaur. decis.* 140, *num.* 3. *& latius diximus in consil.* 45. Igitur cum rei suæ quilibet sit moderator, & arbiter, etiam abutendo *vulg. l. in re mandata, vbi DD. C. mandati*, consequens est, vt emptor licito iure domum suam combusserit, ideoque ad aliquid non teneatur, & tanto magis quod Marchio venditor non intentauerat pactum de retrouendendo.

Secundo quatenus ex eo pacto de retrouendendo teneretur, tunc, & eo casu offert reficere domum. Quæritur vtrum actori competat actio, & quatenus competeret, vtrum conuentus sit audiendus in oblata refectione domus post condemnationem ad interesse.

3 Quoad primum, emptor domorum cum pacto de retrouendendo, domibus sua culpa peremptis, procul dubio tenetur; Quod patet ex eo, quia si nõ potest rem deteriorare, puta multas, & grandes arbores amputare in damnum venditoris, vt per *Cepol. in tract. de seruit. rust. prædio tit.* 22. *q.* 6. *per Cagno. l.* 2. *C. de pact. inter empt. & vendito; & per Tiraq. de Retract. conue.* §. 3. *gl. vni num.* 23. *&* 24. *deniq; per Affl. in const. Iustitiarijs n.* 18. ergo multo minus potest rem extinguere in præiuditium pacti de retrouendendo, quod aliter non posset seruare, ad quod est *tex. in l. diuortio* §. *si fundum ff. sol. matr.* vbi latẽ DD. Et tanto magis, stante

4 enormissima lęsione, vt in casu nostro, ex quo domus vendita pro duc. 2000. valet vltra ducatos 4000. prout est plenissimẽ verificatum, quod non transit sine delicto, ex regula, quod ex modicitate pretii cum pacto de retrouendendo præsumitur contractus vsurarius, vt per *Affl. decis.* 40. *&* 65.

5 Et quatenus opponeretur; quod non fuit intentatum pactum de retrouendendo; respondetur, quod tale pactum re perempta, non potest exerceri, vt per *Tiraquell. loco citato num.* 23. *in princ. etenim non entis nullæ sunt partes l. eius, qui in princ.* §. *quod si ff. si cert. pet.* Imò respondetur quod pactum fuit intentatum per oblationem in li-

6 bello factam de compensando, & ex computando pretio in valorem domus combustæ, non enim tenebatur actor offerre pretium ducatorum bis mille, cum penes conuentum extabat longe maior quantitas valoris domus, sed satis fuit offerre compensationem, & excomputationem pro illa parte *tex. est in l.* 1. 2. 3. *ff. de compens.*

7 Qui-

7 Quibus addo, quod talis exceptio veniens de directo ad instingendam totaliter sententiam non potest opponi post sententiam *Castr. in l. Nesennius §. fin. ff. de re iud. Ias. in l. si duo patroni §. si quis iurauerit ff. de iureiura.* cum cęteris per eum cumulatis, fa-
8 ciunt dicta per *Surdum decis. 332.* Amplius ista exceptio, per quam conuentus concludit actionem non competere, non potest opponi post litẽ contestatam *Bar. in l. mater decedens ff. de inoff. testam. idemque in l. posthumus §. si quis ex his eo tit. post Innoc. in c. super his de accus.* & multo minus post sententiam, vt in casu nostro. Imò à for-
9 tiori, dico quod nec exceptio pretij non soluti potest opponi post sententiam, si *Bartolo credimus in d. l. si duo patroni §. si quis iurauerit ff. de iureiura. post Specul. tit. de executio. §. fin.* quos singulariter loquentes dicit *Ias. in §. actionum num. 123. Inst. de actio.*
10 Quoad secundum condemnatus ad interesse domus combustæ nullo modo est audiendus in prætensa refectione, ex quo non est in tempore, quoniam in obligationibus faciendi, re petempta, succedit obligatio ad interesse *Bar. in l. stipulationes non diuiduntur num. 10. ff. de verb. oblig. per DD. in l. prima ff. de actio. empt. & per Gomes. var. resol. cap. 2.*
11 Item hæc alternariua, quæ est in potestate conuenti, reficiendi domũ, vel soluendi interesse, litis contestatione expirauit, & multo magis condemnatione, vt in casu nostro; *tex. est in l. si quis stipulatus fuerit decem in 2. resp. ff. de solutio. l. si quis sibi, aut Titio ff. de verb. oblig. repetita in l. si quis*
12 *sibi, aut Titio ff. de solutio.* Quid plura? conuentus nullo modo est audiendus in prætensa refectione domus post litem contestatam, *tex. est rotundus in proprijs terminis in l. si insulam ff. de verb. oblig. vbi Bal. quem refert Ias. in d. l. stipulationes num. 6. glo. singularis in l. fideicommissa §. fin. ff. de leg. 3.* quæ dicit, quod obligatus aliquid facere, post litem contestatam præcisè tenetur ad interesse, faciunt dicta per *Afft. decis. 174. in fi.*
13 Denique omnis exceptio animo dilatandi, et calumniandi opposita est reijcienda, vbi constat de manifesta calumnia, vt in casu nostro. Quid enim inrerest soluere pretium, vel reficere domum, si in refectione domus idem pretium est necessarium? *Bar. & Alex. in l. defendente ff. de auctio. tuto. Inno. & Imo. in c. post electionem de*
14 *concess. præb.* Quod eo magis militat in casu nostro, stante quod conuẽtus hæres ex parte, vt diximus in princ. teneretur ad refectionem integræ domus, ex regula quod in factis indiuiduis quilibet ex hæredibus tenetur insolidum *l. fideicom. §. fin. ff. de leg. 3. Bar. in d. l. stipulationes num. 12 vers. itẽ tota domus.* qui loqtur in proprijs terminis nostris *ff. de verb. oblig. gl. in*
15 *l. 2. §. fi. ff. de verb. oblig.* Ex quibus colligitur omnia opponi ad dilatandum executionem sententiæ, cum non sit verisimile, vt condemnatus ad 500. pro rata domus, velit reficere integram domum cum magno labore, & impẽsa ducatorum 4000. & vltra *arg. l. fin. vers. ne doleant C. de alluu.* vbi Accũt. affert, carmen illud Catonianum.

Cum labor in damno est, mortalis crescit egestas.

16 Ex quibus Marchio obtinuit. Penes acta Reg. Audientiæ Calab. vlterioris.



SVMMARIVM.

1 *Possessor rei emphyteuticæ, qui emit absque onere annui canonis, post quã rem alienauit videtur non teneri neque personali, neque reali actione.*

2 *Sed verius tenetur personali actione pro tempore, pro quo possedit.*

Res transit cũ suis vitijs, & oneribus.

Res transit cum sua causa ad quoscunq; transeat.

Decisio Reg. Cameræ Summar. Neap.

3 Actione hypotecaria super re, erit cautum de omnibus.

4 Sufficit narrare simpliciter factum, licet non exprimatur nomen actionis, neque formetur solennis libellus.

5 Inuehit Auctor contra nequam, & ignaros Iudices.

6 Dolo desinens possidere tenetur ac si possideret.

7 Directus Dominus non tenetur consentire in manus mortuas.

8 Alienans post litem contestatam tenetur, ac si possideret...

CONS. XXVII.

Pro D. Cornelio Vitignano.

ARGVMENTVM.

Emens rem emphyteuticam absq; onere, nullaq; facta mentione emphyteusis, & Canonis debiti, postquam rem alienauit, quanam actione teneatur pro tempore, quo possedit, & ad hoc Decisio Reg. Cam. Summar. Qui dolo desijt possidere, quiue post contestatam litem alienauit num teneatur ac si reapse possideret. Nunquid Dominus directi teneatur assentire alienationi factæ in Ecclesiam, siue in manus (vt aiunt) mortuas. An sufficiat qualisqualis petitio per simplicem facti narrationem, citra nomen actionis, formamque solennis libelli.

NEmit fundum in Castro Turris octauæ, nulla facta mentione annui Canonis emphyteotici perpetui ducat. 80. super eo debiti Don. Cornelio Vitignano directo Domino.

Quibus sic stantibus conuentus possessor à directo Domino ad solutionem annui canonis, contestata lite alienauit fundum Monasterio, siue Ecclesiæ. Et per directum Dominum instatur condemnari ipsum conuentum, saltem ad census debitos pro tempore, quo possedit.

1 Opponit ex aduerso conuentus se nullo iure teneri, nec in actione personali, quia cum ipso non est contractus; neque in actione reali, quia alienauit.

Pro Actore dicebam quod pro cõsecutione annui Canonis ei competit contra possessorem condictio ex lege, quæ quidem est actio personalis ex illo primo contractu ea lege celebrato, *Ias. post Bar. in l. vn. num. 8. ff. de* 2 *cond. ex lege. Ias. in l. fi. num. 68. C. de iure emph. idemq; in l. iurisg. §. quinimo num. 17. ff. de pactis*, quos sequitur *Clar. in §. emphyteosis q. 47.* et in simili dixit *Affl. ex mente Iser. in Const. Regni in aliquibus num. 34.* Quæ quidem cõdictio, seu personalis actio transfertur ad quoscunque possessores; ad quos res peruenit, licet cum ipsis non sit aliquis contractus ex regula *tex in l. si me, & Titium ff. si cer. pet. vbi Bar. num. 4. vers. licet hic non præcesserit contractus*, et in proprijs terminis *Azo. in sum. C. de iure emphy. num. 12.* ad quod allegat *tex. in l. Pomp. §. cum quis ff. de acq. poss.* vbi habetur quod res ad quoscunque transeat, semper transit cum suis vitiis, et oneribus, alioquin locupletaretur quis cum aliena iactura, quod à naturali æquitate longè abhorret *vulg. l. iure naturæ ff. de reg. iuris*. Res enim semper transit cum sua causa *l. si conuenerit §. si fundus ff. de pigno. act.* Idque toto iure ciuili ita se habet

habet inquit *Pomp. in l. alienatio ff. de contr. emptio.* Et in spetie quod alienans fundum obligatum ad annuum canonem teneatur ipse ad census pro tempore, pro quo possedit, personali actione, non autem ille, in quem fuit alienatum, dicit *Specul. §. nunc aliqui q. 12. num. 21. & q. 9. num. 18. de emphyt.* quem sequitur *Guido Papa decis.* 9. optimè *Corbulus de iure emphyte. q. 6. de caus. priua. ob non solu. cano.* hisce verbis. *Pro tempore, quo fuit cessatum per primum possessorem, soluet primus, vel eius hæres, non autem secundus, cui fuit res concessa, quia personalis actio non sequitur possessorem l. fi. ff. de contr. empt. l. 1. §. si hæres percepto fundo ff. ad Trebell. Surdus decis. 32. post Affl. decis.* 95. vbi concludit quod onus soluendi canonem sequitur quoque singularem possessorem, & latius ibi *Vrsil.* Itaque tenetur successor singularis, etiam quod cum eo non sit cōtractus, et quod emerit absq; onere, & hoc pro tempore, pro quo ipse possedit, ex regula *tex. in d. l. si me, & Titiū ff. si cer. pet.* Quā opinionem ex mente Rotæ Reg. Cam. Sum. Neap. sequitur *D. Reg. Salernit. in Decisionibus editis post hæc à me scripta decis. vlt. in fin.*

3 Respectu vero censuum ante possessionem, vbi directus Dominus nolit persequi olim possessorem, aget hypotecaria super re, super qua erit cautum de omnibus ante, & postea debitis *l. Imperatores vbi DD. ff. de publ. & vectig. Affl. vbi sup. arg. l. quamuis, & l. distractis C. de pigno.* Nec omiserim, quod quomodocunque directus dominus agat, narrando simpliciter factum, de æquitate debet obtinere *c. dilecti vbi DD. de iudi.* & in proprijs terminis *Affl. d. decis. 95. post num. 7. et Surdus d. decis. 32. post num. 9.* & latius diximus *in cōs. 34.*

5 Quod nequam Iudices nesciūt, quærentes solennem libellum, contra quos inuehit *Salom. Eccles. cap. 7. Noli quærere fieri Iudex, nisi valeas virtute dirumpere iniquitatem &c.*

6 Et tantò magis in casu nostro vbi conuentus quasi dolo desijt possidere, quod patet quia alienauit post cōpilatum processum, & in limine ferendæ contra ipsum sententiæ, succedit iuris regula, quod qui dolo desiit possidere, habetur pro possessore *l. qui dolo l. qui parem ff. de reg. iuris §. is, qui dolo ff. de rei vendi. Bar. in l. qui petitorio ff. eod. Ias. in l. quod te nu. 6. ff. si*

7 *cer. pet.* Eo maximè quia alienauit in Ecclesiam, quo quidem casu directus dominus non tenetur consentire in manus mortuas, vt post alios tradit *Andreas Capanus Patritius ornatissimus, non minus generis splendore, quam iuris prudentia clarus in suo luculentiss. Tractatu de iure Releu. q. 27.*

8 Quid plura? cōuentus alienauit post litem contestatam, imo post compilatum processum, quo quidem casu continuatur instātia contra ipsum cōuentum, ac si possideret, ideoque tenetur tanquam possessor *Bar. in l. quāquam §. Iulianus ex eo tex. ff. de aqua plu. arce; & ibi Paul. de Castro.* Hæc in casu peregrino annotare volui, quæ apud alios non facilè inueniuntur. Ex quibus constat quid sit decernendū, etiam ex sententia Reg. Cameræ Summariæ Neap. desuper relatæ.



SVMMARIVM.

1 *Leges futuris dant formam negotijs, non autem ad præterita reuocantur.*
2 *Verum quoad executionem habent locum in actu præterito.*
3 *Lex noua trahitur ad præterita quatenus pendet de futuro.*
4 *Tempus executionis attenditur.*
5 *Noua lex non retractat, quod iam gestum est, secus vero in executione facienda.*
6 *Verba illa in Regijs Pragmaticis* che da hoggi auanti *quid significent.*

8 *Noua lex non obligat ante bimestre.*
7 Lex *noua trahitur ad contractus de praeterito quatenus eorum executio pendet de futuro.*
9 *Quotiespecunia peruenit ad vnum ex obligatis, caeteri habentur loco fideiussorum.*
Ideoque gaudent beneficio discussionis.
10 *Fideiussor indemnitatis gaudet beneficio discussionis, licet ei renunciauerit. Et quare.*
11 *Iuramentum assumit naturam contractus, super quo interponitur.*
12 *Decretum Sacri Reg. Concil. Neap.*

CONSILIVM XXVIII.

Pro Doctore Prospero Iamcito.

ARGVMENTVM.

Nunquid noua lex, quae regulariter futuris consulit negotijs trahatur ad praeterita, quatenus pendet de futuro. Et num respiciat contractus ante legẽ, respectu exequutionis contingentis post legem. Quotiens pecunia peruenit ad vnum ex pluribus obligatis insolidum, cęteri habentur loco fideiussorum. Fideiussor indemnitatis gaudet beneficio discussionis, licet ei quantumuis renuntiauerit. Et ad haec Decisio Sac. Reg. Concil.

IN anno 1604. V. I. D. Prosper Iamcitus Syndicus cum coeteris de regimine, & alii particulares Terre Sancti Georgii vendiderunt Laudonio de Laudonio eiusdem Terrae annuos duc. 70. pro pretio ducatorum 1000. Et licèt praedicti Syndicus, & alii appareant obligati proprio, priuato, & principali nomine, re vera pecunia fuit accepta pro vsu, & necessitate vniuersitatis, in cuius beneficium fuit statim versa. Proinde obligati petunt non molestari virtute Regiae Pragmaticae 12. *sub tit. de administrat. vniuers.* per quam annullantur obligationes particularium, quoties pecunia re uera sumitur pro causa vniuersali.

1 Quicquid opponi potest in eo consistit, quod instrumentum sit de anno 1604. & Regia Pragmatica de anno 1606. leges enim, & constitutiones futuris dant formam negotiis, non ad facta praeterita reuocantur *l. leges, & constitutiones C. de legi. l. Sancimus C. de sacr. Eccl. Auth. de his, qui nupt. ite. c. fin. de const.* Verũ hoc de iure non obstare demonstrabitur ex infrascriptis.

2 Primo Regula est, quod noua lex, siuè statutum quòad exequutionem habet locum in actu praeterito, respectu exequutionis futurae, prout in casu nostro. Nam Regia Pragmatica impedit exequutionem, dum dicit, q. contra particulares obligatos non possit exequi, ergo cum hodie petatur exequutio, & sic post Regiam Pragmaticam, seruanda est ipsa Pragmatica, licèt contractus sit de praeterito, *ita Abb. & DD. in d. cap. fin. de constit. per glos. notab in cle.* 2. in verbo in posterũm in fine *de aetate; & qualitate*, facit quod dicit *Bald. in l. illam in verb. ex hoc infertur C. de donat.* & in propriis terminis est *tex. ad literam in*
3 *l. pen. C. de vsuris*, quem ita summat Bal. *lex noua trahitur ad praeterita, quatenus pendet de futuro.*

4 Secundo Regia Pragmatica annullat talem contractum, vndè licet pro tempore ante Regiam Pragmaticam sit nata actio, & venerit dies, tamen in anno 1606. non potuit venire dies, obstante, & resistente Regia Pragmatica, quia sumus in cõtractu censuali, in

in quo singulis annis venit dies respectu exequutionis *l. cedere diem, vbi glos. & DD. ff. de ver. oblig. l. si Sticchum* §. 1. *vbi latè DD. ff. eo. tit. Bar. in l. ita stipulatus ff. eo. Alcia. Parado. lib.* 1. *cap.* 5. Itaque cum tractetur de liquidatione instrumenti pro annatis maturatis post Regiam Pragmaticam meritò nulla potest competere actio, obstante, & resistente dicta Regia Pragmatica.

5 Tertio quod dicimus nouas leges respicere futura negotia, non autem præterita, est sanè intelligendum, vt non possit retractare, quod iam gestum est, non autem respectu futuræ exequutionis, vt in casu nostro, & ita ad literam dicit *glos. in d. clem.* 2. in verbo *in posterum* in fine *de ętate, & qualitate*, & latius dixi in *Repet. d. l. leges, & Const.*

6 Quarto verba, quæ in nouis legibus apponi solent, nempè *che da hoggi auanti &c.* sunt posita ad finem, vt noua lex statim emanata obliget, nã alioquin non posset obligare in Pro-

7 uincijs, nisi post bimestre, à die publicationis, per *tex. notab. in auth. vt factæ nouæ constitutiones D. de Franch. decis.* 360. merito nihil faciunt in contrarium, vt benè ponderat *Feli. in d. c. fin. de constitut.* & in casu pragmaticę illa verba *da hoggi auanti* sunt posita respectu pœnæ Relegationis, & Triremis contra transgressores, quæ pęna non respicit, nisi contractus in poste-

8 rum faciendos, non autem sunt posita respectu cõtractus de præterito, quoties exequutio ciuilis pendet de futuro, vt in casu nostro, pro quo est doctrina Bar. *in l. omnes Populi num.* 45. *ff. de iust. & iur.* vbi dicit, quod noua lex habet locum in instrumentis confectis ante statutum, quoties causa, & exequutio contingit post statutum, quod indistinctè procedit in contractu censuali pro debito maturato post nouã legẽ, prout in casu nostro, *per tex. notab. in d. l. pen. C. de vsuris.*

9 Præterea cum pecunia sit versa in vtilitatem vniuersitatis, obligati de iure habentur loco fideiussorum, & per consequens debent gaudere beneficiis fideiussorum, quibus non fuit renunciatum, potissimum verò discussionis principalis, ad quem pecunia peruenit, *Hippo. de Marsi. singul.* 2. *idemque in rub. de fideius. num* 65. *&* 370. *glos. in auth. de fideius. in verbo fideiussorem Bar. in l. in duobus* §. 1 *q.* 7. *ff. de duob. reis Guid. Pap. dec.* 570. *nu.* 6. *facit tex. in l. sed Iulianus* §. *item si duos ff. ad Macedon. et decis. D. de Frãch.* 55.

10 Denique non obstat quod Sarrus Mercorella reperiatur postea obligatus de eximendo creditorem indemnem, & illæsum, & renunciauerit discussioni principalis, omniq; legum auxilio, siquidem non obstante renunciatione potest nihilominus eam opponere, quoniam talis renunciatio reiicitur à iure, vti ea, quæ repugnat naturæ eius contractus de eximendo aliquem indemnem, & illæsum, alioquin non esset fideiussor indemnitatis, sed principalis debitor *Bar. in l.* 1. *c. de conu. fisci debi. lib.* 10 *Bal. in l.* 1. *c. de sent. quæ sine cer. quant. optimè Roman. cons.* 241. *nu.* 6. per hæc verba *casum tamen habeo, quod quantumcunque per fideiussorem promittentem indemnitatem renunciatum fuerit benefitio discussionis, nihilominus ipse fideiussor conueniri non potest prius quàm principalis debitor, & eiusdem bona discussa, hic est tex. de quo Bar. facit magnum festum in l.* 1. *C. de conuen. fisc. debit. etc. Idem Rom. cons.* 211. *num.* 2. *latè Hippol. de Marsi. in Rub. de fideiusso. nu.* 23. & latius scripsimus *Fest. lect. lib.* 1. *c.* 12

11 Nec quicquam facit iuramentum, quod quidũ reiicitur, quemadmodũ ipsa renunciatio, ex regula quod iuramentũ sumit naturã contractus, super quo interponitur *l. fi. C. de nõ num. pec.* optimè *Ias. in l. fi. q.* 7. *C. de iur. emphyt.* cum cęteris eo congestis.

12 Ex his conuenti fuerũt per S. C. absoluti. Saluis iuribus contra vniuersitatem, Penes Simeonum.

SVMMARIVM.

1 *Culpa penes eũ est, qui delicto dat caussam.*

2 *Primo aggrediens tenetur &c.*

3 *Quod porrigitur etiam ad bruta animalia.*

Offensus præsumitur aggressor.

4 *Vilissimis hominibus non datur actio iniuriarum contra nobiles, & probos viros.*

5 *Sordidis homuncionibus damnum famę non est iniuria.*

6 *Licet aliquando propria auctoritate vlcisci &c.*

Decretum Cur. Archiep. Neap.

7 *Occidens patrem famil. tenetur filijs ad interesse per tempus quo occisus poterat viuere &c.*

8 *Prouocatus licito iure se defendit,*

9 *Ictus corrigię non dirigitur ad necem, ideoque percutiens non tenetur de homicidio.*

10 *Appellatione vulneris non venit vulnusculum.*

Appellatione domus non venit domuncula.

Statutum contra falsantem monetam non militat in moneta minima &c.

Parum, & nihil æquiparum &c.

11 *Negligens curam sibi imputet, si ex negligentia decedat.*

In dubio non præsumitur quis mortuus ex vulnere.

Quę casu non culpa contingunt, noxæ non ascribuntur.

12 *Decretum Sacri Regij Conc. Neap.*

CONS. XXIX.

Pro D. Augustino de Abenante, & Pro Michaele Iordano.

ARGVMENTVM.

Culpa semper penes prouocantem, siue aggressorem, qui delicto dat caussam, quod porrigitur, vel etiam ad bestias. Vilissimis homuncionibus, num detur actio iniuriarum aduersus viros nobiles. Sordidis plebeis damnum famæ num irroget iniuriam. Ictus Corrigiæ non dirigitur ad necem, ideoque ea percutiens non tenetur de homicidio. Appellatione vulneris an veniat vulnusculum. Percussus negligens curam sibi imputet, si ex negligentia decedat. Quæ casu non culpa contingunt, noxæ non ascribuntur. Et ad hæc decisiones Cur. Archiep. & Sacr. Reg. Concil Neapol.

REu. D. Augustinus de Abenante Sacerdos Neap. vir quidem sinceriori vita, & optimis moribus fuit querelatus in Archiepiscopali Curia Neapolitana ad instantiam cuiusdam sutoris vulgo calceolarij, sub prætextu, quod dum Sacerdos repetebat à calceolario formam calcei sibi denegatam, fuissent simul rixati, & inter rixandum ipse Sacerdos intulisset alapam querelanti.

1 Pro querelato dicebam, nullam querelæ habendam rationem, tum quia primordium, & caussa rixæ respicit culpam, & fraudem querelantis temerario ausu denegantis debitam calcei formam, quo quidem casu nullum est de iure delictum *l. si ex plagis §. 1. ibi culpa .n. penes eum, qui prior &c.*

2 *ff. ad l. aquil.* Ad quod est notab. doctrina *Bar. in l. cum pater §. libertis in fin. ff. de leg. 2. ex eo tex.* vbi si duo caueriat ad inuicem de se non offendendo, & postmodum hinc inde se se percusserint, ille soluet pœnam, qui primo

mo aggressus fuerit, & pugnæ causam
3 dederit. Quod vel etiam ab bestias, & & bruta animalia naturali ratione porrigitur *l. 1. §. cum arietes vbi Alex. post Bart. ff. si quadr. paup. fec. dicat.* Cōstat autem de prouocatione, quæ vel etiam in dubio præsumitur, nimirum ille præsumitur aggressor, qui offensus, & percussus fuerit. *Menoch. de Arb. iud. lib. 2. cent. 4. casu 363. Anna*
4 *sing. 693.* Tum etiam quia sordidis hominibus, & abiectioribus plebeis nulla de iure videtur competere iniuriarum actio aduersus virum nobilem inculpatæ vitæ, & optimæ conditionis, qui iustitiæ zelo percitus vlciscatur, vt in casu nostro. *arg. l. non debet ff. de dolo l. item apud §. prętor ait si quid ff. de iniur. l. quæ adulterium C. de adult. facit tex. in l. aut facta ff. de poenis l. præ-*
5 *tor §. præterea, & §. fi. ff. de iniur.* Quinimo istiusmodi homuncionibus damnum famæ non est iniuria *singul. est tex. in l. si nouerint vers. & si persona vilior C. vt intra cert. temp. crimi. quæst. terminet.* Accedat notab. sētētia *Paul. Castr. in suo cons. 190. In causa carceratorum* decernentis posse nobilem, honestumque virum propria auctoritate, ac impunè vlcisci in plebeum? eidem inferendo alapam, vbi adeundo Præsidem ipse prouocatus magis grauaretur, & res in derisum abiret *Add. ad Ang. de Malef. ver. Andreā auxiliatorem*, quos refert, & sequitur *Gram. decis. 14. nu. 11. idemq; decis. 23. circa princ.* Quibus accessit partis remissio.

6 Ex his acerrimi fisci Patroni optimi, clarissimique Iurisconsul. D. Io. Dominici Pizzellæ pacato rigore, querelatus fuit absolutus, & penitus liberatus sub R. Vicario Terragnolo Apud acta Cur. Archiep. Neap.

His subnectam cōsimilem facti speciem, Michael Iordanus nobilis adolescens filius Magnifici Fabritij Iordani Iurisconsul. inter hominum frequētiam temere impulsus, & prouocatus à quodam linteone, seu textore telarum, ad propulsandam temeritatem percussit illum in capite pluribus ictibus Zonæ, seu corrigię, ex qua percussione textor infra paucos dies diē clausit extremum. Quare percutiens
7 fuit querelatus à vidua defuncti, quæ acerrimè instabat adolescentem puniri de occiso, et nihilominus condēnari ad interesse ducat. saltem 200. annuorum per annos 50. quos occisus iuuenis viuere potuisset, ob magnam iacturam inde secutam pauperculis filiis, et filiabus parente orbatis, iuxta *tex. in l. fi. ff. de his qui deie., vel effude. & l. ex hac ff. si quadr. pauper. feci. dica. Puteus dec. 280. lib. 3. Franc. Marcus deci. Gal. 931. par. 2. Balbus decis. 333. par. 2.*

8 Ad quod dicebam percutientem non teneri, tum ratione prouocationis habitę à vili textore contra nobilem adolescentem, *l. vt vim vbi DD. inter quos Det. num. 6. ff. de iust. & iur. l. aut facta §. persona ff. de poen. Abb. in c. Clerici de vita, & honest. Cleric. Castr. in l. si seruum ff. de verb. oblig. Alex. in l. semel mora ff. sol. matr. Feli. in c. dilecti filij col. 9. de exceptio.* Iustum enim iracundię imperum temperare difficile est *l. si adulterium §. Imperatores ff. de adul.* Tum etiam quia licuit eo casu propria auctoritate vlcisci, ex his, quę superius *num. 5. diximus*, tum denique quia ictus corrigię non est directus ad necem, ideoque cessat crimen homicidii. *tex. est in l. 1. §. Diuus Adrianus ff de Sicar.* vbi si quis calce, vel cucuma aliquem occiderit, non tenetur de homicidio, quoniam non animo occidendi præsumitur id processisse, quemadmodum in facto nostro corrigia *Ang. post Bar. in l. 1. ff. de ui pub. Hip po. in Praxi §. pro complemento, Anna in Consi. siquis aliquem num. 61.*
9 Quinimo dicebam neque de vulne-
10 rato teneri, quoniam appellatione vulneris non venit vulnusculum apertus *tex. in l. 1. §. sed sciēdū in fi. ff. de edil. edict.*

edict. vbi latè DD. Appellatione domus nõ venit domuncula *l. Senatus §. Marcellus, vbi Bar. et DD. ff. de leg. pri.* Ideoque statutum contra comburentes domos non habet locum in comburentem domunculam. Quemadmodum statutum contra fallantem, seu tondentem monetam non militat in parua, minimaq; moneta, quod est *notab. Alex cons. 104. lib. 1. in fi. Menoch. de Arb. Iudi. lib. 2. cent 4. casu 315. num. 33. Anna in d. Const. si quis aliquem nu. 44.* Modica autẽ non sunt in cõsideratione *vulg. l. scio ff. de in integr. rest.* Itẽ parum, & nihil æquiparantur *Marsil. sing. 276. idemq. cons. 136. Cacher. decis. 71. num. 52. Ricius deci. Neap. 691. nu. 3.* Constat autem ex fide medicorum
11 de leui vulnere, mors autem inde secuta fuit potius ex culpa percussi negligentis curam, quo quidem casu sibi imputet *l. qui occidit §. fin. & l. si ex plagis ff. ad le. aquil. Alb. in proœ. ff. nu. 14. & in 2. parte statutorum qu. 36. vbi testatur ita decisum. Addentes ad Ang. de Malef. in ver. & ex interuallo Bos. de homic. post num. 115.* cum cæteris abunde cumulatis per *Clar. in §. Homicidium vers. scias.* in dubio autem præsumitur quis non esse mortuus ex vulnere *Menoch. de Arb. iudi. lib. 2. cẽt. 3. casu 275. num. 13. Dec. cons. 415. in princ. Bal. cons. 328. in fin. lib. 2. Gram. cons 2. num. 9. Anna singul. 664.* Tandem quę casu, non culpa contingunt noxæ non ascribuntur *Affl. noster in Const. terminum vitę, est tex. in d. l. si ex plagis §. fi. ff. ad le. aquil.*
12 Ex his obtenta partis remissione querelatus fuit absolutus ex decreto S.C. Penes acta Serici.



SVMMARIVM.

Arbor, seu descendentia familiæ Capassæ.
2 *Frater gaudens Patritiatus honoribus facit præsumi cęteros fratres gauisos esse, vel gaudere debuisse.*
3 *Et tanto fortius in pluribus fratribus gaudentibus respectu vnius.*
Maximè vero in familijs originarijs, et vbi descendentes sunt personæ ęquè nobiles, & illustres.
4 *Nobilium proprium est gaudere in patria nobilitatis prærogatiua.*
5 *Nomina continuata, & repetita in familia arguunt identitatem sanguinis.*
6 *Antiquis monimentis, & dictis Historicorum creditur.*
7 *Antiquæ Domus in quarterio, seu Regione Sedilis arguunt ius gaudendi in ipso Sedile.*
8 *Vbi honores Ciuitatis sunt diuisi in pluribus regionibus, quilibet nobilis debet gaudere in regione, in qua habitat.*
Nulla maior probatio, quàm aduersarij confessio.
10 *Insignia probant.*
11 *Iuris præsumptio transfert onus probandi contrarium in aduersarios.*
12 *Testes de auditu, fama, & existimatione probant.*
13 *Animus non corporis assistentia facit ciuem.*
14 *Iuribus quę sunt facultatis ex non vsu nullum infertur praiudicium.*
15 *Quæ generis sunt maiorum negligentia non tolluntur.*
16 *In dubio pro admissione ad Patriciatum, & ordinem est decernendum.*
17 *Decisiones Sac. Reg. Conc. in consimilibus factis.*
18 *Sententiæ Sac. Reg. Conc. faciunt ius vniuersale in Regno.*
19 *Epilogus iuxta præceptum Accursianum.*
20 *Harmonia resultat in iure ex pluribus præsumptionibus, indicijs, & adminiculis, ex quibus optima fit probatio.*



CONS.

CONS. XXX.

Pro Fabio & Francisco Capassis.

ARGVMENTVM.

Iura pro Fabio, & Francisco Capassis nepotibus Annibalis super reintegratione ad honores Sedilis Portænouæ, ex quã plurimis actibus possessiuis in persona trium germanorum fratrum Annibalis stipitis, ex quibus triplicata oritur probatio pro ipso Annibale, potissimum verò ex originalitate familiæ in ciuitate, atque adeò in ipso Sedile, & contestata Actorum, ipsorumque maiorum nobilitate. Quibus accedant peruetustæ ædes in Regione Sedilis, identitas insignium, repetita nomina Ill. familiæ peculiaria. Veterum monumentorum, & Historicorum testimonia, publica vox, & fama, atque communis omnium opinio, quorum singula ad victoriam sufficere demõstratur. Denique iuris præsumptio, & consimilium casuum Decisiones latæ à Sacro Regio Concilio Neapolitano subnectuntur, quæ in Regno pariunt ius vniuersale. Ex quibus planè Harmonia resultat. nulla penitus de iure habita ratione intermissionis bonorum ob absentiam ab Vrbe Neapolis; tum quia animus, nõ corporis assistentia facit Ciuem, & Patritium; tum etiam quia iuribus, quæ sunt facultatis ex non vsu, nullum infertur præiudicium; tum denique quia in ijs, quæ generis sunt, maiorum negligentia posteris non præiudicat.

ANnibal Capassus Auus Actorum præuia licentia Regia petijt reintegrari ad honores Plateæ Portænouæ, quibus eius maiores gauisi fuerunt.

Dato termino in causa.

1 Producuntur tria instrumenta, ex quibus planè constat, Aloysium Capassum nobilem Neapolitanum filiũ Iesuelis Capassi, & Mideæ de illustri familia Catanea olim Sedilis Capuanæ, ex Diana de Alexandro Sedilis Portus genuisse Iesuelem, Hieronymum, Robertum, & Annibalem, Ex quibus Annibal Actorum stipes è Magdalena de Illustri familia de Magris ex antiquissimis Baronibus Castri S. Mariæ in Grisone, aliorumque feudorum genuit Fabium, qui ex Camilla Bilocta nobili Beneuentana suscepit Annibalem iuniorem, qui ex Victoria de nobili familia Baraptutia genuit Franciscum, qui ex Fuluia de Sabarianis pariter nobili Beneuentana genuit Fabium, & Franciscum iuniores, pupillos actores solos in familia.

Constat autem ex præfatis quatuor fratribus Iesuele, Hieronymo, Roberto, & Annibale, tres priores fuisse potitos Sedilis honoribus, etenim Iesuelis, & Hieronymus cum cæteris nobilibus Sedilis in anno 1502. constituũt procu-

procuratorem Iacobum Coppulam eiusdem Sedilis ad præstandum iuramentum fidelitatis Regi Ludouico nomine ipsius sedilis.

Robertus verò tertius frater fuit pariter gauisus Sedilis honoribus, prout ex actis, & testibus in Regia Camera, immo ex fide eiusdem Sedilis testantis Robertum esse Ciuem originariũ Neapolitanum nobilem ipsius Sedilis Portæ nouæ.

Constat etiam prædictum Robertum fuisse gauisum Sedilis honoribus ex testibus ita deponentibus in causa ciuilitatis Neapolitanæ in Regia Camera.

2 Succedit iuris regula quod vbi frater gaudet, cæteri fratres gaudere præsumuntur *Ang. in Auth. vt liceat matri, & auiæ* §. 1. *in fine*, quem refert, & sequitur *Affl. in Constit. Regni prosequentes q.* 7 *num.* 16. *de pugnis sublatis*, & post ipsum *Tiraquell. de nobil. cap.* 17. *num.* 3. *& cap.* 37. *num.* 14. *Aym. Crau. conf.* 206. *num.* 7. *Bernar. Bombi. conf.* 71. *Federic. Viual. in suo sing. Responso pro Camillo Villano num.* 10.

Et tanto magis in casu nostro, vbi ex quatuor fratribus, tres reperiuntur gaudere, quartus autem cur gaudere

3 non debuit? Eoque magis in familiis originariis prout est familia Actorũ, in qua omnis cessat allectionis suspicio, & dubitandi occasio. Maximè vbi descendentes ex fratribus seruant incorruptam nobilitatem, prout in casu nostro, ex continuata Actorum nobilitate, potissimum vero ex illustribus cognarionibus per eos semper contractis, ita *Affl. in proprijs terminis in Const. Regni. Intentionis nostræ num.* 30. *de illicita porta. armo.* quem refert, & sequitur *Tiraquell. locis citatis Feder. Viual.* in præfato Responso desuper citato. Est enim proprium

4 nobilibus, & in primis debitum gaudere in propria patria nobilitatis prærogatiua, atque ita in dubio præsumendum §. *si qua vero Auth. de desc. ciuit. l. filios C. de municip. & orig. lib.* 10. *Bal. in l. si non speciali* 2. *col. C. de testa. Aret. conf.* 77. Quod eatenus verum est, vt ciuis nunquam intelligatur fraudatus honoribus in propria patria, etiam legibus quantumuis aduersantibus, *tex. est notab. in cap. fundamenta vers. hac irrefragabili iuncto* §. *fin. exordiente, vt autem, de elect. lib.* 6.

Quod autem Actorum familia sit originatia nobilis Neapolitana constat ex pluribus.

Primo, quia Annibal Actorum stipes, & cæteri fratres gaudẽtes sunt filii Aloysii Capassi, qui pluribus in locis vna cum ipsis appellatur nobilis Neapolitanus, ergo gaudent ex persona patris nobilis Neapolitani.

Secundo quia inter fratres gaudentes in anno 1502. est Iesuelis Capassus, vt iam dictum est, qui præsumitur descendere ex antiquo Iesuele, qui appellatur nobilis Neapolitanus trecẽtis circiter ab hinc annis, vt videre est in eius sepulchro marmoreo in Diuæ

5 Claræ. Quoniam ex continuatis, & repetitis nominibus propriis in familia, identitas domus, & familiæ præsumitur, maximè verò in peregrino, & inusitato nomine Iesuelis, *Bald. in cap. tua de ord. cogni.* quem refert *Gerard. in suo singulari* 75. sequitur *Neiza. conf.* 34. cum cæteris ab eo congestis.

Tertio ex tot vetustis documentis, præsertim ex monumento suprad. nobilium virorum Iesuelis Capassi, & Dominæ Clementellæ Capassæ de Neapol. 300. circiter ante annos in Diuæ Claræ, & ex antiquissima Actorũ Cappella in Diui Augustini propria Ecclesia nobilium Portænouæ, atque ex fide Iosephi Fusci insignis Anti-

6 quari, eiusque libri. Quibus quidem antiquis monumentis, ac dictis Historicorum plena de iure adhibetur fides *l.* 1. *in princ. ff. de off. præf. præt. Bald. in l.* 1. *ex eo tex. ff. de off. quæst. Felin. in cap. ex parte num.* 46. *de rescript. Glos. Hostien. Butr. & cæteri in cap. cum*

caus.

caussam,ex eo tex.de prob. latè DD. inter quos Purpur.in l.1.num.153.ff.si cer. pet.

7 Quarto colligitur originarium ius gaudendi ex antiquis familiæ domibus in quarterio, & regione sedilis.

8 Quoties enim honores sunt in Ciuitate diuisi in pluribus quarterijs, seu regionibus, prout est videre in Sedilibus Ciuitatis Neapolis, quilibet nobilis debet gaudere prærogatiua suæ nobilitatis in quarterio, seu regione, in qua habitat, *arg. l. quę conditio §. 1. ff. de condit. & demonst. Bart. in l. 1. col. 2. ff. ad municip.* & ita in dubio præsumendum, cum aliter ciuis diceretur grauari. *arg. l. in Ecclesijs C. de epi. & cler. l. eius, qui la 2. §. 1. ff ad municip. c. nullus 61. d. c. hortamur 71. d. c. vlt. de paro. Ias. in l. fin. num. 11. C. de iure empb. Cyn. in l. 1. num. 12. C. de sacros. eccles. Anchar. cons. 171. & nouissimè D. Regens Scipio Rouitus, cons. 83.* vbi concludit antiquas Domos tribuere ius gaudendi, & ita sæpius fuisse iudicatum.

Quinto constat Actorum familiam esse originariam nobilem Neapolitanam Sedilis Portænouæ ex fide ipsiusmet Sedilis testantis præfatum Robertum Capassũ esse originariũ nobilẽ eiusdẽ

9 Sedilis, qua quidẽ fide nihil maius, & efficacius *l. 1. ff. & C. de confess. l. post rem ff. de re iudi. l. fi. C. de exc. rei iudi.*

Accedat conformitas Insignium quatuor capitum leonum duplici banda ex transuerso diuisorum, quæ apparent præsertim insculpta in prædicto antiquo sepulchro Iesuelis senioris in Cappella familiæ antiquissima in Diui Augustini, quæ quidem sunt propria insignia Actorum, eorumq; maiorum, de quibus abũdè testãtur testes.

10 Ex qua quidem armorum, siuè insignium conformitate identitas familiæ præsumitur, & probatur *Bart. in l. tutelas ff. de cap. diminut. idemque in tract. de insigni. et arm. nu. 10. Alex. cons. 213. lib. 6. Corn. cons. 216. num. 4. Anna pater allegat. 57. Anna filius cons. 88. volum. 1. & cons. 110. volum. 2. Menoch. cons. 30. num. 12. cum seq. lib. 1. idemq; de Præsumpt. lib. 6. cap. 15. n. 45.*

Ex his Actores satis habent intentionẽ fundatam, Annibalem stipitem fuisse

11 gauisum sedilis honoribus, Quę quidem præsumptio transfert onus probandi contrarium in partem aduersam *l. generaliter §. si petitum ff. de fideicomm. libert. l. nuptura ff. de iure dot. Dec. in l. 2. §. mutui datio num. 15. ff. si cert. pet. Ias. cons. 540. num. 11. Gozadi. cons. 50. num. 16. Couar. var resolut. lib. 2. cap. 6. Menoch. cons. 21. in princ. Iuris autem præsumptio veritas est l. fi. §. fi. in fi. vbi glo. ff. de probat. Ias. in l. prima C. de mili. testa.*

Nec mirum si Actores non reperiantur in possessione gaudendi, id enim contigit, tum ex absentia Annibalis egregij Militis Actorum stipitis à Ciuitate Neapoli, qui à pueritia militiam auspicatus pro Augustissimo Carolo V. Cæsare plurimis perfunctus honoribus sub Alfonso Aualo Vasti Marchione Generali belli Duce diu, strenuèque militauit, præsertim in Regno Tuneti, ac Mediolanensi Ducatu, tum etiam occasione cognationum contractarum cum Baronibus de Magris, & cum patricijs Beneuentanis. Et licet absentes fuerint, nunquam tamen sibi præiudicarunt in antiqua origine, ac nobilitate Neapolitana, quod etiam patet ex Diplomate Senatus Beneuentani testantis Fabium Actorum proauum esse patricium Neapolitanum Sedilis Portęnouę, & ex communi omnium opinione, & existimatione, Actorum maiores fuisse semper habitos, & reputatos Nobiles, Equites, & Patricios Neapolitanos Sedilis Portęnouę, prout ex tot testibus superius relatis satis

12 ostensum est. Testes autem de auditu, fama, & existimatione in facto nostro plenissimè probant *Glos. in cap. Michael de filijs presb. Paris. cons. 10. n. 8. lib.*

8.*lib.2.Goz ad.conf.13.post nu.48. Decia.conf.1.num.103.lib.3.Anchar.conf.225.num.6.Corn.conf.1.num.22.lib.3.* cum cæteris abundè congestis per *Reg.Consiliar.D.Scip.Theodorum conf.27.num.2. cum sequ.* vbi testatur in casu magis dubitabili ita fuisse decisum. Quamobrem talis maiorum absentia non debet nocere Actoribus pupillis cum modo sint præsentes *l.*
13 *1.C de incol.lib.10.* Quinimo, & præsentes semper extitisse videntur, cum animus, & non corporis assistentia faciat habitatorem, & constituat domicilium *l. eius qui la 2.§. celsus ff. ad municip.l.postliminij ius.& l. nihil interest ff.de captiuis Barba.consil.52.lib.2.*
14 Quid plura? iuribus, quæ sunt facultatis ex non vsu nullum infertur præiudicium *Dec. conf. 6. Aym. de antiq. temp.fol. 173. cum cęteris ab eo conge-*
15 *stis.* Denique in his, quæ generis sunt, maiorum negligentia posteris non prępiudicat *leg.3.ff.de interd. et releg.l. emancipatum §.fin.l. filius senatoris in fin.ff.de senato.Fab.Anna conf.16.17.18.*
16 Denique meminisse oportet vel etiam in dubio pro admissione ad Patriciatum, & ordinem esse pronunciandum *l. generaliter §. 1. ff. de decurio.Bal.conf.182.lib.2.Iaf. consil.120. libro 4.Alciat.Resp.91.& 125.Menoch. conf.96.num.27.1.volum. idemq; conf. 227.volu.3.Franch.decis.2.num.28.& decis 207.num.7.relatus in singul. Annę 627 quibus addo Feder. Viual. in præcitato responso nu.27.*
17 Quid plura? Ita in consimilibus casibus fuit sæpius pronunciatum, prout testatur *desertiss. I.C. Io. Bapt. Thorus in Compendio decisionum, in ver. Nobiles, & Nobilitas, fol 370.*
18 *cum sequ.* Sententiæ autem S. C. faciunt ius vniuersale in Regno, *l. non ambigitur, ff.de legib.l.2.C.de off.Præf. Præt.orie.Affl.decis.383.Franch.decis. 90.num.5.*

Itaq; reassumendo iam dicta, iuxta præceptum *glos.in §.fi.verb.di[illegible] ex eo tex.Auth.de def.ciuit.* Ex pluribus iaris, superque fundatum est, Actores esse reintegrandos ad honores sui Sedilis.

19 Primo, ex tot actibus possessiuis in personam fratrum Annibalis Actorum stipitis.

Secūdò, ex originalitate familię in Ciuitate, & Sedile, & ex continuata Actorum nobilitate.

Tertiò, ex confessione ipsiusmet Sedilis.

Quartò, ex antiquissimis Domibus in quarterio, & regione Sedilis.

Quintò, ex cō formitate Insignium, & continuatis, ac repetitis antiquis nominibus in familia.

Sextò, ex antiquissimis monumentis, & attestatione Historicorum.

Septimò, ex tot testibus abundè deponentibus Actorum maiores fuisse gauisos Sedilis honoribus.


Octauò, ex fama, & communi omnium existimatione.

Nonò, ex iuris præsumptione ita decernendum.

Decimò, ex eo, Quòd aliàs in similibus ita fuit decisum, & sæpiùs iudicatum.

20 Ex quibus harmonia resultat, vt inqt *Bal.in cap.cùm causam de probat.* sicut enim harmonia fit ex discrimine vocum, vtpote ex pluribus, & diuersis concinnis vocibus, ita probatio fit ex multis iuris præsumptionibus, indicijs, & adminiculis, quæ benè disponunt iusdicentium animos, refert *Iaf. in leg. admonendi, num. 99. ff. de iure iuran.*

Lis est sub Iudice, verumtamen ex consimilibus factis per nos relatis, & per sententiam resolutis, patet Decisio.



SVM-

SVMMARIVM.

1 Arma seu Insignia apud antiquissimos Grecos, Troianos, Romanos, quę nam fuerint.
2 Aegyptiorum, Phrygum, Gallorum, Germanorum, Italorum insignia.
3 Vlyssis, Achillis, aliorumq; Ducum Insignia.
4 Nauis Troianę, item Alexandrinę Insignia.
5 Insignium origo inter priuatos.
6 Gothi noua insignium schemata adinuenere, quę describuntur. Feudorum origo.
7 Pleriq; Europę Principes Gothica gestant insignia, & quare.
8 Insignia nobilium vnico tantum contenta corpore. Leones, & Aquilę vnde originem trahant.
9 Colores sex, quorum duo rectius metalla dicuntur.
10 Auri, & Argenti prestantia in Armis.
11 Colores pręcipui quatuor describuntur.
12 Rufus color omnium nobilissimus, & quare.
13 Cęrulei, Nigri, & Viridis coloris pręstantia.
14 Nigri coloris encomia.
15 Insignia Vrbis Neap. omnium pręstantissima, & quare.
16 Insignia sunt symbolica.
17 Magni refert, vt ordinum dignitas salua sit, vtque nobiles à plebeis dignoscantur.
18 Plebei vsurpantes Nobilium insignia falsi tenentur.
Princeps concedendo insignia concedit nobilitatem, plebeis enim nulla sunt insignia.
19 Rufi, & Cęrulei coloris encomia.
20 Metallorum encomia.
21 Gothica corpora quid portendant.
Metalla, & Colores quid significent.
22 Et quanam ratione isthęc coniungantur.
23 Directus Dominus an valeat affigere insignia in re inemphyteusim cōcessa.
24 Insignia indicant rei dominium.
25 Arma, & Insignia apud Romanorum iura quot, & quibus nominibus significentur.
26 Qui nomen alicuius ferre iussus est, & arma ferre debet.
27 Nemini iniuriam facit, qui suo iure vtitur.
28 Directus Dominus dominicalia itra retinet.
29 Emphyteota tenetur directum Dominum recognoscere.
30 Multa conceduntur pro tuitione iuriū. Parum refert esse tale, nisi in eo conseruetur.
31 Naturale vitium negligi, quod communiter possidetur.
32 Signum arguit signatum.
Signum nominis vicem pręstat.
33 Validum est argumentum de feudo ad emphyteosim.
Digniora in altiori, & digniori loco esse debent.
34 Arma directi Domini affigenda supra arma vtilis Domini.
35 Decretum Sacri Reg. Concil Neap.
36 Directus Dominus semper prefertur, cum omnia cedant solo, & ad hęc Decretum Sacri Regij Concilij.

CONS. XXXI.

Pro Venerabili Monte de Manso.

ARGVMENTVM.

Armorum, siue Insigniū origo apud Reges, virosq; Principes, Nationes, Vrbes, Societates, priuatos deniq; homines quænam sit. Gothi noua insigniū schemata adinuenere, è quibus pleriq; Europę Principes, Illustrioresq; familię fluxere. Metalla, & Colores in Insigni-

bus quænam sint, illorũq; conditio, præstantia, & compositio nũc primùm explicãtur. Quoto nomine insignia in iure ciuili significentur, eademque an sint symbolica. Hinc sumpta occasione examinatur quæstio, num valeat directus Dominus in re ad Emphyteusim concessa arma affigere. Et ad hoc Decisio Sacr. Reg. Concil. Neapol.

ILL. Gubernatores Venerabilis Montis de Manso directi domini quamplurimorum stabilium extra Cryptam Pureolanam petierunt in S. C, licere sibi ratione directi dominij affigere Arma, seu Insignia Venerabilis Montis in domibus, & territorijs redditítijs. Verùm ante quàm ad quæstionem deueniamus operæpretium duxi nonnulla præmittere ad declarationem originis, & compositionis insignium, hactenus non perpensa.

1 Sanè insignia virtutis, & nobilitatis specimina vetustissimam ducere originem constat, antiquis enim Græcis, Troianis, Romanis Insignia fuere Draco, Hypogriphus, Delphinus, Equus, Leo, Bos, Aquila, Sus, Aries, Minotaurus, Ouis, vt ex Plutarco, Plinio, Suetonio, Vegetio, Colu-
2 mella alibi late ostendimus, AEgyptijs Insigne Bos, Phrygiis Sus, Gallis Bufo, Saxonibus Equus, Sueuis Vrsus, Germanis, & Anglicis Leo, Senensibus Lupa, Tarentinis Delphinus, Neapolitanis Hebo, seu Taurus,
3 de quibus latius in nostra Historia. Vlysi insigne fuit Delphinus, Achilli Draco (Hesiodo, & Plutarco testibus) Deiphobus, & Auentinus paterna gestarunt insignia, vti scribit Poeta, Theseus gentilicia habuit Arma,
4 prout refert Ouidius; Aeneiæ Puppi Leo fuit insigne, prout legimus apud Virgiliũm. Nauis illa Alexandrina Castorea prętulit Insignia, de quibus
5 in Actis Apost. Verumtamen hæc apud Cõmunitates, ac Principes viros, Cœterum inter priuatos nobiles videntur introducta insignia à tempore Belli sacri An. circiter 1100. vt nostro Sannazario placuit, etenim ante ea tempora uix habemus certum aliquod eorum exemplum. Hæc quoad originem.
6 Quò vero ad Insignium compositionem, sciendum inprimis nobis est, in ea Gothorum inundatione, qui totam Italiam, atque adeo totum orbem occuparũt An. Sal. circiter 400, vetustioribus illis Insignibus deletis, ac penitus abrogatis, noua insignium schemata esse adinuenta, nimirum simplices, ac nudi Campi, rectò, vel ex trãsuerso diuisi, ad hęc Fascię, Trabes, Pali, Valli, Clathri, siuè recti, siuè diuersimodè transuersi, Vndę Cubi, siuè Quadrãguli, plani, vel acuti, Cruces, Trabes rastratæ, Limbi, seu Pectines, vel Fimbriæ, & idgenus simplicissima, & inanima corpora,
7 plerisque vt videmus Europæ Principibus, ac Baronibus gentilitia stẽmata, vt qui ab eo dominatore Gothorum semine descendunt, è quibus feuda primam traxerunt originẽ vt latè scripsimus in *Hist Neap. lib. 1. c. 10. cum seq. post Bar. de Insign.*
8 *& Arm.* Quare illud monitum velim nobiliora insignia vnico tantum contenta corpore, vix aliquando modica re ex accidenti adiecta, puta Rastro, Coclea, Lilio, Stella, & idgenus. Interdum etiam Leone, vel Aquila à neotericis Principibus cõcessis, Leones vero è Germanis, quẽ admodum Aquilæ è Romanis Principibus prodiere, prout latius in nostra Historia.
9 Colores verò, quibus hæc depinguntur sex præcipui, quorum duo re-

rectius metalla dicuntur, nimirum Aurum, & Argentum, siuè Giluus, qui, & Croceus, Item Albus, qui, &
10 Candidus color, ex quibus Aurum proculdubio primum, ac digniorem obtinet locum, vt quod ad Solem Planetarum Principẽ referatur, *tex. est in §. hæc itaque vers. solum enim aurum, Auth. de cons.* Tametsi in Armorum compositione isthæc metalla non multum inter se videantur differre, quoniã, & si aurum nobilitatis iactitet præcellentiã. Argentum fidelitatis candorem ostentat, quæ plurimum hac in re præstat,
11 quinimmò cãdor splendorem nobis denotat, de quo inferius, Colores vero (Purpuram, vti exoletam omitto) quatuor numerantur, Rufus, qui, & Rubeus, Coccineus, & Pyropinus à Pyropo, Item Cælestis, qui, & Ianthinus, & Cęruleus, & Saphyrinus à Saphiri similitudine; Niger, Ater, Fuscus, siuè Achatinus, nigrã Achatem referens, denique Virens, Viridis, Herbaceus, seu Smaragdinus
12 Smaragdo comparatus, quotũ prior quippe Rubeus videtur cæteris præstantior, tanquam ad ignem superius
13 elemẽtũ relatus, cui succedit Saphyrinus acri comparatus, quibus Niger, & Viridis tanquam ad Terram relati subnectuntur, & nouissimum videntur tenere locum, quorum alter nudam, alter vestitam Tellurem nobis
14 denotant. Niger tamen Gothicus color in Armis frequentior, quippe qui honestatem, grauitatem, fortitudinem, & inuictam constantiam nobis indicat, quocirca grauiores, & honestiores viri nigrum induunt, ad ferrum inter metalla relatum, Ideoque forte, & constans, adeo vt niger color confundat, non tamen confundatur, cæteris enim impræssionem facit, ipse verò impræssionẽ neutiquam patitur, contra vero Viridis non aliud videtur nobis signi-
15 ficare, quàm vigorem, spem, lętitiam. Hinc Insignia inclytæ vrbis Neapolis omnium nobilissima, ac præstantissima esse constat, quippe quæ in simplici vmbone Aurum Coccino superius habeant, alterum inter metalla, alterum inter colores Principem *C. de vestib. olob. & de Mu-*
16 *ri legu. et de conchileg. lib.* 10. Sanè Insignia sunt Symbolica, nempe virtutem denorantia, vt quæ virtutum sunt præmia, & specimina, quæque Nobiles à plebeis distinguunt *Me-*
17 *no. cons.* 30. *lib.* 1. *idemque de præsūpt. lib.* 6. *cap.* 15. Interest enim vt ordinũ familiarumque dignitas salua sit, vtque Nobiles à plebeis dignoscantur, & secernantur *l.* 1. *§ sed, & si seruus ff. de ventr. inspic. l. honores §. his qui ff. de decur. l. super statu C. de quæstion. arg. l. cũ plures § cũ tutor, cũ l. seq. ff. de adimi. tuto. l. sed si quid ff. de vsufr.* Quare plebei non audeant Nobiliũ Insignia vsurpare, alioquin falsi tenebuntur *l. eos §. fin. ff. de falsis*. Hinc
18 Princeps concedendo Arma, seu Insignia, nobilitatem planè confert, plebeis enim nulla sunt insignia, vt docet *Io. Rainal. in Tract. de Nobilitate*, quem refert, & sequitur *Tiraquel. eod. tract. cap.* 6. *n.* 12. Ideoque non erit extraneum subnectere cæterorum colorum significatum. Ru-
19 fus Color Iustitiam, Caritatem, Vigorẽ, vindictam nobis denotat. Cæruleus Altitudinem, Castitatem,
20 Sanctitatem, Amorem. Ex metallis denique Giluus seu auratus color Nobilitatem, Dominatum, Præcellentiam, Gloriam arguit. Quemadmodum Candidus, siue Argenteus color Pacem, Innocentiam, Puritatem, fideliratem nobis indicat. Interdum etiam splendorem. candor enim refertur ad Lucem. Hactenus
21 de coloribus. Cœterum quid nam corpora nobis portendant, prout Fasciæ, Trabes, Valli, Pali, Vndę, Cubi, Cruces, Rastra, Pectines, siue Limbi, & id genus, Gotica Insignia,

in Historijs latè docuimus, nimirum militares astus, septa, clathros, repagula, velut inuicta tutamina, cæteraque bellica instrumenta, militariaque ornamenta, & præclara fortitudinis facinora, quasi gloriosa trophæa, siue ciuilia, siue castrensia, terrestria, maritimaque.

22 Illud tamen non omiserim in compositione Insignium metalla simul, & colores requiri, quæ quidem in vno, eodemque subiecto concurrere debent nimirum Aiax, & Vlysses, vt per Aiacem, metallum, & fortitudo, per Vlyssem color, & astus; siue corporis, & ingenij vires indicentur. Non tamen metallum supra metallum, vt potè non aurum supra argentum, nec è contra, neque color supra colorem puta Cæruleus supra Rufum, vel viridem, nec è contra, sed metallum supra colorem, & è côtra, Alioquin falsa, & plebeia erunt insignia, quod innuit *Thesaur. in vltima decis. num.* 38. & latius in Historijs retulimus.

23 Sed ad quæstionem descendendo Venerabilis Mons directus Dominus licito iure videtur petere affixionem Insigniũ in bonis emphyteoticis sibi reddititijs. Id, quod ratione, &

24 auctoritate firmabo, Potissima autẽ ratio ea est, quòd insignia indicent rei dominium, *Meno. de præsu. lib. 6. cap* 15. *nu.* 45. *Cassan. Catal. p.* 1. *conf.* 38. *conclus.* 29. *in fi. Ricc. in praxi Iuris Patron. num.* 7. *Garf. de nobilit. par.* 2. *q.* 29. *Cepo. de seru. vrb præd. tit. de picturis cap.* 71. *Gratia. discep. for. cap.* 210. *in fin. post* Bar. *de Insi. & Arm. cap.* 3. *n.* 16 *per tex. in l.* 1. *§.* 1. *C. de his qui poten. nomi. l.* 1. *&* 2. *C. vt nem. liceat sine iud. aucto. l. lex. qua tutores §. necvero C. de adm. tuto. l. vnic. C. de bis, qui potentiorum nomine l.* 1. *&* 2. *C. vt nemo priuatus tituli l. basilicam C. de op. pub l. stig. C. de Fabri. lib.* 10. *§. ti-*

25 *tulos Auth. de mand. princ.* In quibus iuribus per verbum, titulus, stigma, signum, Imago, velum, vexillum, significantur arma, & Insignia, Quemadmodũ in libris Pãdectarũ, seu Digestorũ per verbũ signi; demonstrationis, seu nominis eadẽ denorãtur Insignia *ff. de oper. pub l.* 2. *l. falsi nominis ff. de fals. l. si nominatim ff de cond. & de-*

26 *monstr. l. certum. ff. si cert. pet.* vndè qui nomen alicuius deferre iussus est, & insignia deferre tenetur *l. hoc Iure §. fin. ff. de donat. l. facta § si vero nominis ff. ad trebell. Suet. in August. cap.* 2. Itemque ipsum verbum insigne, & imago, de quibus in *l. eos §. qui se. ff. de fals. l. senatusconf. ff. de iniurijs l. si. ff. de loco pub. verbumq; Gens, Domus, Familia, de quibus in l. pronũciatio §. communi iure ff. de ver sign.* Interdum etiam stemma nobilitatis insignia denotat, quod schema dici mauult *Alciatus tex. est in l. stemmata vbi Accu, ff. de grad. affin. de quo latius Tiraq. loco citat. num.* 14. *facit gl. in auth. iusiurandum, quod præstatur ver. quatuor,* Quibus affines videntur Tabulæ, Statuç, Imagines, Trophea, Inscriptiones honoris causa paratæ *l. Aufidius ff. de priuileg. credit. d. l. si. ff. de loco pub. l. si statua ff. de iniur. l. legatum in fi. ff. de admi. re. ad ciui. pert. dict. l. basilicam C. de op. pub. tot. tit. C. de statuis, & imaginibus.* ergo cum Venerabilis Mons retineat directum dominium, poterit in signum eius dominij arma

27 erigere. Nemini enim iniuriam facit, qui suo Iure vtitur *l. nullus videtur vbi glos. & DD. ff. de reg. iur. l.* 2. *§. denique ff. de aq. plu. arc. l. proculus ff. de damn. infe. l. seruus dotalis ff. sol. matr.* cũ cæteris abundè congestis per *Io. Franc. de Pont. conf.* 154 *n.* 1. *lib.* 2 *post Tiraq. in Præfa. Retr. nu.* 67. 72. 78. Neque opponatur, quod res in emphyteosim concessa ab emphyteota possideatur, ideoque in illam non possit concedens aliquo pacto se ingerere, sed solum Canonem conse-

28 qui, quoniã, & si res ab emphyteota teneatur, non tamen desinit concedens

dens esse Dominus, quod patet, quia dominicalia Iura retinet, nedum in canonis exactione, sed in prælatione, in laudimio, & cæteris *l. fin. C. de*
29 *Iur. emph. vbi DD.* tenetur autem emphyteota recognoscere Dominũ, eiusque Insignia pati, in quo non videtur lædi *arg. l. 1. §. sed, & si, l. 2. §. fin. de aq. plu. arc.*
30 Quibus addo quod multa conceduntur pro tuitione, & conseruatione iurium, parum enim refertet concedentem directum dominium sibi reseruasse, nisi in eo conseruaretur *arg. l. non videtur cum glos. ff. de acquir. hered. l. si pro patre §. versum ff. de in rẽ uerso gl. in l. Martius ff locati, faciunt dicta per Ric. dec. 667.* videmus enim post longa tempora de facili directa dominia supprimi, & occultari, cum res, ab emphyteota vtili domino possideatur, & directus Dominus rei non assistat; maximè verò in rebus Ecclesiæ quę certum hominem non habent dominum, sed hominum vniuersitatem *arg l. 2. vers. naturale C. quando, & quib. quar. par. deb. lib. 10.* qua cauetur. Na-
31 turale esse vitium, vt negligatur, quod à pluribus possidetur, notatur *in l. cum pater §. dulcissimis ff. de leg. 2.* vndè meritò concedẽdũ est, vt pro conseruatione iurium Venerabilis Mons valeat sua erigere arma, Ex quibus directum dominium indicetur, & in posterum conseruetur *l. monumentum ff. de relig. & sumpt. fun.*
32 signum enim arguit signatum *l. mimę C. de Episc. Aud. l. stigmata C. de Fabri lib. 10 l. ad recognoscendum C. de ingen & manumis.* Ad hæc signum, & demostratio vicem nominis præstãt *tex. in l. si nominatim ff. de cond. & dem.* Hinc *Bal. in auth dos data C. de don. ante nup.* notabiliter scriptum reliquit, quod ex signis appositis in Ballis cognoscitur Dominus Ballarũ per *tex. vbi Imo, & Alex. post glos. in vers. signante in l. si ita stipulatus §. Grisogonus ff. de verb. oblig. Ias. in l. si mora n. 12. ff. sol. matr. Negus. de pigno. 2. par. 3. membr. 5. par. princip. nu. 14.* cum cæteris cumulatis per *Ann. Aleg. 109. n. 3. post Hippol Marsil. in Rub. C. de probat. n. 300.* Quod autem Insignia probent latè ostendimus in *cons. pracedenti.*

Et ne desit particularis Decisio, adducam ad hoc auctoritatem *Marini Freccia de subfeud. lib. 2. author. 47.* vbi ex multis, quæ non referam (pudet enim aliorum dicta transcribere) concludit pro directo Domino, & quamuis loquatur in feudatario subinfeudante, vt liceat in castro subinfeudato apponere arma, eadem tamen ratio militat in directo domi-
33 no erga suum emphyteotam, validũ enim est argumentum de feudo ad emphyteosim, & è contra. *Speculat. de feud. §. quoniã ver. quadrag.* eãque communem opinionem dicit *Socc. Iun. cons. 72. nu. 57. lib 1. post seniorem*
34 *cons. 167. n. 24. lib. 2.* Arma autem directi domini erunt affigenda supra arma emphyteotæ, ita vt præcedãt, & in altiori, ac digniori loco visãtur. *arg. §. aliam verb. altiori vbi gl. & DD. Inst. de bonor. possess. consocia in §. vlt. in vlt. ver. Inst. de Iure natu. l. 2. §. seruius ff. de ori iur. l. 1. ff. de albo scrib. c. quia tua so dist. l. fin. C. de tyro. lib. 10 Frecc. de subfeud lib. 1. cap alia etiam nu. 3.* & latius diximus *Festiu. lect. lib. primo cap. 7. in principio.*
35 Ex quibus obtinui, fuitque ad Relationẽ Regij Cõsiliarij Felicis Ianuarij Marchionis Sãcti Maximi per Sac. Reg. Conc. decretum, quòd liceat Venerabili Monti affigere arma penes Izzum.
36 Quod est notabile, posset enim fundus redditirius esse preciosus, puta vltra decem millia, Contra vero debitus canon minimi redditus annui oboli, siue, vt solet vnius Turdi, solius Pomi, flosculi, & id genus exigui, aut nullius valoris, in obsequiũ

directi dominij, adhuc tamen directus dominus superiora attollet Insignia, triumphādo de vtili, opulentissimo dominio, præfertur .n. directus Dominus *l. etiam ff. qui pot. in pig. hab.* cum omnia cedant solo, ex his quæ tradunt *Bar. Detius Cæterique communi omnium voto in auth. qui rem C. de Sacrosf. Eccl. Rip. in l. fin. C. de reuoc. don. Affl. dec.* 80. *propè finem*, quos referr, & sequitur *Clar. §. emphyteosis q.* 8. & quod pro modico canone deuoluatur magnum, pretiosumque prædium fuit nuper decisum per S.C. me patrocinante in causa Venerabilis Montis de Manso cum emphyteotis apud acta Figliolæ pro Amico.



SVMMARIVM.

1 *Mulier, extantibus liberis non potest disponere de dotibus, nisi de decima parte virtute Conf. Neap.*
2 *Habitatio extinguitur morte.*
3 *Habitatio importat dominium, & proprietatem.*
Quid importent ea verba lego habitationem.
4 *Possessionis verbum importat proprietatem, quemadmodum habitatio importat dominium.*
5 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
Etiam si subrogati natura videatur repugnare.
6 *Relatio debet esse pariformis.*
Determinatio debet æqualiter determinare,
7 *Optima rerum interpres est praxis.*
8 *Approbans testamentum non potest illud impugnare.*
9 *Habitationis verbum cum descriptione singulorum membrorum quid importet.*
10 *Pretij quantitas arguit quid veniat in venditione.*
11 *Consanguinitatis ratio ampliorem inducit interpretationem.*
12 *Quisq; intelligitur stipulari pro se, & heredibus.*
13 *Pactum doti præiudiciale reijcitur.*
14 *Absurdus intellectus reijcitur.*
Verba intelligenda, vt rei subiecto conueniant.
Imo improprianda, ne repugnantiam, & absurditatem inducant.
15 *Quæstionis resolutio.*
16 *Probi viri veritatem colant, & à vanis litibus abstineant.*
Maximè vero piorum locorum Præsites.

CONS. XXXII.

Pre Nicolao Guido.

ARGVMENTVM.

Habitationis verbum an, & quādo importet dominium, quēadmodum possessionis verbum, an & quando importet proprietatem. Subrogatum debet sequi naturam eius, in cuius locum subrogatur, & quid si natura subrogati repugnet. Relatio debet esse pariformis, quemadmodum determinatio debet æqualiter determinare. Approbans testamentum an valeat postea illud impugnare: pretij quantitas arguit quidnam veniat in venditione. Pactum doti præiudiciale, quemadmodum absurdus intellectus reijciuntur. Et ad hæc decretum Sacr. Reg. Conc. Probi viri veritatem colāt, & à vanis iurgijs abstineāt.

D.Ga-

D. Gaspar fratet dotans pro vnc. 50. dotalibus assignat habitationẽ Antoniæ sorori, describendo singula mẽbra domus, durãte tamẽ beneplacito ipsius Antoniæ sororis, cũ pacto, quod si soror renuerit habitationẽ,& maluerit pecuniã, teneatur dotãs statim restituere vn.50.& sic ad arbitriũ, & electionem Antoniæ sororis cõsequendi habitationem, vel pecuniam.

Mortuo D. Gaspare, per sacrum Hospitale diuæ Mariæ Annuntiatæ hæredem fuit olim prætensa restitutio domus solutis vncijs 50. Replicabat Antonia, quod ipsa intendebat inhærere habitationi, quam eligebat pro suis dotibus, qua declaratione stante, per sententiã S.C. fuit absoluta Antonia,& penitus liberata à prætensa relaxatione domus.

Modo Antonia in vltima voluntate instituit hæredes filias in prædicta domo dotali, sub conditione quod si filiæ decesserint absque legitima prole, succedat dictum Sacrum Hospitale D.Mariæ Annunciatæ.

Mortua testatrice, filiæ hęredes potitæ sunt domo per annos 40. quã postea donauerunt Nicolao Guido nepoti, & tandẽ mortuæ sunt absque prole.

Prætendit Sacrum Hospitale auocare domum virtute substitutionis, stante quod prædictæ filiæ testatricis mortuę sunt absque legitima prole.

Ad quod respõdet Nicolaus donatarius, quod talis substitutio est nulla per Consuetudinem Neapolitanã,
1 quæ disponit, quod stantibus filijs, mulier non possit disponere de dotibus, nisi de decima parte.

Hospitale vti hæres D.Gasparis fratris dotãtis vidẽs se exclusũ à prima, & secũda prętẽsione, cõuolat ad tertiã, prętendendo, quod per ea verba *assignat, & cedit habitationem domus &c.* fuerit cessa simplex habitatio, nõ
2 autẽ proprietas domus, & quod talis habitatio sit extincta per mortẽ Antoniæ *per tex. in l. si habitatio §. ad hæredẽ ff. de vsu. et habit.* Et sub tali prætextu Hospitale statim affixit Arma in domo, ac si sua esset.

3 Sed Respondetur quod licèt per Instrumentum concedatur habitatio, tamen meminisse oportet quòd per habitationem domus intelligitur ipsa domus, patet *ex gl. notab. per illũ tex in l. cum antiquitas in vers. esse relictum C. de vsu. & habit. per hæc verba.* testator solebat vti verbo habitationis pro domo; ad quòd addo *glos. in l. seiæ §. gaio in ver. instrumentum ff. de fund. instruct.* vbi paria sunt dicere lego habitationem, & lego domum.

Item quemadmodum per verbum possessio significatur ipse fundus, ita
4 per verbum habitatio significarur ipsa domus *tex. est in l. interdum ff. de verb. signif.* quem ad hoc in proprijs terminis allegat *Bar. in d. l. cum antiquitas.* Denique per illa verba habitatio non semper significatur vsus, sed quandoque significatur ipsa proprietas *arg. tex. in l. species auri ff. de aur. & arg. leg. & in l. donationes §. species ff. de donationibus*; & quod in casu nostro per habitationem intelligatur necessario ipsum dominium domus moueor.

5 Primo quia quemadmodum vntiæ 50. dotales sunt perpetuæ, ita habitatio, quæ successit in earum locum debet esse pariter perpetua, vt subrogatum sapiat naturam eius, in cuius locum est subrogatum quod verum est, etiam si subrogati natura in aliquo repugnaret *l. si eum §. qui iniuriarum, vbi Ias. in 2. notab. ff. si quis cautio. Castr. cons. 73. & cons. 265. lib. 1. Dec cons. 190. & cons. 593.* quos refert,& sequitur *Tiraquell. de Retr. S. 1. gl. 10. n. 83.*

Secundo talis habitatio debet esse perpetua, quemadmodum vnc.
6 50. sunt perpetuę, & transeuntes ad hæredem, vt fiat ad vtrumque parifomis relatio *l. fin. vbi Bar. C. de sent.*

&

& interlo omn. iud. atque vt vna determinatio respiciens plura determinabilia, æqualiter determinet *vulg. l. iam hoc iure ff. de vulg.*

7 Tertio, & fortius habitatio est iam effecta perpetua, nam Antonia eam reliquit filiabus in testamento, quę potitę sũt tali habitatione per annos 40. optima autem rerum interpres est praxis *l. nam Imp. ff. de legi.* Quid igitur disputamus de perpetuitate habitationis, si videmus eam iam effectã

8 perpetuam. Tale autem testamentum, per quod habitatio est perpetuata fuit approbatum per Sacrũm Hospitale, dum uirtute testamenti, & substitutionis egit pro relaxatione domus, ad *tex. in l. fin. ff de inoff. testa.* Igitur si approbauit testamentum, quonam pacto potest illud impugnare, ex ijs, quæ latè tradit *Tiraq. de Retr. ligna. §. 1. gl. 9. nu. 267.* vt omictam etiam actionem per longa tempora esse sopitam *l. omnes C. de præs. trig.*

Quarto quoties verbum habitatio respicit particularem habitationem, describendo singula membra domus, vt in facto nostro, tali quidem casu si-

9 gnificatur ipsa domus, & proprietas domus, secus autem si diceretur simpliciter habitatio per verbum iuris, ista est singularis doctrina *Guil.* quem refert, & sequitur notabiliter *Bal. in d. l. cum antiquitas n. 5.* & post ipsum sequitur *Iaſ. in l. domos in princ. ff. de leg. 1.*

Quinto in dubio ex quãtitate pretij iudicatur quid veniat in contractu

10 *l. cum in fundo §. vxor ff. de iu. do. Iaſ. in §. actionũ nu. 171. Inſt. de actio. Capyc. dec. 14. Alex. conſ. 61. nu. 6. lib. 4.* quos refert, & sequitur *Anna ſing. 645.* optimè *Affl. in Conſt. Regni ea, quæ ad decus nu. 26* sed sic est, quod tota ea domus cum suis membris, eiusque plenum dominium centum ante annos non valebat vltra vnc. 50. pro quibus tunc temporis fuit data in dotem, ergo de tota domo, eiusq; proprietate presumuntur contrahentes

11 sensisse, maximè verò in casu nostro ita prçsumitur actum inter frattes fauore cõsanguinitatis, vt plenũ dominiũ domus veniat *arg. l. si extraneo ff. de vsufr. quem ad hoc allegat gloſ. inter priuilegia conſanguinitatis in l. si tutor ff. de suſp. tuto, Tiraquel. de vtr. Retr. in Præf. nu. 55.*

Sexto Quid plura? Antonia stipulata est pro se, & hæredibus in

12 perpetuum, vt legitur ex Instrumento dotali, & per consequens habitatio est perpetua, quod ita est de iure, vt quisque in dubio videatur stipulati pro se, & hęredibus, vbi rei natura non repugnet *vulg. l. si pactum ff. de probat. l. si necessarias §. pen. ff. de pignor act. latè Capyc. deciſ. 203. tex. vero in l. si habitatio §. in hæredem ff. de vsu, & habita* procedit in legato, non autem in stipulatione.

Septimo Antonia habuit primo loco in dotem pro vnc. 50. quandam

13 alteram domum in perpetuum, vt ex instrumento in anno 1536. Cumque ex tali dotatione fuerit quęsitum ius ipsi mulieri, & filijs nascituris, non potuit postea in anno 1538. per viam permutationis dari ista alia domus uita durante, in prçiudicium ipsius mulieris, & filiorum nasciturorum, sed per habitationem est intelligenda domus ęque perpetua iste est *tex. in l. ita conſtante ff. de iure dot. l. cum maritus, & l. si mulier ff. de pact. dotal.* quoniam omne pactum doti, & filijs prçiudiciale, per quod dotis conditio efficiatur deterior, est nullum de iure *vul. l. Attilicinus, vbi latè DD. ff. de pact. dotal. Affl deciſ. 154. cum ſimil.*

14 Octauo habitatio est intelligenda de perpetua habitatione, ac de ipsa domo, eiusque proprietate, vt absurdus intellectus excludatur *l. nam absurdum ff de bo. lib. l. prima §. vnde quęritur ff. de publ. Iaſ. in l. Marcellus in 4. notab. ff. ad Trebell.* Ratio autẽ quare contrahentes vsi fuerint verbo habita-

bitationis ea est, quia cum domus fuerit data durante beneplacito Antoniæ, cum pacto, quod quandocũque posset petere suas vncias 50. poterat Antonia habitare per aliquod tempus, & postea dimissa domo petere pecuniam, & ideo fuit actũ per verbum habitatio, quoniam dominiũ domus erat reuocabile, & poterat deseruire pro habitatione temporali. verum cum postea Antonia declarauit velle domum, de ea disposuit in perpetuum, transferendo illam in hæredes, vt iam dictum est. Hinc verba intelligẽda sũt, vt rei subiecto cõueniant, imo impropriãda, ne absurdus resultet intellectus, neue materiæ, de qua agitur quicquam aduersari videantur, vt latissimè scripsimus *Fest. lect. lib. 3. c. 9. in prin. vers. Hinc improprianda verba &c.* sed in re tam clara, & aperta quid est opus tot, tantisque Iuribus, & rationibus?

15 Ex his Nicolaus donatarius non fuit vlterius molestatus. Et Arma Sac. Hospitalis de facto domui affixa, ex Decreto fuerunt deleta. In Banca Cantoni.

16 Hæc autem adnotare volui, vt significarem vel etiam pro minima, & vix colorata causa magnas interdũ accendi lites, quæ in persona potentium, maximè vero piorum locorum bonam præseferunt frontẽ, rectique spetiem, licet nullo iure, nullaque ratione subsistant (præcipuam religionem, insignemque Sacri Hospitalis pietatem semper excipimus) At quantum præstaret Sacra loca, piosque Præstites, & Aeconomos veram pietatẽ præ oculis habere, & à friuolis caussis, quæsitisque coloribus abstinere. *arg. tex. in c. suspectas ibi facilè litigantes 3. q. 5.* cum cęteris per nos congestis *Fest. lect. lib. 2. cap. 9. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Paria sunt dicere die 10. Kal. & ante diem 10 Kal.*

2 *Per hæc verba ante diem 10. Kal. vndecima dies significatur.*
Quod maximè procedit fauore liberationis.

3 *Paria sunt dicere ante 15. diem, & infra 15. diem.*

4 *Dictio infra, idem valet quod intra.*

5 *Dictio vsque includit, unde si legentur omnia prędia vsq; ad prædium Gazanum, ipsum quidem prædium Gazanum continetur.*

6 *Qui infra duos menses tenetur aliquid facere, audiendus est in sexagesima prima die,*

7 *Iniquum videtur vt vnius diei lapsu quis excludatur à suo iure.*
Qui tenetur prima die sistere in iudicio, audiendus est in secunda die.

9 *Dies termini nõ cõputatur in termino.*

10 *Infra summam dicitur, etiam quod summam compleat.*

11 *In dubio pro liberatione iudicandum.*

12 *In dilationibus, quæ à lege, siue statuto conceduntur, æquior sententia sequẽda est.*

13 *In dubio iudicandum debitorem non fuisse in mora.*

14 *Quæstionis solutio.*

CONS. XXXIII.

Pro Francisco Maresca.

Paria sunt dicere die x. Kal. & ante diem x. Kal. Per ea verba ante diem x. Kal. vndecima dies de iure significatur. Nunquid dictio Vsque sit inclusiua, adeò vt si legentur omnia prędia vsq; ad prædium Gazanum

num includatur ipsum prędium Gazanum. Qui tenetur infra duos menses, an in sexagesima prima die sit audiendus. Qui tenetur prima die soluere, an in secunda die sit audiēdus. In dubio pro liberatione atque adeo debitores non fuisse in mora est iudicandum.

DEcernit Regium generale Decretum quod omnia deposita facta de moneta adulterina, vulgo zanneta ante quintumdecimum Febrarij 1622. sint ritè, & rectè facta, cætera vero intelligātur illegitimè imo nulliter facta Modo contigit vt Magnif. Franciscus Maresca fecerit depositū ducarorum bis mille in ipsa die 15. Febr. Quæritur quid iuris? Et quod tale depositum sit validum, & legitimè factū cōtra omnes, qui prima frōte ex verbis statuti contrarium sentiunt moueor.

1 Primo qua parem omnino vim obtinent ea verba die decima Kal. & ante diē x. Kalendarum, quemadmodum in casu nostro paria sunt, dicere deposita facta die 15. Febr. & ante 15. Febr. esse valida, vtroque .n. sermone tota dies 15. continetur. *tex. est ad literam in l. qui ante Kal. & in l. qui ita stipulatur §. qui ita stipulatur ante Kal. ff. de verb obli.* Ita enim se habet communis vsus loquenda apud Ciuilia iura, atque adeo apud latinos, vt ex Cicer, alijsque probatis auctoribus, late ostendit *Artman. lib. 4. quæstionum q. 30.*

Secundo ad hoc videtur *tex. in l. anniculus §. ante ff de verb. signifi.* in quo habetur quod per hæc verba ante diē x. Kalendarum, vndecima dies

2 significatur, quod omnino verum est fauore liberationis, vt probè animaduertit *Artman. loco cit. post n. 6.* quoniā tota dies decima includitur fauore debitoris, adeo ꝙ debitor nō incurrat aliquā cōtumaciā, nisi elapsa decima die *l. qui hoc anno ff. de verb. obl. §. omnis stipulatio Inst. eo. tit.* Et ideo per ea verba ante diem x. vndecima dies significatur, in qua quidem vndecima die debitor incipit posse cōueniri. quemadmodū in casu nostro ex ijs verbis ante 15. Febr. tota dies 15. includitur, adeo quod debitor nō incurrat aliquam contumaciam, nisi à die decimasexta in antea.

3 Tertio quia paria sunt dicere ante 15. diem, & infra 15. diem, licet enim vtraque dictione videatur prima fronte excludi ipsa dies 15. secus tamen

4 est de iure, quoniam dictio infra idem sonat, quod intra *l. in venditione, vbi Accur. in ver. infra ff. de actio. empt. Inst. de gradi. Napoda. in Cōsuetudine Neap. Et idem in ver. infra de aperturis non faciend. Io. Monachus ex eo tex. in c. 1. de except. in 6. nu. 11. ver. sed nunquid.* Sed sic est, quod quoties dicitur, vt intra, vel infra talem diem aliquid fiat, tota illa dies includitur *c. præterea il 2. vbi Io. Andr. de appella. c. quisquis, vbi gl. 4. q. 5. l. 1. §. si intra ff. succe. edi. l. si quis sic dixerit ff. verb. signi. l. pater ff. de adult. consonant, quæ tradit Vinc. de Franch. in sua decis. 703. de qua inferius.*

Ergo idem dicendum in casu nostro, vt ex ijs verbis ante 15. Febr. rota

5 ta 15. dies includatur, Quemadmodum in simili, si quis legat omnia prædia vsque ad prædium Gazanū, ipsum quidem prædium Gazanum rectè continetur *tex. est in l. patronus §. 1. ff. de leg. 3. l. fi. vbi gl. ff. de Senato.*

Quarto vbicunque lex facit mentionem duorum mensium. vtpote

6 si infra, vel ante duos menses aliquid fiat, tali quidem casu, is qui fecerit in sexagesimo primo die, & sic prima die post terminum præfixum audiendus est, & purgabit moram, *notab.*

ad

ad hoc est tex. in l. vbi lex. ff. de regulis iuris. Ita, & in casu nostro, qui ante 15. diem deponere debet, audiendus est, si deponat in ipsa die 15. Imo si vetum est quod in termino includatur ipsa dies 15. *d l. qui ante Kal. ff. de ver. obl.* audiendus est etiam si deponat in 16. & sic prima die post terminum *d. l. vbi lex ff de reg. iuris*. Iniquũ
7 enim videtur, & à iuris æquitate longè alienum, vt vnius diei lapsu excludatur quis à iure sibi competẽte, verba sunt *Tiraquell. in proprijs terminis in Tract. de Retr. ligna. §. 1. glo. 11. nu. 22. in fine.*

Quinto ad idem est *tex. expressus in l. 1. ff. si quis cautio*, vbi si quis in
8 prima die sistere debet in iudicio, audiendus est si in die 2. sistat. Itaque dato quod terminus deposirandi in casu nostro expiret in die 14. secundum corticem verborum, adhuc deponens in 15. die audiendus est, Dies
9 enim vltimi termini non computatur in termino, quem texrum ad hoc singularem dicit *Tiraquel. de Retr. ligna. §. 1. gl. 11. nu. 27.* Idque de communi consuetudine ita seruari testantur *Alber. & Fulgos. in d l. 1. quos refert, & sequitur Tiraquel. loco citato nu. 21.*

Sexto facit bonum simile de Reg. Pragmatica mandante, quod sententiæ à duc. 150. infra executioni demã denrur, non obstãte appellatione, per quæ verba fuit decisum quod manderur executioni sententia, quæ fuerit duc. 150. nec plus, nec minus,
10 quoniam infra summam dicitur, etiã quod summam compleat; quemadmodum in casu nostro ante 15. diem rectè dicitur, etiam quod diem 15. attingat. *Ita Vinc. Franch. decis. 703.* Id, quod quotidie practicamus.

Septimo accedat in dubio pro liberatione esse iudicãdũ *vulg. l. Arria.*
11 *vbi latè DD. ff. de act. & obliga. gl. ex eo tex. in l. soluendo in fi. ff. de nego. gest. is Alex. in l. 1. col. 1. ff. sol. matri.* Hucque
12 pertinet, quod in dilationibus, quæ à lege siue à statuto præstituuntur sẽper æquior opinio attendemda est, quæ debitori faueat, vt in proprijs terminis concludit *Tiraquel de Retr. ligna. §. 1. glo. 10. nu. 59.*

13 Octauo denique in dubio iudicãdum est debitorem non fuisse in mora, sed soluisse in tempore congruo, *Ripa in l. insulam col. 2. n. 7. vers. quod tenendum ff. de verb. obli. Anna singul. 668.* cũ cæteris ab eo congestis.

Quæ omnia scripsi in gratiã Magn. Iuriscõs. D. Marci Marelca olim meritissimi Iudicis M. C. V. in Ciuilibus, mox in Criminalibus filij prædicti Magnif. Francisci deposirantis. Quibus iuribus creditor acquieuit, vti retulit mihi idem D Marcus.



SVMMARIVM.

1 *Libellus ineptus, vel erroneus potest corrigi in articulis.*
2 *Si quis agat ad damnum passum, & interesse, an teneatur exprimere singula bona amissa, & an parte opponente.*
3 *In Regno Neapolitano iudicia sunt Summaria, proceditur ex bono, & æquo, sola facti veritate inspecta, omniq; Ciuili subtilitate postbalita.*
4 *Quoties sub larga significatione vocabuli potest aliquid in libello compræhendi, & includi, super eo rectè fertur sententia, & ad hoc Decretum Regiæ Cameræ Summar.*
Quoties sunt res annexæ, et non incongruæ vales sententia super petitis.
In dubio præsumitur libellus idoneus.
5 *Si fuerit actum vna via, et probatum de alia, nihilominus debet actor obtinere.*
6 *Sententia non conformis libello an valeat.*
7 *Iudex potest moueri ex alijs, quæ non sunt in iudicio.*

Clau-

8 *Clausula Omni meliori modo quid operetur.*

9 *Et quid clausula Deducens omne ius &c.*

10 *Sacr. Concil. Neap. tanquam Principis Concistorium iudicat sola facti veritate inspecta, & secundum forum conscientiæ.*

11 *In caussa matrimoniali fertur sententia secundum veritatem, etiam non conformis libello.*

12 *Ius superueniens ex caussa de præterito conualidat iudicium.*
Maximè ante conclusum.

13 *In caussa spirituali, prout est caussa matrimonialis, iudex secularis non potest se ingerere, etiam quod veniat incidentèr.*
Quæstionis resolutio.

CONS. XXXIV.

Pro Camillo Brancia.

Si quis agat ad damnum, & interesse passum, an teneatur singulas res amissas declarare. Et quid parte opponente. Quoties sub larga significatione potest quid in libello comprehendi, super eo non expresso, an rectè feratur sententia. Quoties sunt res annexæ, nec inter se incongruæ, an valeat sententia super nō petitis. Et ad hoc Decisio Reg. Cam. Sūmar. Si Actor agat vna via, & probet ex alia, an obtineat. Sententia non conformis libello, an, & quando sustineatur. Iudex an possit moueri, & decernere ex alijs, quę non sunt in iudicio. Clausulæ Omni meliori modo, Deducens omnes ius, &c. quidnam operentur. In Regno Neapolit. Iudicia sunt summaria, nimirum proceditur ex bono, & ęquo, sola facti veritate inspecta. Maximè verò in Sacro Regio Concil. Neapolit. in quo tanquam in Concistorio Principis, secundùm forum conscientię, omnique ciuili subtilitate posthabita iudicatur. In caussa merè spiritali Iudex secularis non se ingerat, vel etiam si veniat incidentur tractanda.

Camillus Brancia exposuit in Sac. Conc. se natum ex Petro Antonio viro Patritio soluto, & Virgilia M. soluta sub figura matrimonij, Immò exposuit, quod eius pater voluit traducere prædictā Virgiliam in matrimonium, fuitque impeditus à consanguineis prætendentibus successionem, subdens fuisse legitimatū per rescriptum Principis; ideòque debere gaudere prærogatiua nobilitatis, vt cæteri Surrentini patritij.

Et quia post libellum porrectum in Sac. Conc. tale matrimonium vti Canonicum, & ex omni parte legitimum, fuit postea per Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam solennizatum, adeò quod Actor non tanquā legitimatus, sed tanquam legitimus debet obtinere, per subsequēs enim matrimonium omnis deletur macula *c. 1. qui fil. sint leg. l. cum quis à muliere libera C. de nat. lib.* Nè forte compilato processu opponeretur esse necessarium nouum libellum, nouumque iudicium. Est

Est animaduertendum, quod nullo modo est necessarium nouum iudicium: sed super eodem libello, eodemque iudicio est de iure pronunciandum ad fauorem actoris, vti legitimè nati, ex vero, solenni, & legitimo matrimonio inter eius parētes.

1 Siquidem de iure libellus erroneus, & malè conceptus potest declarari, & corrigi in articulis, *Innoc. in c. 2. de ord. cogni. & ibi in specie Fel. in vers. octauus casus*, quos refert, & sequitur *Boerius in decis.* 42. *num.* 13. id quod videtur sentire *Alex. in l. vinum in si ff. si cert. pet. & in specie* Oldrad. *conf.* 244. *in princ. & Rota in nouis decis.* 33.

2 Adeò, vt si quis agat ad damnum passum, & interesse non teneatur in libello exprimere bona, quæ amisit, etiam parte opponente: sed sufficit in articulis illa poni, *Ias. in l si quando n.* 15. *C. vnde vi, Innoc. in c.* 2. *super gl.* 2. *de ord. cognit.* cum cæteris allegatis per *Pet. Garsiam Dicto mirab.* 135.

3 Potissimum verò in Regno nostro, vbi iudicia sunt summaria, & proceditur de bono, & æquo, sola facti veritate inspecta, omnique ciuili solēnitate posthabita, vt in Pragmatica *dispendia litium*, & in *capitulo detestantes*, vbi latè nostri Regnicolæ, & in specie *Maran. in suo aur. spec. par.* 4. *d.* 9. *n.* 18. prout in casu nostro, in quo licet Actor in libello asserat esse legitimarum, innuit tamen esse legitimum, & in articulis posuit, & probauit esse natum ex vero, & legitimo matrimonio, & ex legitimis coniugibus, sufficit enim actorem coram Principe quoquomodo innuisse factum, *Affl. decis.* 95. *n.* 7 *facit tex. in l. prima* §. *quia verò ff. quorum legatorum*, conferunt dicta *per Riccium Collect.* 1828.

4 Amplius quoties sub larga significatione vocabuli potest illud in libello comprehendi, de quo agitur, prout in casu nostro, legitimi enim, & legitimati virtualiter parificantur, tùnc sine scrupulo potest ferri sentētia super eo libello, *Butrius in c. si extra de consuet, idemque in c. cū dilectus de relig. domib.* cum cæteris ab eo congestis, & ità in proprijs terminis per Regiā Camerā Summ. decisum testatur *Anna sing.* 312.

Quibus accedat, quod valet sententia super non petitis, quoties sūt annexa, vel non incongrua, *Io. de Anania in c. licet heli de simonia* quem refert, & sequitur *Hipp. in rub. de fideiussorib. num.* 150. Imo in nostro Sac. Conc. tanquam in Concistorio Principis valet sententia condemnatoria ad non petita, vel vltra petita, vt post *Affl. testatur Io. Fran. de Ponte decis.* 137. *n.* 12. *lib.* 2. In dubio autem libellus præsumitur aptus, & congruus *Innoc. in c. examinata de iudicijs*, *Bal. in l. edita C. de edendo*, quos adhoc refert *Anna sing.* 613.

5 Quinimmo si actū fuerit vna via, & probatum de alia, debet nihilominus actor obtinere, quoniam proceditur sola facti veritate inspecta, & attento foro conscientiæ *Bart. in l. æmilius largianus ff. de minorib. Roma. conf.* 20. *Gramm. conf.* 80 *&* 90. *nu.* 23. *Aymon conf.* 198. *n.* 7. *cum seq.* cum cæteris allegatis per *Hippol. de Marsilijs in suo sing.* 272. *Affl. decis.* 322.

5 Ideòque potest ferri sententia non conformis libello *Ias. in l. vinum col.* 17. *ff si cert. pet. per tex. in Clem. sæpè* §. *uerum, vbi late DD. de verb. signif. Bart. in extrauag. ad reprimendum in vers. sine figura, & in specie Maran. in sua praxi par.* 4. *d.* 9. *n.* 33. *Veral. decis.* 126. *par.* 3. *Ludouis. decis.* 176. *nu.* 3.

7 Accedat quod Iudex potest moueri ex alijs, quæ non sunt in Iudicio *Innoc. in c. sua circa finem de cohabit. cleric. & mul* quem refert, & sequitur

8 *Affl decis.* 28. maximè si in libello adsit clausula Omni meliori modo, vt in casu nostro, *Grat. conf.* 58. *lib.* 1 *& conf.* 63. *n.* 6. *lib.* 2. *Vrsil. ad Affl. d. dec.* 372. *n.* 3.

in Historijs latè docuimus, nimirum militares astus, septa, clathros, repagula, velut inuicta tutamina, cæteraque bellica instrumenta, militariaque ornamenta, & præclara fortitudinis facinora, quasi gloriosa trophæa, siue ciuilia, siue castrensia, terrestria, maritimaque.

22 Illud tamen non omiserim in cõpositione Insignium metalla simul, & colores requiri, quæ quidem in vno, eodemque subiecto concurrere debent nimirum Aiax, & Vlysses, vt per Aiacem, metallum, & fortitudo, per Vlyssem color, & astus; siue corporis, & ingenij vires indicentur. Non tamen metallum supra metallum, vt potè non aurum supra argentum, nec è contra, neque color supra colorem puta Cæruleus supra Rufum, vel viridem; nec è contra, sed metallum supra colorem, & è cõtra, Alioquin falsa, & plebeia erunt insignia, quod innuit *Thesaur. in vltima decis. num.* 38. & latius in Historijs retulimus.

23 Sed ad quæstionem descendendo Venerabilis Mons directus Dominus licito iure videtur petere affixionem Insigniũ in bonis emphyteoticis sibi reddititijs. Id, quod ratione, &

24 auctoritate firmabo, Potissima autẽ ratio ea est, quòd insignia indicent rei dominium, *Meno. de præsu. lib. 6. cap* 15. *nu.* 45. *Cassan. Catal. p.* 1. *conf.* 38. *conclus.* 29. *in fi. Ricc. in praxi iuris Patron. num.* 7. *Garf. de nobilit. par.* 2. *q.* 29. *Cepo. de seru. vrb præd. tit. de picturis cap.* 71. *Gratia. discep. for. cap.* 210. *in fin. post Bar. de Insi. & Arm. cap.* 3. *n.* 16 *per tex. in l.* 1. §. 1. *C. de his qui poten. nomi. l.* 1. *&* 2. *C. vt nem. liceat sine iud. aucto. l. lex. qua tutores* §. *necvero C. de adm. tuto. l. vnic. C. de his, qui potentiorum nomine l.* 1. *&* 2. *C. vt nemo priuatus tituli l. basilicam C. de op. pub l. stig. C. de Fabri. lib.* 10. *S. ti-*

25 *tulos Auth. de mand. princ.* In quibus iuribus per verbum, titulus, stigma, signum, Imago, velum, vexillum, significantur arma, & Insignia, Quemadmodũ in libris Pãdectarũ, seu Digestorũ per verbũ signi; demonstrationis, seu nominis eadẽ denotãtur Insignia *ff. de oper. pub l.* 2. *l. falsi nominis ff. de fals. l. si nominatim ff de cond. & de-*

26 *monstr. l. certum. ff. si cert. pet.* vndè qui nomen alicuius deferre iussus est, & insignia deferre tenetur *l. hoc Iure* §. *fin. ff. de donat. l. facta* §. *si vero nominis ff. ad trebell. Suet. in August. cap.* 2. Itemque ipsum verbum insigne, & imago, de quibus in *l. eos* §. *qui se. ff. de fals. l. senatusconf. ff. de iniurijs l. fi. ff. de loco pub. verbumq; Gens, Domus, Familia, de quibus in l. pronũciatio* §. *communi iure ff. de ver sign.* Interdum etiam stemma nobilitatis insignia denotat, quod schema dici mauult *Alciatus tex. est in l. stẽmata vbi Accu, ff. de grad. affin. de quo latius Tiraq. loco citat. num.* 14. *facit gl. in auth. iusiurandum, quod præstatur ver. quatuor*, Quibus affines videntur Tabulæ, Statuę, Imagines, Trophea, Inscriptiones honoris causa paratæ *l. Aufidius ff. de priuileg. credit. d. l. fi. ff. de loco pub. l. si statua ff. de iniur. l. legatum in fi. ff. de admi. re. ad ciui. pert. dict. l. basilicam C. de op. pub. tot. tit. C. de statuis, & imaginibus.* ergo cum Venerabilis Mons retineat directum dominium, poterit in signum eius dominij arma

27 erigere. Nemini enim iniuriam facit, qui suo Iure vtitur *l. nullus videtur vbi glos. & DD. ff. de reg. iur. l.* 2. §. *denique ff. de aq. plu. arc. l. proculus ff. de damn. infe. l. seruus dotalis ff. sol. matr.* cũ cæteris abundè congestis per *Io. Franc. de Pont. conf.* 154 *n.* 1. *lib.* 2 *post Tiraq. in Præfa. Retr. nu.* 67. 72. 78. Neque opponatur, quod res in emphyteosim concessa ab emphyteota possideatur, ideoque in illam non possit concedens aliquo pacto se ingerere, sed solum Canonem conse-

28 qui, quoniã, & si res ab emphyteota teneatur, non tamen desinit concedens

dens esse Dominus, quod patet, quia dominicalia Iura retinet, nedum in canonis exactione, sed in prælatione, in laudimio, & cæteris *l. fin. C. de*
29 *Iur. emph. vbi DD.* tenetur autem emphyeota recognoscere Dominũ, eiusque Insignia pati, in quo non videtur lædi *arg. l. 1. §. sed, & si, l. 2. §. fin. de aq. plu. arc.*
30 Quibus addo quod multa conceduntur pro tuitione, & conseruatione iurium, parum enim referret concedentem directum dominium sibi reseruasse, nisi in eo conseruaretur *arg. l non videtur cum glos. ff. de acquir. hæred. l. si pro patre §. versum ff. de in rẽ uerso gl. in l. Martius ff locati, faciunt dicta per Ric. dec.* 667. videmus enim post longa tempora de facili directa dominia supprimi, & occultari, cum res, ab emphyteota vtili domino possideatur, & directus Dominus rei non assistat; maximè verò in rebus Ecclesiæ quę certum hominem non habent dominum, sed hominum vniuersitatem *arg l. 2. vers. naturale C. quando, & quib. quar. par. deb. lib.* 10. qua cauetur. Na-
31 turale esse vitium, vt negligatur, quod à pluribus possidetur, notatur *in l. cum pater §. dulcissimis ff. de leg.* 2. vndè meritò concedẽdũ est, vt pro conseruatione iurium Venerabilis Mons valeat sua erigere arma, Ex quibus directum dominium indicetur, & in posterum conseruetur *l. monumentum ff. de relig. & sumpt. fun.*
32 signum enim arguit signatum *l. mimę C. de Episc. Aud. l. stigmata C. de Fabri lib.* 10 *l. ad recognoscendum C. de ingen & manumis.* Ad hæc signum, & demostratio vicem nominis præstãt *tex. in l. si nominatim ff. de cond. & dem.* Hinc *Bal. in auth dos data C. de don. ante nup.* notabiliter scriptum reliquit, quod ex signis appositis in Ballis cognoscitur Dominus Ballarũ per *tex. vbi Imo, & Alex. post glos. in vers. signante in l. si ita stipulatus §. Grisogonus ff. de verb. oblig. Ias. in l. si mora n.* 12. *ff. sol. matr. Neguſ. de pigno.* 2. *par.* 3. *membr.* 5. *par. princip. nu.* 14. cum cæteris cumulatis per *Ann. Alleg.* 109. *n.* 3. *post Hippol Marsil. in Rub. C. de probat. n.* 300. Quod autem Insignia probent latè ostendimus in *cons. præcedenti.*

Et ne desit particularis Decisio, adducam ad hoc auctoritatem *Marini Freccia de subfeud. lib. 2. author.* 47. vbi ex multis, quæ non referam (pudet enim aliorum dicta transcribere) concludit pro directo Domino, & quamuis loquatur in feudatario subinfeudante, vt liceat in castro subinfeudato apponere arma, eadem tamen ratio militat in directo domi-
33 no erga suum emphyteotam, validũ enim est argumentum de feudo ad emphyteosim, & è contra. *Speculat. de feud. §. quoniã ver. quadrag.* cãque communem opinionem dicit *Socc. Iun. cons.* 72. *nu.* 57. *lib* 1. *post seniorem*
34 *cons.* 167. *n.* 24. *lib.* 2. Arma autem directi domini erunt affigenda supra arma emphyteotæ, ita vt præcedãt, & in altiori, ac digniori loco visãtur. *arg. §. aliam verb. altiori vbi gl. & DD. Inst. de bonor. possess. consocia in §. vlt. in vlt. ver. Inst. de Iure natu. l.* 2. *§. seruius ff. de ori iur. l* 1. *ff. de albo scrib. c. quia tua so dist. l. fin. C. de tyro. lib.* 10 *Frecc. de subfeud lib.* 1. *cap alia etiam nu.* 3. & latius diximus *Festiu. lect. lib. primo cap.* 7. *in principio.*

35 Ex quibus obtinui, fuitque ad Relationẽ Regij Cõsiliarij Felicis Ianuarij Marchionis Sãcti Maximi per Sac. Reg. Conc. decretum, quòd liceat Venerabili Monti affigere arma penes Izzum.

36 Quod est notabile, posset enim fundus reddititius esse preciosus, puta vltra decem millia, Contra vero debitus canon minimi redditus annui oboli, siue, vt solet vnius Turdi, folius Pomi, flosculi, & id genus exigui, aut nullius valoris, in obsequiũ

directi dominij, adhuc tamen directus dominus superiora attollet Insignia, triumphādo de vtili, opulentissimo dominio, præfertur .n. directus Dominus *l. etiam ff. qui.pot.in pig.hab.* cum omnia cedant solo, ex his quæ tradunt *Bar.* *Detius Ceterique communi omnium voto in auth. qui rem C. de Sacros. Eccl. Rip. in l. fin. C. de reuoc. don. Affl. dec.* 80. *propè finem*, quos refert, & sequitur *Clar. §. emphyteosis q.* 8. & quod pro modico canone deuoluatur magnum, pretiosumque prædium fuit nuper decisum per S.C. me patrocinante in causa Venerabilis Montis de Manso cum emphyteotis apud acta Figliolæ pro Amico.



SVMMARIVM.

1 *Mulier, extantibus liberis non potest disponere de dotibus, nisi de decima parte virtute Const. Neap.*

2 *Habitatio extinguitur morte.*

3 *Habitatio importat dominium, & proprietatem.*
Quid importent ea verba lego habitationem.

4 *Possessionis verbum importat proprietatem, que madmodum habitatio importat dominium.*

5 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
Etiam si subrogati naturæ videatur repugnare.

6 *Relatio debet esse pariformis.*
Determinatio debet æqualiter determinare.

7 *Optima rerum interpres est praxis.*

8 *Approbans testamentum non potest illud impugnare.*

9 *Habitationis verbum cum descriptione singulorum membrorum quid importet.*

10 *Pretij quantitas arguit quid veniat in venditione.*

11 *Consanguinitatis ratio ampliorem inducit interpretationem.*

12 *Quisq; intelligitur stipulari pro se, & heredibus.*

13 *Pactum doti preiudiciale reijcitur.*

14 *Absurdus intellectus reijcitur.*
Verba intelligenda, vt rei subiecto conueniant.
Imo impropriianda, ne repugnantiam, & absurditatem inducant.

15 *Questionis resolutio.*

16 *Probi viri veritatem colant, & à vanis litibus abstineant.*
Maximè vero piorum locorum Præsites.

CONS. XXXII.

Pro Nicolao Guido.

ARGVMENTVM.

Habitationis verbum an, & quādo importet dominium, quēadmodum possessionis verbum, an & quando importet proprietatem. Subrogatum debet sequi naturam eius, in cuius locum subrogatur, & quid si natura subrogati repugnet. Relatio debet esse pariformis, quemadmodum determinatio debet æqualiter determinare. Approbans testamentum an valeat postea illud impugnare: pretij quantitas arguit quidnam veniat in venditione. Pactum doti præiudiciale, quemadmodum absurdus intellectus reijciuntur. Et ad hæc decretum Sacr. Reg. Conc. Probi viri veritatem colāt, & à vanis iurgijs abstineāt.

D.Ga-

D. Gaspar frater dotans pro vnc. 50. dotalibus assignat habitationē Antoniæ sorori, describendo singula mēbra domus, durāte tamē beneplacito ipsius Antoniæ sororis, cū pacto, quod si soror renuerit habitationē,& maluerit pecuniā, teneatur dotās statim restituere vn. 50.& sic ad arbitriū, & electionem Antoniæ sororis cōsequendi habitationem, vel pecuniam.

Mortuo D. Gaspare, per sacrum Hospitale diuæ Mariæ Annuntiatæ hæredem fuit olim prætensa restitutio domus solutis vncijs 50. Replicabat Antonia, quod ipsa intendebat inhærere habitationi, quam eligebat pro suis dotibus, qua declaratione stante, per sententiā S.C. fuit absoluta Antonia,& penitus liberata à prætensa relaxatione domus.

Modo Antonia in vltima voluntate instituit hæredes filias in prædicta domo dotali, sub conditione quod si filiæ decesserint absque legitima prole, succedat dictum Sacrum Hospitale D. Mariæ Annunciatæ.

Mortua testatrice, filiæ hęredes potitæ sunt domo per annos 40. quā postea donauerunt Nicolao Guido nepoti, & tandē mortuæ sunt absque prole.

Prætendit Sacrum Hospitale auocare domum virtute substitutionis, stante quod prædictæ filiæ testatricis mortuę sunt absque legitima prole.

Ad quod respōdet Nicolaus donatarius, quod talis substitutio est nulla per Consuetudinem Neapolitanā,
1 quæ disponit, quod stantibus filijs, mulier non possit disponere de dotibus, nisi de decima parte.

Hospitale vti hæres D. Gasparis fratris dotātis vidēs se exclusū à prima, & secūda prętēsione, cōuolat ad tertiā, prętendendo, quod per ea verba *assignat, & cedit habitationem domus &c.* fuerit cessa simplex habitatio, nō
2 autē proprietas domus, & quod talis habitatio sit extincta per mortē Antoniæ *per tex. in l. si habitatio §. ad hæredē ff. de vsu. et habit.* Et sub tali prætextu Hospitale statim affixit Arma in domo, ac si sua esset.

3 Sed Respondetur quod licèt per Instrumentum concedatur habitatio, tamen meminisse oportet quòd per habitationem domus intelligitur ipsa domus, patet *ex gl. notab. per illū tex in l. cum antiquitas in vers. esse relictum C. de vsu. & habit. per hæc verba.* testator solebat vti verbo habitationis pro domo; ad quòd addo *glos. in l. seiæ §. gaio in ver. instrumentum ff. de fund. instruct.* vbi paria sunt dicere lego habitationem, & lego domum.

Item quemadmodum per verbum possessio significatur ipse fundus, ita
4 per verbum habitatio significatur ipsa domus *tex. est in l. interdum ff. de verb. signif.* quem ad hoc in proprijs terminis allegat *Bar. in d. l. cum antiquitas.* Denique per illa verba habitatio non semper significatur vsus, sed quandoque significatur ipsa proprietas *arg. tex. in l. species auri ff. de aur. & arg. leg. & in l. donationes §. species ff. de donationibus*; & quod in casu nostro per habitationem intelligatur necessario ipsum dominium domus moueor.

5 Primo quia quemadmodum vnciæ 50. dotales sunt perpetuæ, ita habitatio, quæ successit in earum locum debet esse pariter perpetua, vt subrogatum sapiat naturam eius, in cuius locum est subrogatum quod verum est, etiam si subrogati natura in aliquo repugnaret *l. si eum §. qui iniuriarum, vbi Ias. in 2. notab. ff. si quis cautio. Castr. cons. 73. & cons. 265. lib. 1. Dec cons. 190. & cons. 593.* quos refert, & sequitur *Tiraquell. de Retr. S. 1. gl. 10. n. 83.*

Secundo talis habitatio debet esse perpetua, quemadmodum vnc.
6 50 sunt perpetuę, & transeuntes ad hæredem, vt fiat ad vtrumque pariformis relatio *l. fin. vbi Bar. C. de sent.*

&

& interlo omn. iud. atque vt vna determinatio respiciens plura determinabilia, æqualiter determinet *vulg. l. iam hoc iure ff. de vulg.*

7 Tertio, & fortius habitatio est iam effecta perpetua, nam Antonia eam reliquit filiabus in testamento, quę potitę sũt tali habitatione per annos 40. optima autem rerum interpres est praxis *l. nam Imp. ff. de legi.* Quid igitur disputamus de perpetuitate habitationis, si videmus eam iam effectã

8 perpetuam. Tale autem testamentum, per quod habitatio est perpetuata fuit approbatum per Sacrũm Hospitale, dum uirtute testamenti, & substitutionis egit pro relaxatione domus, ad *tex. in l. fin. ff de inoff. testa.* Igitur si approbauit testamentum, quonam pacto potest illud impugnare, ex ijs, quæ latè tradit *Tiraq. de Retr. ligna. §. 1. gl. 9. nu. 267.* vt omictam etiam actionem per longa tempora esse sopitam *l. omnes C. de præs. trig.*

Quarto quoties verbum habitatio respicit particularem habitationem, describendo singula membra domus, vt in facto nostro, tali quidem casu si-

9 gnificatur ipsa domus, & proprietas domus, secus autem si diceretur simpliciter habitatio per verbum iuris, ista est singularis doctrina *Guil.* quem refert, & sequitur notabiliter *Bal. in d. l. cum antiquitas n. 5.* & post ipsum sequitur *Ias. in l. domos in princ. ff. de leg. 1.*

Quinto in dubio ex quãtitate pretij iudicatur quid veniat in contractu

10 *l. cum in fundo §. vxor ff. de iu. do. Ias. in §. actionũ nu. 171. Inst. de actio. Capyc. dec. 14. Alex. cons. 61. nu. 6. lib. 4.* quos refert, & sequitur *Anna sing. 645.* optimè *Affl. in Const. Regni ea, quæ ad decus nu. 26* sed sic est, quod tota ea domus cum suis membris, eiusque plenum dominium centum ante annos non valebat vltra vnc. 50. pro quibus tunc temporis fuit data in dotem, ergo de tota domo, eiusq; proprietate pręsumuntur contrahentes

11 sensisse, maximè verò in casu nostro ita pręsumitur actum inter fratres fauore cõsanguinitatis, vt plenũ dominiũ domus veniat *arg. l. si extraneo ff. de vsufr. quem ad hoc allegat glos. inter priuilegia consanguinitatis in l. si tutor ff. de susp. tuto. Tiraquel. de vtr. Retr. in Præf. nu. 55.*

Sexto Quid plura? Antonia stipulata est pro se, & hæredibus in

12 perpetuum, vt legitur ex Instrumento dotali, & per consequens habitatio est perpetua, quod ita est de iure, vt quisque in dubio videatur stipulari pro se, & hęredibus, vbi rei natura non repugnet *vulg. l. si pactum ff. de probat. l. si necessarias §. pen. ff. de pignor act. latè Capyc. decis. 203. tex. vero in l. si habitatio §. in hæredem ff. de vsu, & habita* procedit in legato, non autem in stipulatione.

Septimo Antonia habuit primo loco in dotem pro vnc. 50. quandam

13 alteram domum in perpetuum, vt ex instrumento in anno 1536. Cumque ex tali dotatione fuerit quęsitum ius ipsi mulieri, & filijs nascituris, non potuit postea in anno 1538. per viam permutationis dari ista alia domus uita durante, in pręiudicium ipsius mulieris, & filiorum nasciturorum, sed per habitationem est intelligenda domus ęque perpetua iste est *tex. in l. ita constante ff. de iure dot. l. cum maritus, & l. si mulier ff. de pact. dotal.* quoniam omne pactum doti, & filijs pręiudiciale, per quod dotis conditio efficiatur deterior, est nullum de iure *vul. l. Attilicinus, vbi latè DD. ff. de pact. dotal. Affl. decis. 154. cum simil.*

14 Octauo habitatio est intelligenda de perpetua habitatione, ac de ipsa domo, ciusque proprietate, vt absurdus intellectus excludatur *l. nam absurdum ff de bo. lib. l. prima §. vnde quęritur ff. de publ. Ias. in l. Marcellus in 4. notab. ff. ad Trebell.* Ratio autẽ quare contrahentes vsi fuerint verbo habita-

bitationis ea est, quia cum domus fuerit data durante beneplacito Antoniæ, cum pacto, quod quandocũque posset petere suas vncias 50. poterat Antonia habitare per aliquod tempus, & postea dimissa domo petere pecuniam, & ideo fuit actũ per verbum habitatio, quoniam dominiũ domus erat reuocabile, & poterat deseruire pro habitatione temporali, verum cum postea Antonia declarauit velle domum, de ea disposuit in perpetuum, transferendo illam in hæredes, vt iam dictum est. Hinc verba intelligẽda sũt, vt rei subiecto cõueniant, imo impropriãda, ne absurdus resultet intellectus, neue materiæ, de qua agitur quicquam aduersari videantur, vt latissimè scripsimus *Fest. lect. lib. 3. c. 9. in prin. vers. Hinc improprianda verba &c.* sed in re tam clara, & aperta quid est opus tot, tantisque Iuribus, & rationibus?

15 Ex his Nicolaus donatarius non fuit vlterius molestatus. Et Arma Sac. Hospitalis de facto domui affixa, ex Decreto fuerunt deleta. In Banca Cantoni.

16 Hæc autem adnotare volui, vt significarem vel etiam pro minima, & vix colorata causa magnas interdũ accendi lites, quæ in persona potentium, maximè vero piorum locorum bonam præseferunt frontẽ, rectique speciem, licèt nullo iure, nullaque ratione subsistant (præcipuam religionem, insignemque Sacri Hospitalis pietatem semper excipimus) At quantum præstaret Sacra loca, piosque Præstites, & Aeconomos veram pietatẽ præ oculis habere, & à friuolis caussis, quæsitisque coloribus abstinere. *arg. tex. in c. suspectas ibi facilè litigantes 3. q. 5.* cum cęteris per nos congestis *Fest. lect. lib. 2. cap. 9. num. 3.*



SVMMARIVM.

1 *Paria sunt dicere die 10. Kal. & ante diem 10 Kal.*

2 *Per hac verba ante diem 10. Kal. vndecima dies significatur.*
Quod maximè procedit fauore liberationis.

3 *Paria sunt dicere ante 15. diem, & infra 15. diem.*

4 *Dictio infra, idem valet quod intra.*

5 *Dictio vsque includit, unde si legentur omnia prędia vsq; ad prædium Gazanum, ipsum quidem prædium Gazanum continetur.*

6 *Qui infra duos menses tenetur aliquid facere, audiendus est in sexagesima prima die.*

7 *Iniquum videtur vt vnius diei lapsu quis excludatur à suo iure.*
Qui tenetur prima die sistere in iudicio, audiendus est in secunda die.

9 *Dies termini nõ cõputatur in termino.*

10 *Infra summam dicitur, etiam quod summam compleat.*

11 *In dubio pro liberatione iudicandum.*

12 *In dilationibus, quæ à lege, siue statuto conceduntur, æquior sententia sequẽda est.*

13 *In dubio iudicandum debitorem non fuisse in mora.*

14 *Quæstionis solutio.*

CONS. XXXIII.

Pro Francisco Maresca.

Paria sunt dicere die x. Kal. & ante diem x. Kal. Per ea verba ante diem x. Kal. vndecima dies de iure significatur. Nunquid dictio Vsque sit inclusiua, adeò vt si legentur omnia prędia vsq; ad prædium Gazanum

num includatur ipsum prędium Gazanum. Qui tenetur infra duos menses, an in sexagesima prima die sit audiendus. Qui tenetur prima die soluere, an in secunda die sit audiēdus. In dubio pro liberatione atque adeo debitores non fuisse in mora est iudicandum.

DEcernit Regium generale Decretum quod omnia deposita facta de moneta adulterina, vulgo zannecta ante quintumdecimum Febrarij 1622. sint ritè,& rectè facta, cætera vero intelligātur illegitimè imo nulliter facta Modo contigit vt Magnif. Franciscus Maresca fecerit depositū ducarorum bis mille in ipsa die 15. Febt. Quæritur quid iuris? Et quod tale depositum sit validum, & legitimè factū cōtra omnes, qui prima frōte ex verbis statuti contrarium sentiunt moueor.

1 Primo qua patem omnino vim obtinent ea verba die decima Kal. & ante diē x. Kalendarum, quemadmodum in casu nostro paria sunt, dicere deposita facta die 15. Febr. & ante 15. Febr. esse valida, vtroque in sermone tota dies 15. continetur. *tex. est ad literam in l. qui ante Kal. & in l. qui ita stipulatur* §. *qui ita stipulatur ante Kal. ff. de verb obli.* Ita enim se habet communis vsus loquenda apud Ciuilia iura, atque adeo apud latinos, vt ex Cicer, alijsque probatis auctoribus, late ostendit *Artman. lib. 4. quæstionum q. 30.*

Secundo ad hoc videtur *tex. in l. anniculus* §. *ante ff de verb. signifi.* in quo habetur quod per hæc verba ante diē x. Kalendarum, vndecima dies

2 significatur, quod omnino verum est fauore liberationis, vt probè animaduertit *Artman. loco cit. post n. 6.* quoniā rota dies decima includitur fauore debitoris, adeo ꝙ debitor nō incurrat aliquā cōtumaciā, nisi elapsa decima die *l. qui hoc anno ff. de verb. obl.* §. *omnis stipulatio Inst. eo. tit.* Et ideo per ea verba ante diem x. vndecima dies significatur, in qua quidem vndecima die debitor incipit posse cōueniri. quemadmodū in casu nostro ex ijs verbis ante 15. Febr. tota dies 15. Includitur, adeo quod debitor nō incurrat aliquam contumaciam, nisi à die decimasexta in antea.

3 Tertio quia paria sunt dicere ante 15. diem, & infra 15. diem, licet enim vtraque dictione videatur prima fronte excludi ipsa dies 15. secus tamen

4 est de iure, quoniam dictio infra idem sonat, quod intra *l. in venditione, vbi Accur. in uer. infra ff. de actio. empt. Inst. de gradi. Napoda. in Cōsuetudine Neap. Et idem in ver. infra de aperturis non faciend. Io. Monachus ex eo tex. in c. 1. de except. in 6. nu. 11. ver. sed nunquid.* Sed sic est, quod quoties dicitur, vt intra, vel infra talem diem aliquid fiat, tota illa dies includitur *c. præterea il 2. vbi Io. Andr. de appella. c. quisquis, vbi gl. 4. q. 5. l. 1. §. si intra ff. succedi. l. si quis sic dixerit ff. verb. signi. l. pater ff. de adult. consonant, quæ tradit Vinc. de Franch. in sua decis. 703. de qua inferius.*

Ergo idem dicendum in casu nostro, vt ex ijs verbis ante 15. Febr. to-

5 ta 15. dies includatur, Quemadmodum in simili, si quis legat omnia prædia vsque ad prædium Gazanū, ipsum quidem prædium Gazanum rectè continetur *tex. est in l. patronus* §. *1. ff. de leg. 3 l. fi. vbi gl. ff. de Senato.*

Quarto vbicunque lex facit mentionem duorum mensium, vtpote

6 si infra, vel ante duos menses aliquid fiat, tali quidem casu, is qui fecerit in sexagesimo primo die, & sic prima die post terminum præfixum audiendus est, & purgabit moram, *notab. ad*

ad hoc est tex. in l. vbi lex.ff.de regulis iuris. Ita, & in casu nostro, qui ante 15. diem deponere debet, audiendus est, si deponat in ipsa die 15. Imo si verum est quod in termino includatur ipsa dies 15. *d l.qui ante Kal.ff. de ver. obl.* audiendus est etiam si deponat in 16. & sic prima die post terminum *d.l.vbi lex ff de reg.iuris*. Iniquũ
7 enim videtur, & à iuris æquitate longè alienum, vt vnius diei lapsu excludatur quis à iure sibi competẽte, verba sunt *Tiraquell.in proprijs,terminis in Tract. de Retr. ligna.§. 1.glo. 11.nu.22.in fine*.

Quinto ad idem est *tex. expressus in l. 1. ff. si quis cautio*, vbi si quis in
8 prima die sistere debet in iudicio, audiendus est si in die 2. sistat. Itaque dato quod terminus depositandi in casu nostro expiret in die 14. secundum corticem verborum, adhuc deponens in 15. die audiendus est, Dies
9 enim vltimi termini non computatur in termino, quem textum ad hoc singularem dicit *Tiraquel.de Retr. ligna. §.1.gl. 11.nu. 27.* Idque de communi consuetudine ita seruari testantur *Alber.& Fulgos.in d l.1.quos refert, & sequitur Tiraquel. loco citato nu.21.*

Sexto facit bonum simile de Reg. Pragmatica mandante, quod sententiæ à duc.150.infra executioni demãdentur, non obstãte appellatione, per quæ verba fuit decisum quod mandetur executioni sententia, quæ fuerit duc. 150. nec plus, nec minus,
10 quoniam infra summam dicitur, etiã quod summam compleat; quemadmodum in casu nostro ante 15. diem rectè dicitur, etiam quod diem 15. attingat. *Ita Vinc. Franch. decis. 703.* Id, quod quotidie practicamus.

Septimo accedat in dubio pro liberatione esse iudicãdũ *vulg.l. Arria.*
11 *vbi latè DD.ff.de act.& obliga.gl.ex eo tex. in l.soluendo in fi. ff. de nego.gest is Alex.in l.1.col.1.ff. sol.matri.* Hucque
12 pertinet, quod in dilationibus, quæ à lege siue à statuto præstituuntur sẽper æquior opinio attendemda est, quæ debitori faueat, vt in proprijs terminis concludit *Tiraquel de Retr. ligna.§.1.glo.10.nu.59.*

13 Octauo denique in dubio iudicãdum est debitorem non fuisse in mora, sed soluisse in tempore congruo, *Ripa in l.insulam col.2.n.7. vers. quod tenendum ff.de verb.obli. Anna singul. 668.* cũ cæteris ab eo congestis.

Quæ omnia scripsi in gratiã Magn. Iuriscõs.D. Marci Marelca olim meritissimi Iudicis M.C.V.in Ciuilibus, mox in Criminalibus filij prædicti Magnif. Francisci depositantis. Quibus iuribus creditor acquieuit, vti retulit mihi idem D Marcus.



SVMMARIVM.

1 *Libellus ineptus, vel erroneus potest corrigi in articulis.*
2 *Si quis agat ad damnum passum, & interesse, an teneatur exprimere singula bona amissa, & an parte opponente.*
3 *In Regno Neapolitano iudicia sunt Summaria, proceditur ex bono, & æquo, sola facti veritate inspecta, omniq; Ciuili subtilitate posthabita.*
4 *Quoties sub larga significatione vocabuli potest aliquid in libello compræhendi, & includi, super eo rectè fertur sententia, & ad hoc Decretum Regiæ Cameræ Summar.*
Quoties sunt res annexæ, et non incongruæ valet sententia super petitis.
In dubio præsumitur libellus idoneus.
5 *Si fuerit actum vna via, et probatum de alia, nihilominus debet actor obtinere.*
6 *Sententia non conformis libello an valeat.*
7 *Iudex potest moueri ex alijs, quæ non sunt in iudicio.*

Clan-

Est animaduertendum, quod nullo modo est necessarium nouum iudicium: sed super eodem libello, codemque iudicio est de iure pronunciandum ad fauorem actoris, vti legitimè nati, ex vero, solenni, & legitimo matrimonio inter eius parẽtes.

1 Siquidem de iure libellus erroneus, & malè conceptus potest declarari, & corrigi in articulis, *Innoc. in c. 2. de ord. cogni. & ibi in specie Fel. in vers. octauus casus*, quos refert, & sequitur *Boerius in decis. 42. num. 13.* id quod videtur sentire *Alex. in l. vinum in fi ff. si cert. pet. & in specie Oldrad. cons. 244. in princ. & Rota in nouis decis. 33.*

2 Adeò, vt si quis agat ad damnum passum, & interesse non teneatur in libello exprimere bona, quæ amisit, etiam parte opponente: sed sufficit in articulis illa poni, *Ias. in l si quando n. 15. C. vnde vi, Innoc. in c. 2. super gl. 2. de ord. cognit.* cum cæteris allegatis per *Pet. Garsiam Dicto mirab. 135.*

3 Potissimum verò in Regno nostro, vbi iudicia sunt summaria, & proceditur de bono, & æquo, sola facti veritate inspecta, omnique ciuili solẽnitate posthabita, vt in Pragmatica *dispendia litium*, & in *capitulo detestantes*, vbi latè nostri Regnicolæ, & in specie *Maran. in suo aur. spec. par. 4. d. 9. n. 18.* prout in casu nostro, in quo licet Actor in libello asserat esse legitimatum, innuit tamen esse legitimum, & in articulis posuit, & probauit esse natum ex vero, & legitimo matrimonio, & ex legitimis coniugibus, sufficit enim actorem coram Principe quoquomodo innuisse factum, *Affl. decis. 95. n. 7 facit tex. in l. prima §. quia verò ff. quorum legatorum*, conferunt dicta *per Riccium Collect. 1828.*

4 Amplius quoties sub larga significatione vocabuli potest illud in libello comprehendi, de quo agitur, prout in casu nostro, legitimi enim, & legitimati virtualiter parificantur, tùnc sine scrupulo potest ferri sentẽtia super eo libello, *Butrius in c. si extra de consuet, idemque in c. cũ dilectus de relig. domib.* cum cæteris ab eo congestis, & ità in proprijs terminis per Regiã Camerã Summ. decisum testatur *Anna sing. 312.*

Quibus accedat, quod valet sententia super non petitis, quoties sũt annexa, vel non incongrua, *Io. de Anania in c. licet beli de simonia* quem refert, & sequitur *Hipp. in rub. de fideiussorib. num. 150.* Imo in nostro Sac. Conc. tanquam in Concistorio Principis valet sententia condemnatoria ad non petita, vel vltra petita, vt post *Affl. testatur Io. Fran. de Ponte decis. 137. n. 12. lib. 2.* In dubio autem libellus præsumitur aptus, & congruus *Innoc. in c. examinata de iudicijs, Bal. in l. edita C. de edendo*, quos adhoc refert *Anna sing. 613.*

5 Quinimmo si actũ fuerit vna via, & probatum de alia, debet nihilominus actor obtinere, quoniam proceditur sola facti veritate inspecta, & attento foro conscientiæ *Bart. in l. æmilius largianus ff. de minorib. Roma cons. 20. Gramm. cons. 80 & 90. nu 23. Aymon cons. 198. n. 7. cum seq.* cum cæteris allegatis per *Hippol. de Marsilijs in suo sing. 272. Affl. decis. 321.*

5 Ideòque potest ferri sententia non conformis libello *Ias. in l. vinum col. 17. ff si cert. pet. per tex. in Clem. sæpè §. uerum, vbi late DD. de verb. signif. Bart. in extrauag. ad reprimendum in vers. sine figura, & in specie Maran. in sua praxi par. 4. d. 9. n. 33. Veral. decis. 126. par. 3. Ludouis. decis. 176. nu. 3.*

7 Accedat quod Iudex potest moueri ex alijs, quæ non sunt in iudicio *Innoc. in c. sua circa finem de cohabit. cleric. & mul* quem refert, & sequitur

8 *Affl decis. 28.* maximè si in libello adsit clausula Omni meliori modo, vt in casu nostro, *Grat. cons. 58. lib. 1 & cons. 63. n. 6. lib. 2. Vrsil. ad Affl. d. dec. 372. n. 3.*

3. quæ clausula saluat actum, illũque valere facit quocunque modo de Iure melius, ac tutius valere possit, etiã in vim iuris, quod nullo modo fuit expressum, nec mentionatum, vt per *Bursa. cons.* 47. *Ant.Gabriel de testa. concl.*5.*lib.*4.latè *Viuius decis* 595.*lib.* 1.*Alex.cons.*192.*nu.*9. *lib.*2. cum aliis allegatis per *Franch.decis.*156.*n.*2.*&* *nouissimè per Io. Franciscum de Ponte cons.*2.*n* 3. *vol.*2.*& per D.Rouit.super pragmaticam* 4.*de feud.n* 79.

9 Et tanto magis quia in libello adest clausula Deducens omne Ius &c. ex his, quæ innuit idem *Franch decis.* 86 *n* 7.*Ioseph Ludou.decis.*117. *Fontanel.de pactis nupt.claus*4.*gl.* 21.*par.*1. *n* 45. *cum seq.* cum cæteris cumulatis per *Io.Franciscum de Ponte d.cons.*2. *in princ.post Gab.com.opi.lib.*6.*concl.*4.

10 Quod eo fortius militat in Sac.Regio Conc. Neap. in quo proceditur Summariè, & de plano, sola facti veritate inspecta, & attento foro interiori conscientiæ, omni legum subtilitate posthabita, & iuris ordine prætermisso, quoniam ipsum Sac. Conc. vti Concistorium Principis habet supremam iurisdictionem, & iudicat tanquam ipse Princeps, vnde non curat de errore libelli, nec quod sit actum vna via, & probatum de alia, neq; quod sententia non sit cõformis libello, sed tantũ attendit rei ueritatem. & iustitiam *c. dilecti vbi DD. de Iudicijs Abb. in c. dilecti de eo quod met cau. Io.And. in cap. dudum de decimis, Innoc. in c.* 1.*de libelli oblat.* optime *Veral d. decis.*126.*par.* 3. cum cæteris adductis per *Affl.d decis.*95.*nu.* 7. quẽ sequitur *Surdus decis.*32.*n.*9 *Archid in c.*2 *de rest.spol.Bertrad.cons.*137.*primo vol. Bal.in l humanum C. de legib. Paris de syndicatu in ver. sententia cum cæteris abundè relatis per Gram.dec.* 19. *n.*14.*& decis.*76.*n.*33.*& seq. Boer.decis.*42.*n.*18.*& seq. Dec. cons. penult.in fin.*optimè *Affl.quæ sint regalia nu.*83. *& nouissimè de Ponte d.cons.*2.*n.*4.*Ricc. collect.*343.

11 Et ne desit particularis doctrina, & punctualis decisio, est animaduertendum, quod in causa matrimoniali fertur sententia secundum rei veritatem, licet non conformis libello, *Cardin. in Clem. sæpè de verb. signif. per Dec.d cons.penult.in fine.*

12 Denique solennitas matrimonij, quæ postea superuenit confirmat, & conualidat Iudicium ex reg quod ius superueniens ex causa de præterito debet validare iudicium, maximè ante conclusum in causa, prout in casu nostro *l.si rem* §.*si ff.de pign. act. l.si mandauero tibi*, *aut titio ff. mandati*; satis est enim quod tempore sententiæ constet de Iure, *Alex. post gl. in l.litis contestatæ ff de neg.gest. idẽque cons.*78 *lib.*1. *& ità decisum refert Capyc.decis.*16.*post.n.*6.*facit tex. in terminis in l. ampliorem* §. *fi.C. de appellationibus.*

13 Maximè cum tractetur de Sacramento matrimonij, ac de causa merè spirituali, in qua nihil potest Iudex secularis, etiam quod veniat incidẽter tractanda; sed eius validitas, vel inualiditas tota pendet ab arbitrio Iudicis Ecclesiastici, adeò quod huiusmodi causas nullo modo possit Iudex laicus cognoscere, nec in eas quicquam se ingerere, vt incompetens, & penitus incapax *Franch. decis.*189.*Bart in l.* 2.*ff. de re iud. idẽque in l.Præses C.de appellat. Ang.in l quoties C.de Iud Abb. in cap. lator qui filij sint leg.* cum cæteris cumulatis per *Reg. de Ponte de potestate Proregis tit. de assensu Regis super dote n.*50.*& ità decis.testatur Franch.dec.*151.*n.*3.8.9.

In hac causa non fuit vlterius processum; verum ex allegatis decisionibus, potissimum verò ex *alleg. Decis. Regiæ Cam.* patet quæstionis resolutio. Quibus accedat cõtinuata Actoris, eiusq; filiorũ nobilitas, illustresq; cognationes per ipsos semper contractæ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Procurator ad lites rectè Aduocatus appellatur.
2 Iurisperiti Doctoratus dignitate carẽtes in Regno Neap. Assessoris officium exercent
3 Procuratoris officium vile, & infame apud nostros DD. sed contrarium defenditur.
4 Intellectus ad tex. in l. si quis procurationem C. de decu. lib. 10.
5 Nobilibus mercatura non conuenit. Quod apud omnes nationes seruatum probatur.
6 Nobilibus sordida ministeria incongruunt.
7 Nobilis aliena negotia exercens, non potest mercedem petere. Et quare.
8 Procuratori ad lites non licet pretio operas locare.
9 Mandatum decet esse gratuitum. Merces amicitiæ contraria.
10 Vtilitas apud iura quid nobis denotet.
11 Nobili non incongruit procuratoris officium exercere, dumodo sine pretio hoc agat.
12 Multa licent sine pretio, quæ alias non licerent.
13 Scenica honestissima, nobilissimaque sine pretio, eademque infamissima pretio mediante.
14 Testis ob pretium deponens, etiam si verum dicat infamis.
15 Iudex iustam sententiam vendens infamis.
16 Cognoscens volentem mulierem per pecuniam tenetur poena contra cognoscentes inuitas.
17 Multa turpia sunt, quæ sine pretio non infamant. Clodia lex.
18 Procuratoris quæstus damnatur, si conuentus fuerit, contra vero si non conuentus.
19 Quædam honestè recipiuntur, quæ inhonestè petuntur.
20 Id attẽdi debet, quod principaliter agitur, nõ quod casu, seu fortuito euenit.
21 Turpe de patrocinio pacisci. Cynthia lex.
22 Aduocati caueant à præstituto salario Suffragium quid.
23 Aduocati solertia excitanda munere.
24 Procuratoris officium ad lites honestum, & nobile.
25 Merces Aduocati, & Procuratoris dicitur Palmarium, et Honorarium, & quare.
26 Procurator Dominus, & alieni iuris Vicarius.
27 Nullum in Procuratore probrum, nec naturale, nec ciuile.
28 Procuratoris officium laudabile, & necessarium.
29 Procuratoris bonor præcipuus. Ideoq; potest Procurator de sua honestate, et nobilitate contra quoslibet contendere &c.
30 Neapoli, Bononię, Gallię Procuratoris officium nobile.
31 Decretum Sacri Reg Conc. Neap.
32 Honestiores ciues nobilium poenis mulctandi.
33 Maximè vero ciues in clytæ Ciuitatis.
34 In Regno Neap. honestè viuentes habentur nobiles. Quemadmodum.
35 Præscribitur nobilitas spatio triginta annorum, ac denique.
36 Orti ex matre nobili, licet plebeio patre nobilitate potiuntur, quicquid sit de iure communi.

CONS. XXXV.

Pro Causidicis, caussarumque Procuratoribus.

ARGVMENTVM

Procuratoris officium pręcipuè ad lites agendas nobile, honestumque esse defenditur, contraria DD. sententia confutata. Et ad hoc Decretum Sac.

Reg. Concil. Neap. Ideoque posse Procuratorem de sua honestate contra quoslibet, vel Illustriores quidem contendere, & in arenam descēdere. Idemque Procurator an rectè Aduocatus dici possit. In Regno Neap. Iurisperiti Doctoratus laurea carentes, Assessoratus officium exercere posse. Nobiles viros mercatura, alienique negotij administratio an deceat. Aduocati, & Procuratores an certo, prestitutoq; salario citra dedecoris notam caussas agere valeant, Clodia, Cynthiaque lege expensa, Multa licere sine pretio, quę alioquin non licerent. Multa honestè accipi, non tamen honestè peti Honestiores Ciues nobilium pęnis mulctandos. Maximè verò Ciues Illustriorum Ciuitatum. Et ad hoc Decretum Sac. Reg. Concil. Neapol. In Regno Neapolitano tres notabiles leges vigere, nimirum. Honestè, politèque viuentes nobiles haberi. Nobilitatem triginta annorum curriculo pręscribi. Ortos ex matre nobili, licèt plebeio patre, nobilitate potiri, quicquid Ciuilia iura.

1 REdargutum Procuratorem, in
subsellijs versantem, qui adhuc Doctoris infulas non susceperat,
quòd se Aduocatum dixisset, opportunè defendi, illumque haud temerè
eo nomine sese appellasse demonstra
ui ex *tex in l.1.§.Aduocatos ff. de var,
& extraord. cognit.* Quod rectè sensit
Accurs in l.non intelligitur.§. Diuus ff.
2 *de iur. fisc.* Maximè verò in Regno
hoc nostro Neapolitano, in quo admitti Iurisperitos, vel etiam in Iudices, & Assessores, tametsi Doctoratus laurea careant testatur *Bolog. in
l.1.nu.13.ff.de offic. assess.* quem refert
Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 3.
3 *cas.253.n.7.* Hinc operæpretium esse
duxi ostendere, quàm temerè, & insulsè DD. communi omnium voto
crediderint, Procuratoris officium,
vel etiam ad caussas agendas vile esse, atque infame, vti scribit *Guid.
Pap. decis. 89. post Accurs. in l. vniuersos C. de decur. lib. 10 glos. in c. accedens*
50.d. consocia *in cap. deputati de iudic.*
præ cæteris verò *Luc in l si quis procurationem. C. de decur lib. 10. & Din. in
c. infamibus de reg. iur.* alijque, quos
latè, cumulat *Tiraq. in tract. quem de*
4 *Nobilitate scripsit cap. 30.* Idque
anctoritate *tex.* quem non rectè intellexerunt in *d.l. si quis procuratione.
C. de decur. lib. 10.* Cuius verba (*Si quis
procurationem facultatum suarum Curiali crediderit esse demandandam,
totius dignitatis exceptione depulsa,
grauissimis poenis plectetur. Ille verò,
qui immemor libertatis, & generis, infamissimam suscipiens vtilitatem, æstimationem suam seruili obsecundatione damnauerit, tradatur exilio.*)

Sanè Ex his duo intendit Cæsar, quorum primum Curiali, hoc est, viro nobili, palatinis, publicisque negotijs inseruienti, alienarum facultatum procurationem non esse demandandam: quod probè intelligas de procuratione ad negotia, deque mechanica alienarum facultatū

ad-

administratione, vt porè exactione prouentuum, fundorum cultura, mercatura, & id genus, prout expressè declarat *tex. in l. curialis cum seq. C. de locat. l. fin. C. de fabricen. lib.* 10. *cum simil.* Alterum, quod Cæsar intendit, est tradere rationem dispositionis, quippe dedecere Virum genere nobilem, & ingenuum dignitati suæ seruile, & infame lucrũ anteferre ijs verbis *Qui immemor libertatis,*
5 *& generis, infamissimam suscipiẽs vtilitatem,* quod mendosè pleriq; vilitatem legũt, *æstimationem suam seruili obsecundatione damnauerit*. Hacque eadem de causa nobiles, patritijque viri mercaturam citra dedecoris notam non exercent. *l. nobiliores. C. de commerc. & mercat. Guid. Pap. decis.* 196. quod olim nõ tam apud Romanos inuiolabili constitutione sancitum, seruatumque scribit *Blond. de Roma triumphan. lib.* 5. quàm etiam apud Aegyptios Scythas, Persas, Lacædemonios, Corinthios, & denique apud omnes fere nationes restatur Herodotus. Quemadmodum Nobilibus viris incongruunt cætera humi-
6 lia, sordidaque officia, & ministeria. *l. maximarũ C de excus. muner. lib.* 10. *l. ne quis. C. de dignit. lib.* 12. *l. vn C. de perfect. dignit. eod. lib.* Hinc fit, vt no-
7 bilis, aliena exercens negotia, puta, messem recolligendo, & idgenus operas locando, non possit eius laboris salarium petere, quoniam non consueuit inter nobiles istiusmodi quæstum fieri. *Bald. in c. grauis de rest. spol. & in l. si pecuniam ff. de cõdit. ob caus.*

8 Idemque de Aduocato, deque Procuratore ad lites legimus in *l. quisquis. §. apud vrbem. C. de postu. & l. litem C. de procur.* qui tametsi pro alijs caussas perorare non prohibeãtur, vbi tamen, præstituto salario ob turpe lucrum, stipemque deformem illud egerint; inter humillimas, abiectissimasque personas numerabuntur:
9 cuius rei ea est ratio, quòd mandatum deceat esse gratuitum, trahit enim originem ex officio, atque amicitia, contrarium porrò amicitiæ, & officio est merces, interueniente enim pecunia, res ad locationẽ, atque conductionem respicit, vt inquit *Vulp. in l. 1. §. vlt. ff. mand.* Consonat *Ouidianum illud ad Pison.*

Nec quisquam vero pretium largitur amico.

Et in propriis terminis audi *Senec. in Hercul. furen.* contra Causidicos iurgia vendentes, verbaque, & iras locantes.

Hic clamosi rabiosa fori.
Iurgia vendens improbus, iras,
& verba locat.

10 Quocirca infamissimam vtilitatem, vt *Accurs. in suo Codice habebat*, licẽt, & ipse cum vniuersa DD. schola hallucinetur, germanè legendum est, quod ita exponitur apud *Ouid. de Ponto lib.* 2.

Turpe quidem dictu; sed si modò vera fatemur.
Vulgus amicitias utilitate probat.

Et Cic. Epis. ad Tiron. (vtilitatibus tuis possum carere) hoc est lucro, & compendio. Sanè vtile decoro, & honesto sæpius opponitur *l. Iulianus §. 1. ff. si quis omis. caus. test. l. properandum §. fin autem vtraque C. de iudic.* Consonat *Horatij carmen od. 9. lib.* 4.

Sed quoties bonus, atque fidus.
Iudex honestum prætulit vtili.

Ad hęc Virgil. in viro bono.

Quid volui, quod nolle bonum foret? vtile honesto.
Quid malus ante tuli?

Lucan. belli ciuil lib. 8.

Sidera terra
Vt distant, & flamma mari, sic vtile recto.

Denique *Claudian. in Stilico laudem.*

Iustitia vtilibus rectum præponere suadet.

Et ipse *Cice. Parti. (Vtilitas sæpe cum*

cum honestate certat) Idemque in Orato. *(Certatur, vtrum honestati potius, an vtilitati sit consulendum.)*

11 Cœterùm vbi amici, aut coniuncti res Curialis maluerit administrare sine turpi vtilitate, & stipendio, id facere non prohibebitur: cùm planè cesset ratio prohibitionis *l. 1. §. denique. ff. de postu. d. l. quisquis. & l lite C. de procur.* Nec est in iure nouum mul-
12 ta licere sine lucro, & vtilitate, quæ alioquin non licerent. *glos. in c. un. de*
13 *benef. fratr. in vsib. feud.* Enimuerò licet Scenica honestissima, nobilissimaque semper fuerint, vsque adeo, vt honorare potius, quàm exornare Ciuitatem dicantur. *l. ciuitatibus. ff. de legat. 1.* Id quod nostra tempestate tot, tantique Viri Patritij, summæque nobilitatis Proceres in Scenam prodeuntes, facilè declararunt: tamen, si quis ob mercedem, fœdamque vtilitatem in scenam prodierit, infamia notabitur. *l. 2. §. ait. Prætor. cum l. seq. ff. de his, qui not. infam.* Et in terminis est *tex. in l. 1. §. 1. vers. bestias. ff. de postu.* Vbi tunc demum ceu infames à postulandi munere propelluntur, qui cum bestijs depugnauerint, si præstituto salario id admiserint, cæteroquin, vbi citra mercedem pugnauerint, postulare nō prohibentur, nō. n. inquit *Vlpi.* qui cum bestijs depugnauit, infamiæ reus erit, sed qui operas suas ad hoc locauerit. His
14 amplius. Testis, qui vt verū testimoniū dicat, pretiū nactus est, falsi tenetur, nō secus ac si falsum deposuisset,
15 quod porrige ad Iudicē pretio iustā sententiam ferentem, *glos. Bart. & coeteri in l. 1. ff de fals.* Nec omiserim singulare verbum. *Angel. in §. vlt. Authen. de leno.* quem refert, & sequi-
16 tur *Decia. in cons. 120.* Nimirū vt cognoscens mulierem per pecuniam, teneatur pœna statuti contra cognoscentes mulieres per violentiam, tametsi mulier voluntarium concubitum præstiterit, & sua sponte se prostituerit: merces enim operatur delictum. *Bald. in l. 2. C. de episc. & cler.* Contra verò multa turpia, & fa-
17 mosa sunt, quæ si non præmij, pretijque causa fiant, infamiæ notam nō inurunt *l. 2. ff. de iur. fisc. l. mariti. §. plectitur. ff. de adulter. cum simil.*

Igitur *tex. in ea l. si quis procurationem. C. de Decurion*, non de procuratore ad iudicia est intelligendus, hoc est de eo, qui coram Principe, aut Magistratu lites, caussasque defendit, sed de procuratore ad negotia, siue ad res mechanicas, qui mechanicus procurator, neque ideò infamiæ quicquā admittit, quòd alienarum facultatum administrationem suscipiat; Veruntamen si cum nobilis genere, & dignitate fuerit, vtpote Curialis, qui ex Decurionibus, atque optimatibus Ciuitatis erat. *l. fin. C. vt nemo priu. tit. Alciat. Pare. lib. 2. cap. 26.* quæstus gratia extraiudicialem procurationem obiuerit, exilio tradetur. Hucq; videtur referre Clodia lex, qua Palatini, Curiales, & Scribæ quæstorij olim negotiari prohibebantur, teste *Sueton. in Domitian. cap. 9.*

18 Quare animaduertendum puto, tunc demum huiusmodi quæstum dānari, cùm certus, conuentusque is intercesserit, vt pote, si præstituto salario Curialis operas suas seruili obsecundatione locauerit, quo sine procurationem non obiuisset. Cœterùm vbi amici, aut coniuncti negotiorum procurationem susceperit, non ea mente, vt pretium consequatur, nullam ex hoc dabit pœnam, quemadmodum Aduocatus, & Procurator turpem notam non subibunt, si nullo præstituto salario caussas egerint, Tametsi amicus, aut cōiunctus ex interemunerandi gratia quid præstiterit, id enim non quæstus, aut merces, sed honor ciuili iure habetur. *l. si remunerandi. ff. mand. glo. in d. l. litem. ex eo*
19 *tex. C. de procurat.* Quædam enim honestè

nestè accipiuntur, quæ inhonestè petuntur. *l.2.§.fin.ff.de orig. Iur.* Et in nostris terminis statuit *Vulpian.in l. 1. §.si cui.ff. de uar. & extraordin. cogn.* Quoniam id attendi debet, quod principaliter agitur, non quod fortui-
20 tò, & præter intentionem euenit. *vulg.l.si quis nec caussam.ff.si cert.pet. l.antepen.ff.de dona Ancbar.cons. 399.*

21 Turpe olim apud Græcos de patrocinio pacisci, conuentaque mercede caussas orare, quod Cymō Athen. apud Plutar.latè testatur, cōsonat Romanorum mos, *vt Ouid.eleg.lib 1.*

Turpe reos empta miseros defendere lingua,
Quod faciat magnas turpe tribunal opes.

Quo pertinet Cynthia, seu Muneralis lex, quæ vetuit venire, & emi caussarum patrocinia: ea enim apud Romanos cautū erat, ne quis ob caussam orandam pecuniam, donumue acciperet, *vt Tacit.lib. 11.& 13.* Audi Plin. Epis.lib.5. ad Valer. itemq; ad Ruff. (*In caussis agendis, non modo pactione, dono, munere, verùm,& xenijs semper abstinui; oportet quidem, quæ honesta non sunt, non tanquam illicita, sed quasi pudenda vitare.*) Quod sanè intelligas de conuento munere, certisque xenijs, non tamen de fortuito gratitudinis officio, deque palmarij honore, post litem oblato, quod & *Cic. offic. 2. & Sueton. in Nero.cap. 17.innuunt.*

22 Caueant Aduocati, & Procuratores à præstituto, cōuentoque pretio, & salario, quo operæ locari videantur, is enim paciscendi mos (nisi cōtraria consuetudo excuset) ignominiæ notam irrogabit, Non autem procuratoris officium, quod ex se ipso omni iure est honestissimum *d.l. quisquis. §.apud vrbem. C. de post Canonizatus in c. infames §. apud vrbem. 3. quæst.7.l.litem. C de procurat post Iurisconf in l. 1.§.si cui ff.de uar.et extraord. cogn.* Nec quicquam refragatur *tex.in l.vn.C.de suffrag.* quoniam suffragium longè distat à causarum patrocinio, vt probè animaduertit *Alciat.Parado. lib. 2. cap. 14.* Nec item aduersatur *tex. in c.nō licet.11.q.3.* nā illud obtinet in foro interiori, de quo non agimus. Fatemur enim apud Deum non peccare, qui operas suas seruili obsecūdatione ob turpe lucrum locauerit, tametsi eius fama, & illæsa æstimatio ciuili iure mutiletur, Neque *tex.in l.creditori tuo.C.de pact.* Ibi enim oblata fuerat pecunia post defensā ac terminatam litem: quo quidem casu honor potius, quàm merces de iure dicitur. *d. l.si remunerandi.ff. mand.& l.1.§.si cui.ff. de var. & extraor. cogn.* Nec denique *tex.in l. pro-*
23 *perandum.§.illo. C.de iudi.* Ibi enim Aduocatus nec paciscitur, nec petit pretium, sed per executorem litium ad excitandam Aduocati solertiam, honorarium vltrò offertur.

24 Iam verò, superatis contrariis, vel potius his, quæ insipientibus hactenus contraria visa sunt, superest, vt nostram sententiam iuribus roboremus. Sanè Procuratoris officium, potissimum verò in iudicio siue ad lites agendas eatenus honestum est, & laudabile, vt vel nobilissimis viris non incongruat. *d.l. 1. §. aduocatos ff. de var & extraord cognit.iuncta l.Aduocati C. de aduocat. diuer. iudic. & l. laudabile. C de aduocat diuers.iudic.& l.quisquis.§ fin. cum ll. seqq.C.de postu. Didac.Pract.quæst. ca. 19. Caualc. de vsufr nu. 232.idemq;dec.41.& nouissimè D. Regens Scip. Rouit.ad Pragm. de*
25 *procur. cum cæteris eò congestis.* Ideoque præmium procuratoris, & aduocati, palmarium, & honorarium dicitur à summo nimirum eorum honore, *l. 1. §.si cui. ff. de var. & extraor. cogn.l properandum. §. pen. C deiudic.*

26 Quoniam procurator alieno præpositus negotio, penè Dominus est, & alieni Iuris Vicarius, vt tradit *Cic.pro Ceci.* cum quo conuenit *Vlpian. in l. 1.§.*

1. §. fin. ff. de procur. & in l. certè §.
27 1. ff. de precar. Neque vllum aut naturale, aut ciuile probrum in Procuratore versatur, ex his, quæ habentur in l probrum ff. de verb. sign. & l. cognitionum. ff. de var. & extraord. cogn.
28 Quinimò procuratorium munus nedũ laudabile, sed Reip. oppidò quàm conducibile, & necessarium est. l. nã Reip. ff. de oper. nou. nunc. l. 1. §. fin. l. ser-
29 uum. §. publicè. ff de procur. Quid plura? Procuratoris honor, & fama satis admodum à iuribus commendatur, atq; in primis obseruatur, vsque adeò, vt contra quoslibet vel nobilissimos quidem, & præcelsæ dignitatis uiros latè valeat pocurator de sua, suique officij dignitate, atque nobilitate in iudicio contendere, pudoremque suum purgare; apertus, & peregrinus est tex hactenus non perpensus in l. quæ omnia. §. 1. ff. de procur. quod plenius comprobatur ex his, quæ in seq. cap. subnectuntur.

Neapoli viros non minus honestate, quam genere, & peritia nobiles, ac præstantes, quos non recenseo
30 procuratorium munus in agendis, tuendisque causis aliquando gessisse, planè constat: idemque Galliæ seruari testatur Petr. Gregor. synt. Iuris lib 49. cap. 4. post n. 5. Bononiæ viros dignissimos id munus exercuisse testatur Hippol. quos ipse Doctores Doctorum appellat in suo singul. 272. Hodie verò Iurisconsulti non temerè indignantur Procuratores appellari, nimirum ob humiles, & idiotas homunciones, qui illum titulum vsurpant, eoque nomine, & ministerio passim censentur.

31 Ex his causidicus quidam, seu caussarum procurator, nomine Matthęus qui per Mag. Cur. instante Fisco tanquam turpis persona fuerat damnatus ad triremes, fuit ex Decreto S C. relegatus, cuius familiam honestatis caussa taceo, patrocinante Hieronymo patre meo. Apud Acta Bruni.

32 Honestiores enim ciues, licet in rigore minus nobiles, nobilium tamen pœnis de æquitate sunt mulctãdi, Ex ijs, quę tradit Bar. in l. capitali-
33 um, ex eo tex. ff. de poen. Maximè vero ciuis inclytę Ciuitatis, prout Neapolis, idem Bar. ex eo tex. in l. vn. C. de Alex. prima lib. 11. Io. Franc. de Ponte consi. 7. lib. 2. & latius diximus Festiu.
34 Lect. lib. 1. cap. 7 nu. 15. Id, quod potissimum procedit de iure Regni nostri, in quo honestè viuentes censentur nobiles, faciunt dicta per D. de Franch. dec. 438. in princ. quem refert Io. Dom. Tassonus ad Pragm. de Antefa. verf. 3. obserua. 3 Quemadmodũ
35 præscribitur in Regno Neap. Nobilitas triginta annorum spatio. Ac
36 denique orti ex matre nobili (quicquid ius commune) licet plebeio patre nobilitate potiuntur, de quibus omnibus consule, quę scripsimus loco citato num. 24. 38. 39. 40.



SVMMARIVM.

1 *Infamis potest esse Procurator iuxta communem sententiam.*
2 *Quæ toto Coelo est falsa.*
3 *Seruus nõ potest esse Procurator. Contraria sententia improbatur.*
Poetarũ auctoritas de iure admittitur.
4 *Accusatus pendente accusatione non potest esse Procurator.*
5 *Intellectus ad tex. in §. fi. inst. de except.*
6 *Publicè interest lites celeriter terminari Ratio tex in l. seruum §. 1. vers. ex contrario ff. de proc.*
7 *Multa in iure pro publica vtilitate contra communes regulas sunt statuta.*
8 *Multa licent, quæ non expediunt.*
9 *Multa licent, quæ honesta non sunt.*

Multa

10 *Multa ob quotidianam erroris consuetudinem tolerantur.*

11 *Multa contra consuetudinem pro communi vtilitate sunt recepta.*

12 *Multa pro libertate, & pro pace contra communes iuris regulas permittuntur.*

13 *Permittitur absurdum, vt euitetur absurdius.*

14 *Toleratur malum ob bonum inde exoriens.*

15 *Ad procuratorium munus non sunt admittendæ personæ minus honestę, & ad hoc Decretum Neap. & Gallici Senatus.*

Regium Decretum Neap. quo turpes personę à procuratorio munere repelluntur.

16 *Differentia inter Procuratorem, & Aduocatum, vt primus licet infamis postulet, secundus non postulet refellitur.*

17 *Postulare quid sit in iure.*

18 *Idiota potest esse Aduocatus.*

19 *Omnes aduocati, pauci Doctores.*

20 *Doctoratus laurea Assessori non est necessaria.*

21 *Aduocatus, causarumque Patronus, quis sit in iure.*

22 *Ex solo Consilio quis non dicitur Aduocatus.*

23 *Differentia inter Procuratorem, & Aduocatum, vt prior colludens mandati, secundus præuaricationis teneatur, an vera.*

24 *Procuratoris nomen latissimam habet significationem.*

25 *Iudices Procuratoris nomine significantur.*

CONS. XXXVI.

Pro ijsdem Causidicis, caussarumque Procuratoribus.

ARGVMENTVM.

Infamis, & seruus Procuratoris officio fungi non possunt, contraria DD. sententia reiecta. Et ad hoc Regium Decretum. Reip. interest lites celeriter terminari. Multa licent, quę honesta non sunt, &c. Aduocatus, & Procurator de iure idem valent. Ideoque differentię inter ipsos à Doctoribus constitutę refelluntur. Omnes Aduocati, pauci verò DD. Ex solo Consilio an quis dicatur Aduocatus. Procuratoris nomen largissimum, & vel etiam Iudices eo nomine de iure censeri ostenditur.

AD hæc arbitrantur Iuris interpre-
tes, inter quos *Accurs. Bar. Bal.*
in l 1. ff. de postu. in l. Pedius ff. de ar-
bitr. M. Mant. obseruat. lega, lib. 2. at-
que vno omnium calculo receptum
esse testatur *Tiraq. de Nobil. cap.* 30.
turpes, infamesque personas posse in
iudicio fungi officio procuratoris,
1 Id, quod toto cœlo esse falsum, & à
mente Iuris alienum declarat *tex. in l.*
1. *§. secundo loco. & §. ait Prætor, qui ff.*
2 *de postu.* Quibus cautum legimus,
turpes, infamesque personas à postu-
landi munere penitus propellendos,
quæ sanctissima Ciuilis sapientiæ
dispositio est quoque Pontificia le-
ge comprobata, *tex est in c. infamis.*
cum seq. 3. q. 7. Quod eatenus verum
est, vt ne aduersario quidem per-
mittente turpis persona possit pro
alijs postulare. *l. quos prohibet. ff. de po-*
stu. cuius rei ea est ratio, quòd publi-
ci decoris gratia fuerit hoc institutũ.
l. 1. in princ. ff. de postu. Neque seruus
3 in iudicio postulabit. *glo. in l. generali*
C. de tabula. lib. 10. quicquid contra
DD. præsertim, *Dec. in l. in omnibus*
offi-

officijs n 4. ff. de reg. iur. per tex. in l. seruum §. 1. ver. ex contrario ff. de procu. quem non rectè intellexit, loquitur enim in libero homine, cuius libertas controueititur, non autẽ in seruo, vt declarat *tex. in l is autem. ff. ex quib. cauſ. maior. cum cæteris allegatis in glo.* quod comprobatur Terẽtij auctoritate in Hecy.

Seruum hominem cauſſas orare leges non ſinunt.

4 Poetarum auctoritatem de iure ſatis probare latè oſtendimus infra *Conſ.* 54. Rurſus nedum infamiæ reus, ſed ne calumniç quidem, aut cuiuſuis criminis damnatus, quinimò neque inſimulatus, pendente accuſatione pro alijs poſtulabit. *l. 1. §. itẽ Senatuſconſ. ff. de poſtu. l. reũ. C. de procu.* id, q̃ procuratorij muneris dignitatem planè arguit *l. vni. C. de reis poſtul. lib.* 10. Ideoque in Pandectis poſt tractatum de poſtulãdo ſubnectitur tractatus de Infamibus, quem ſubſequitur tractatus de *Procur.* nimirum, vt dignoſcantur, quinam inter infames numerentur; ijdemque à procurandi, poſtulandique munere meritò arceantur *l. vltima* ad calcem. *ff. de poſtu.*

5 Nec quicquam aduerſatur *text.* qui noſtratibus contrarium hactenus perſuaſit in *§. fin. inſt. de except.* Siquidem non diffitetur ibi Cæſar, antiquitatẽ optimo iure conſueuiſſe repellere turpes, infameſq; perſonas à procuratoris officio. Verũtamen cũ hoc inter litigãdũ, minus vtile cõpertum fuiſſet, vſu non fuerat receptum, ſed in deſuetudinem abierat, eiuſque rei cauſſam ſubdit hiſce verbis (*Nedum de his altercatur, diſceptatio negotij protelatur.*) Ex quibus non aliud intẽdit Cæſar, quàm declarare veterem, & quidem laudabilem conſuetudinem, qua infamis procurator à iudicio reiicitur, vt non ideo ſub ſpecie turpis procuratoris in media lite curſus iudiciales impediri con-
6 tingat, & lites fieri immortales. Quod profectò *Reip.* perniciosiſſimum: Ideoque legibus ſatis admodum eſt exoſum *l. magnam. C. de contr. & com. ſtip. l. properandum. C. de iudic. l. quiſquis C. de poſtu. c. iurg antium de ſent. & re iud. c. finem, & c. vlt. extra de dol. & ſent.* Quadere turpis perſona à iudicio ſemper repellitur, nec eſt à Principe, eiuſque Magiſtratu in procuratorem admittenda, neque in cauſidicorum album deſcribenda: tametſi in iudicio non liceat inter litigatores hoc diſceptari; ne dum de his altercatur, curſus iudicialis ab aduerſario malitiosè proteletur, atque adeo calũniæ, & ſubterfugij arripiatur occaſio. Eademque rantione is, qui de ſtatu ſuo litigat, interim non prohibetur eſſe procurator *d. l. ſeruum §. ex contrario ff. de procurato.*

7 Nec eſt nouum, multa in iure ciuili contra ſtrictam rationem pro communi vtilitate recepta eſſe; id quod innumerabilibus rebus probari poſſe tradit *Iulianus Iuriſconſ. in l. ita vulneratus §. fin. ff. ad leg. Aquil.* & in terminis probat *Imp. in d. l. magnam, & Pont. Summus in c. ſtatutum de reſcript. lib. 6.* Quoniam ex cauſa à communibus iuris regulis nonnunquam recedimus *l. ſi domus §. qui confitetur ff. de leg. 1. l. vtilitatem ff. de conſi. tuto. l. eos ff. de decur.* Aliquando enim propter neceſſitatem, aut vtilitatem, vel etiam canonica præcepta mutilari, & laxari contingit *c. etſi ille verſ. aliquando 1. q. 7.* Quo
8 circa multa licere dicimus, quæ tamen non expedire conſtat *l. 1. in prin ff. de aqu quotid. & æſt.* Hinc Paul. 1. *ad Corinth.* 6. (*Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.*) Multa quoq; licere dicimus, quæ tamen honeſta non ſunt *l. non omnes ff. de reg. iur.* Vnde Demoſthenes ad Athenienſes,
9 Themiſtoclis concilium vtile quidẽ eſſe, inquit, ſed non honeſtum ideoq; *Sene. in Octa.*

Id facere laus eſt, quod decet, non quod licet.

Cum

Cum quo conuenit *Claudia. de*
4 *Heno.Consu.*

Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse de elit
Occurrat, mentemq; domet respectus honesti.

10 Ad hæc multa, quæ alioquin nō licerent propter assiduam, & quotidianam erroris consuetudinem tolerantur. *l. iusto. ff. de vsucap.* Contra
11 verò multa aduersus antiquam consuetudinem propter vtilitatem publicam sustinentur. *l. vn. C. de expe.*
12 *ludo lib* 11. Multa contra iuris rigorē pro libertate sunt constituta. *l. generaliter. §. si quis seruo ff. de fideicom. liber.* Multa ad euitanda scandala, sedandosque tumultus præter communes regulas ciuilia iura permisere *l. qui necem. ff. de sicar. l. si quis filio. §. Hi autem ff de iniust. testam.* Multa quoque pro bono pacis contra Ecclesiæ statuta sacri Canones tolerari decreuerunt *c. 2. de despo. impub. c. 2. de temp. ordin. c. qu ties. 1. q. 7. c. hæc*
13 *quippe. 3. q. 7.* Permittitur enim absurdum, vt euitetur absurdius. *d. l. ita vulneratus §. quod si quis. l. tutor. §.*
14 1. *ff. de susp. tuto.* Toleratur enim aliquid mali ob bonum inde exoriens. *c. denique. 4. d. c. nerui in fin. 13. d.*

Cæterùm, vt rē ipsam reperamus, circumscripto litis cursu, infames omninò à procuratoris, aduocatique munere propellendos, quis rectè negabit? Quare constituenda est Iuris regula, turpes, infamesque personas procuratoris officio fungi non posse, eademq; declaranda est in casu *tex. in d. § fin. Inst. de excep.* fauore
15 publicæ vtilitatis. Ideoque eorum, qui procuratoris officium expetiuerint circunspecti Præsides integram famam, honestosque mores diligenter debent inquirere *c. quia Episcopus 5. q. 3.* Quod Galliæ seruari ex constit. Regis Caroli VII. refert *Petr. Gregor. Synta. iuris lib. 49. c. 4.* quemadmodum nuper inter nos Regio Decreto fuit sancitum. Ne insidijs, magis quàm præsidijs, & latrocinijs, magis quàm patrociniis lites agantur. De Forensi autem miseria latè scripsimus. *Fest. lect. lib. 2. cap. 9.*

16 Differentia verò, quam *DD. & in his Bar. post Accurs. l. 1. §. hoc edicto ff. de postu. & Bal in l. inuitus C. de proc.* constituunt inter Procuratorem, & Aduocatum, vt prior, licèt infamis pro aliis postulet: secundus verò non vtique, iure non probatur. Etenim non nisi de postulantibus iura lo-
17 quuntur. Postulare autem nihil est aliud, quàm in iudicio petere *l. dies §. hoc autem ff. de damn. infec. Siue, vt inquit tex. in l. 1. §. postulare ff. de postu. relatus in c. infames 3. q. 7.* est amici desiderium eoram eo, qui iurisdi-
18 tioni præest exponere, quo loci Accur. eos, qui idiotæ literas nesciunt, aduocatos nihilominus esse posse, (quod vtinam non experiremur) quàm rectissimè scribit, cum quo cōueniunt *Bal. & Salic. in l. 2. C. eo. Ioan. de Plat. in l. expertes ex eo tex. C. de De-*
19 *cur. lib.* 10. Ideoq; omnes aduocatos esse, paucos verò Doctores tradit *Ann. alleg. 79. in fin.* Hinc fœminæ postulant, tametsi contrario edicto *C Afrania.* (quā mendosè Calphurniam legimus) causam dederit. *l. 1. § sexum. ff de postu.* Hinc quoque tutores, & curatores pro suis minoribus postulare dicuntur. *d. l. 1. §. his igitur.* Denique procuratores in iudicio pro aliis postulare dicit *Tex in l. sed, & hæc §. non solùm. & l. qui absentem. ff. de procur. post. Orat. in Ver.* Sanè
20 doctoratus lauream neque Assessori de iure esse necessariam, docet *Salic. in l. 1. C. de poen. iudi. qui malè iudi. Purpur. in l. 1. n. 72. ff. de offic. assessor.* Iam verò in Neapolitano hoc Regno admitti passim Assessores, & Aduocatos, Doctoratus dignitate nō tamē peritia carentes, testatur *Bolo. in d. l. 1. nu 13.* quem refert *Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3 cas. 233. nu. 6. & seq.*

Am-

21 Amplius Aduocatos, causarũque patronos accipere debemus omnes omnino qui caussis agendis quoquo studio operantur *l. 1 §. aduocatos ff. de var. & extraor. cogn.* Vel aduocatos eos ciuili iure dicimus, qui negotiis assistunt. *l. vn. C. vt quæ desunt aduo.* Idquo d procuratoribus nostri temporis magis quàm legũ Doctoribus, quos Aduocatos dicimus, videtur
22 conuenire. Neque autem ex solo consilio Aduocatus quis rectè dicetur, vt notat *Accurs. in d. §. aduocatus.*
23 Neque veram differentiam duxerim, quam *Accur. in Rub. C. de proc.* aliique communi voto comminiscuntur inter procuratorem, & aduocatum, vt prior cum aduersario colludens mandati, posterior verò præuaricationis teneatur: vtrũque enim ciuili iure idem esse; idcircoque, & præuaricationis teneri, & mandati, vbi de mandato constiterit, iura superius allegata liquidissimè probant. Sanè Procuratorem, & Aduocatum in proposita materia idem esse, idemque ciuili iure importare satis, superque ostensum est *arg. l.*
24 *fin. ff. de inoff. test.* Tametsi non negauerim Procuratoris nomen longè latiorem significationem habere, & quodcunque negotium, mechanicũque ministerium complecti. *l. 1 ff. de proc. l. Aediles §. procuratoris. ff. de adil.*
25 *edic.* Quemadmodum vel etiam præcelsioris dignitatis viros, vt pote Iudices procuratoris vocabulo quandoque contineri. *l maritus. ff. de quæst. l 2 C de solu. l non valet C. ad. leg. flau. de plagia. l. 2. C de iur fisc. lib. 10. cum simil.*



SVMMARIVM.

1 *Confessio debiti facta in testamento non inducit probationem, nisi aliunde constet de debito. Sed tantum inducit legati petitionem.*
2 *Idem disponitur à iure de debito confesso, quod de legato.*
3 *Legari hæredi non potest.*
4 *Hæres omnia capit iure hæreditario.*
5 *Hæredem esse, & legatarium sunt duo contradictoria.*
6 *Legatum factum hęredi venit in restitutione fideicommissi.*
7 *Quæstionis dilemma.*
8 *Licet legatum hęredi factum veniat in restitutione fideicommissi, hoc tamen fallit in legato quantitatis. Illa enim Regula procedit in legato speciei.*
9 *Item illa regula fallit in debito confesso, sola enim confessio operatur retentionem.*
10 *Legatum hęredi etiam vniuersaliter instituto nunquam venit in restitutione, attenta veriori opinione.*
11 *Quæstionis decisio.*

CONS. XXXVII.

Pro Roberta Thusca hęrede Marchionis Malaspina.

ARGVMENTVM.

Confessio debiti facta in testamento, an inducat probationem, vbi debitum aliunde nõ constet, an vero sustineatur in vim simplicis legati. Nũquid hęredi possit à testatore legari. Et an legatum hæredi factum veniat in restitutione fideicõmissi. Et quid in legato debiti confessi, Ad hæc differentia inter legatum quantitatis, & speciei. Quęstionis Decisio veriori DD. attenta sententia subnectitur.

Hie-

Hieronymus ex Marchionibus Malaspina instituit hæredem Robertam Thuscam vxorem absentem, qua decedente sine legitima sobole, substituit Franciscum, & Andreąm sobrinos, declarando sibi fuisse promissos,& traditos in dotem à præfata vxore hæredes, ducatos sex mille, nēpe termille in pecunia, & reliquos in bonis mobilibus,gēmis, & margaritis,quos legat vxori hæredi;cùm teuera præfata mobilia gemmæ, & margaritæ non fuissent promissa,nec tradita, neque per alias probationes extra testamentum constet de promissione, vel traditione.

Modo hæres instituta prætendit disponere de dictis ducatis termille confessis à testatore,vti debitis, recusans illos conuertere in emptionem ann. introituum pro conseruatione, & securitate fideicommissi.

Aduersus quod substituti fideicōmissarii opponunt præfatam hæredē nullo iure posse disponere, sed teneri etiam conuertere dictos ducatos termille confessos in emptionem ann. introituum, vel præstare idoneam cautionem de restituendo ipsis substitutis in casu fideicommissi, non obstante declaratione, & confessione testatoris, quoniam prædicti ducati termille confessi, non possunt peti, nec in uim debiti,nec in uim legati.

1 Non vt debitum, quia confessio facta in testamento non inducit debiti probationē, nisi per alia documenta extra testamentum constet de debito, sed tantum inducit legati petitionem *l. Lucius §. quisquis ff de leg. 2.l. Titius §.sempronia l.cum quis decedens §.codicillis ff de leg.3 l. Aurelius §. vlt. ff.de l berat.legata, & l.qui vxori ff de auro, & argento legat. Bart.in d. §.quisquis,& in d.§ codicillis, idemque in l.generaliter C.de non num pec.nu.6. & in l. Aurelio §.Gaio ff.deliberat.legata, & in Auth de iure iurand.à moriente præstito Ab. But. Fel. in c. si cautio de fide instru.* sed in casu nostro per alias probationes extra testamentum non constat, nec de promissione, nec de traditione, ergo non possunt peti

2 vti debitum, Qua propter idem disponitur de debito confesso, quod de legato, quoties per alias probationes extra testamentum non appareat debitum *tex. est in propriis terminis in l qui vxori ff. de aur & argent. legat. Bart. in l. Lucius §. maritus ff. ad trebell.* vbi inquit, quod si sit prælegata dos vxori, & per alias probationes extra testamentum non appareat de ipsa dote, idem videtur de ea dispositum, quod de legatis *Surd.decis.* 250. *in principio,cum cæteris eo congestis.*

3 Quod autem, neque vt legatum peti possit, patet, quia hæredi à semetipso legari non potest, & legatū à semetipso relictum non valet.*l legatum est §.hæredi l.planè §.si duobus l.& quidem ff.de leg.* 1. *gl. in l. Titia cum*

4 *test. §. Lucius ff. de leg.* 2. vbi inquit, quod quando quis est solus hæres institutus, nunquam à semetipso sibi legari potest, cum omnia capiat titulo hæreditario *l. id autē, quod ff. ad l.fal-*

5 *cid.* & esse hæredem, & legatarium sunt duo contradictoria, quæ in codē subiecto concurrere non possunt *l. sed, & si §.fin. vbi glos & Bart. ff. de hæred.instituend. Ias.in l.planè §.si duobus n.* 5.*ff.de leg.* 1,*Paris.cons* 3. *nn.* 20. *lib.*3.*Surd.decis.*205.*nu* 6. sed in casu nostro dicta Roberta est sola hæres instituta, ergo neque vt legatum valet, & per consequens nullo iure potest de ducatis termille confessis di-

6 sponere. Denique, quod legatum hæredi à semetipso relictum cadat in fiedeicommissum, & veniat in restitutione, vti cœtera bona hæreditaria, est *tex. apertus in l. fideicommissariam §. si legatum ff. ad trebell.* vbi legatum hæredi à semetipso relictum tenetur hæres substitutis restituere.

7 Ex quibus clarū resultat dilemma, quoniā aut prædicta hæres petit duc.

Reg. Concil. Neap. Ideoque posse Procuratorem de sua honestate contra quoslibet, vel Illustriores quidem contendere, & in arenam descẽdere. Idemque Procurator an rectè Aduocatus dici possit. In Regno Neap. Iurisperiti Doctoratus laurea carentes, Assessoratus officium exercere posse. Nobiles viros mercatura, alienique negotij administratio an deceat. Aduocati, & Procuratores an certo, pręstitutoq; salario citra dedecoris notam caussas agere valeant, Clodia, Cynthiaque lege expensa, Multa licere sine pretio, quę alioquin non licerent. Multa honestè accipi, non tamen honestè peti Honestiores Ciues nobilium pęnis mulctandos. Maximè verò Ciues Illustriorum Ciuitatum. Et ad hoc Decretum Sac. Reg. Concil. Neapol. In Regno Neapolitano tres notabiles leges vigere, nimirum. Honestè, politèque viuentes nobiles haberi. Nobilitatem triginta annorum curriculo pręscribi. Ortos ex matre nobili, licèt plebeio patre, nobilitate potiri, quicquid Ciuilia iura.

1 REdargutum Procuratorem, in
subsellijs versantem, qui adhuc Doctoris infulas non susceperat,
quòd se Aduocatum dixisset, opportunè defendi, illumque haud temerè
eo nomine sese appellasse demonstraui ex *tex in l. 1. §. Aduocatos ff. de var.
& extraord. cognit.* Quod rectè sensit
Accurs in l. non intelligitur. §. Diuus ff.
2 *de iur. fisc.* Maximè verò in Regno
hoc nostro Neapolitano, in quo admitti Iurisperitos, vel etiam in Iudices, & Assessores, tametsi Doctoratus laurea careant testatur *Bolog. in
l. 1. nu. 13. ff. de offic. assess.* quem refert
Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 3.
3 *cas. 253. n. 7.* Hinc operæpretium esse
duxi ostendere, quàm temerè, & insulsè DD. communi omnium voto
crediderint, Procuratoris officium, vel etiam ad causas agendas vile esse, atque infame, vti scribit *Guid.
Pap. decis. 89. post Accurs. in l. vniuersos C. de decur. lib. 10 glos. in c. accedens
50. d.* consocia *in cap. deputati de iudic.*
præ cæteris verò *Luc in l si quis procurationem. C. de decur lib. 10. & Din. in
c. infamibus de reg. iur.* alijque, quos
latè, cumulat *Tiraq. in tract. quem de*
4 *Nobilitate scripsit cap. 30.* Idque
auctoritate *tex.* quem non rectè intellexerunt in *d. l. si quis procurationẽ.
C. de decur. lib. 10.* Cuius verba (*Si quis
procurationem facultatum suarum Curiali crediderit esse demandandam,
totius dignitatis exceptione depulsa, grauissimis poenis plectetur. Ille verò,
qui immemor libertatis, & generis, infamissimam suscipiens vtilitatem, æstimationem suam seruili obsecundatione damnauerit, tradatur exilio.*)

Sanè Ex his duo intendit Cæsar, quorum primum Curiali, hoc est, viro nobili, palatinis, publicisque negotijs inseruienti, alienarum facultatum procurationem non esse demandandam: quod probè intelligas de procuratione ad negotia, deque mechanica alienarum facultatũ

ad-

administratione, vt pnrè exactione prouentuum, fundorum cultura, mercatura, & id genus, prout expressè declarat *tex. in l. curialis cum seq. C. de locat l. fin. C. de fabriten. lib.* 10. *cum simil.* Alterum, quod Cæsar intendit, est tradere rationem dispositionis, quippe dedecere Virum genere nobilem, & ingenuum dignitati suæ seruile, & infame lucrū anteferre ijs verbis *Qui immemor libertatis,*
5 *& generis, infamissimam suscipiēs vtilitatem,* quod mendosè plerique vilitatem legũt, *æstimationem suam seruili obsecundatione damnauerit*. Hacque eadem de causa nobiles, patritijque viri mercaturam citra dedecoris notam non exercent. *l. nobiliores. C. de commere. & mercat. Guid. Pap. decis.* 196. quod olim nõ tam apud Romanos inuiolabili constitutione sancitum, seruatumque scribit *Blond. de Roma triumphan. lib.* 5. quàm etiam apud Aegyptios Scythas, Persas, Lacædemonios, Corinthios, & denique apud omnes fere nationes testatur Herodotus. Quemadmodum Nobilibus viris incongruunt cætera humi-
6 lia, sordidaque officia, & ministeria. *l. maximarũ C de excus. muner. lib.* 10. *l. ne quis. C. de dignit. lib.* 12. *l. vn C. de perfect. dignit. eod. lib.* Hinc fit, vt no-
7 bilis, aliena exercens negotia, puta, messem recolligendo, & idgenus operas locando, non possit eius laboris salarium petere, quoniam non consueuit inter nobiles istiusmodi quæstum fieri. *Bald. in c. grauis de rest. spol. & in l. si pecuniam ff. de cõdit. ob caus.*

8 Idemque de Aduocato, deque Procuratore ad lites legimus in *l. quisquis. §. apud vrbem. C. de postu. & l. litem C. de procur.* qui tametsi pro alijs caussas perorare non prohibeãtur, vbi tamen, præstituto salario ob turpe lucrum, stipemque deformem illud egerint; inter humillimas, abiectissimasque personas numerabuntur.

9 cuius rei ea est ratio, quòd mandatum deceat esse gratuitum, trahit enim originem ex officio, atque amicitia, contrarium porrò amicitiæ, & officio est merces, interueniente enim pecunia, res ad locationẽ, atque conductionem respicit, vt inquit *Vulp. in l. 1. §. vlt. ff. mand.* Consonat *Ouidianum illud ad Pison.*

Nec quisquam vero pretium largitur amico.

Et in propriis terminis audi *Senec. in Hercul. furen.* contra Causidicos iurgia vendentes, verbaque, & iras locantes.

Hic clamosi rabiosa fori.
Iurgia vendens improbus, iras,
& verba locat.

10 Quocirca infamissimam vtilitatem, vt *Accurs. in suo Codice habebat*, licèt, & ipse cum vniuersa DD. schola hallucinetur, germanè legendum est, quod ita exponitur apud *Ouid. de Ponto lib.* 2.

Turpe quidem dictu; sed si modò vera fatemur.
Vulgus amicitias utilitate probat.

Et Cic. Epis. ad Tiron. (vtilitatibus tuis possum carere) hoc est lucro, & compendio. Sanè vtile decoro, & honesto sæpius opponitur *l. Iulianus* §. 1. *ff. si quis omis. caus. test. l. properandum §. fin autem vtraque C. de iudic.* Consonat *Horatij carmen od. 9. lib.* 4.

Sed quoties bonus, atque fidus.
Iudex honestum prætulit vtili.

Ad hęc Virgil. in viro bono.

Quid volui, quod nolle bonum foret?
vtile honesto.
Quid malus ante tuli?

Lucan. belli ciuil lib. 8.

Sidera terra
Vt distant, & flamma mari, sic vtile recto.

Denique *Claudian. in Stilico laudem.*

Iustitia vtilibus rectum præponere suadet.

Et ipse *Cice. Parti. (Vtilitas sæpe*

cum honestate certat) Idemque in Orato. *(Certatur, vtrum honestati potius, an vtilitati sit consulendum.)*

11 Cæterùm vbi amici, aut coniuncti res Curialis maluerit administrare sine turpi vtilitate, & stipendio, id facere non prohibebitur; cùm planè cesset ratio prohibitionis *l.* 1. *§. denique. ff. de postu. d. l. quisquis. & l. lite C. de procur.* Nec est in iure nouum mul-
12 ta licere sine lucro, & vtilitate, quæ alioquin non licerent, *glos. in c. un. de*
13 *benef. fratr. in vsib. feud.* Enimuerò licet Scenica honestissima, nobilissimaque semper fuerint, vsque adeo, vt honorare potius, quàm exornare Ciuitatem dicantur. *l. ciuitatibus. ff. de legat.* 1. Id quod nostra tempestate tot, tantique Viri Patritij, summæque nobilitatis Proceres in Scenam prodeuntes, facilè declararunt: tamen, si quis ob mercedem, fœdamque vtilitatem in scenam prodierit, infamia notabitur. *l.* 2. *§. ait. Prætor. cum l. seq. ff. de his, qui not. infam.* Et in terminis est *tex. in l.* 1. *§.* 1. *versf. bestias. ff. de postu.* Vbi tunc demum ceu infames à postulandi munere propelluntur, qui cum bestijs depugnauerint, si præstituto salario id admiserint, cæteroquin, vbi citra mercedem pugnauerint, postulare nō prohibentur, nō. n. inquit *Vlpi.* qui cum bestijs depugnauit, infamiæ reus erit, sed qui operas suas ad hoc locauerit. His
14 amplius. Testis, qui vt verū testimoniū dicat, pretiū nactus est, falsi tenetur, nō secus ac si falsum deposuisset,
15 quod porrige ad Iudicē pretio iustā sententiam ferentem. *glos. Bart. & coeteri in l.* 1. *ff. de fals.* Nec omiserim singulare verbum. *Angel. in §. vlt. Authen. de leno.* quem refert, & sequi-
16 tur *Decia. in cons.* 120. Nimirū vt cognoscens mulierem per pecuniam, teneatur pœna statuti contra cognoscentes mulieres per violentiam, tametsi mulier voluntarium concubitum præstiterit, & sua sponte se prostituerit: merces enim operatur delictum. *Bald. in l.* 2. *C. de episc. & cler.* Contra verò multa turpia, & fa-
17 mosa sunt, quæ si non præmij, pretijque causa fiant, infamiæ notam nō inurunt *l.* 2. *ff. de iur. fisc. l. mariti. §. plectitur. ff. de adulter. cum simil.*

Igitur *tex. in ea l. si quis procurationem. C. de Decurion*, non de procuratore ad iudicia est intelligendus, hoc est de eo, qui coram Principe, aut Magistratu lites, caussasque defendit, sed de procuratore ad negotia, siue ad res mechanicas, qui mechanicus procurator, neque ideò infamiæ quicquā admittit, quòd alienarum facultatum administrationem suscipiat; Veruntamen si cum nobilis genere, & dignitate fuerit, vtpote Curialis, qui ex Decurionibus, atque optimatibus Ciuitatis erat. *l. fin. C. vt nemo priu. tit. Alciat. Pare. lib.* 2. *cap.* 26. quæstus gratia extraiudicialem procurationem obiuerit, exilio tradetur. Hucq; videtur referre Clodia lex, qua Palatini, Curiales, & Scribæ quæstorij olim negotiari prohibebantur, teste *Sueton. in Domitian. cap.* 9.

18 Quare animaduertendum puto, tunc demum huiusmodi quæstum dānari, cùm certus, conuentusque is intercesserit, vt pote, si præstituto salario Curialis operas suas seruili obsecundatione locauerit, quo sine procurationem non obiuisset, Cæterùm vbi amici, aut coniuncti negotiorum procurationem susceperit, non ea mente, vt pretium consequatur, nullam ex hoc dabit pœnam, quemadmodum Aduocatus, & Procurator turpem notam non subibunt, si nullo præstituto salario caussas egerint, Tametsi amicus, aut cōiunctus exinremunerandi gratia quid præstiterit, id enim non quæstus, aut merces, sed honor ciuili iure habetur. *l. si remunerandi. ff. mand. glo. in d. l. litem. ex e*
19 *tex. C. de procurat.* Quædam enim honestè

nestè accipiuntur, quæ inhonestè petuntur. *l.2.§.fin.ff.de orig. Iur.* Et in nostris terminis statuit *Vulpian.in l.1. §.si cui.ff. de uar. & extraordin. cogn.* Quoniam id attendi debet, quod principaliter agitur, non quod fortui-
20 tò, & præter intentionem euenit. *vulg.l.si quis nec caussam.ff.si cert.pet. l.antepen.ff.de dona Anchar.cons.* 399.

21 Turpe olim apud Græcos de patrocinio pacisci, conuentaque mercede caussas orare, quod Cymō Athen. apud Plutar.latè testatur, cōsonat Romanorum mos, *vt Ouid.eleg.lib* 1.

Turpe reos empta miseros defendere lingua,
Quod faciat magnas turpe tribunal opes.

Quo pertinet Cynthia, seu Muneralis lex, quæ vetuit venire, & emi caussarum patrocinia: ea enim apud Romanos cautū erat, ne quis ob caussam orandam pecuniam, donumue acciperet, *vt Tacit.lib.* 11.& 13. Audi Plin. Epist.lib.5. ad Valer. itemq; ad Ruff. (*In caussis agendis, non modo pactione, dono, munere, verùm & xenijs semper abstinui; oportet quidem, quæ honesta non sunt, non tanquam illicita, sed quasi pudenda vitare.*) Quod sanè intelligas de conuento munere, certisque xenijs, non tamen de fortuito gratitudinis officio, deque palmarij honore, post litem oblato, quod & *Cic. offic.* 2. & *Sueton. in Nero.cap.* 17.*innuunt.*

22 Caueant Aduocati, & Procuratores à præstituto, cōuentoque pretio, & salario, quo operæ locari videantur, is enim paciscendi mos (nisi cōtraria consuetudo excuset) ignominiæ notam irrogabit, Non autem procuratoris officium, quod ex se ipso omni iure est honestissimum *d.l. quisquis.§.apud vrbem. C. de post Canonizatus in c. infames §. apud vrbem.* 3. *quæst.7.l.litem. C de procurat post Iurisconsf.in l.1.§.si cui ff.de uar.et extraord. cogn.* Nec quicquam refragatur *tex.in l.vn.C.de suffrag.* quoniam suffragium longè distat à causarum patrocinio, vt probè animaduerit *Alciat.Parado. lib.* 2.*cap.* 14. Nec item aduersatur *tex. in c.nō licet.* 11.*q.*3. nā illud obtinet in foro interiori, de quo non agimus. Fatemur enim apud Deum non peccare, qui operas suas seruili obsecūdatione ob turpe lucrum locauerit, tametsi eius fama, & illæsa æstimatio ciuili iure mutiletur, Neque *tex.in l.creditori tuo.C.de pact.* Ibi enim oblata fuerat pecunia post defensā ac terminatam litem: quo quidem casu honor potius, quàm merces de iure dicitur. *d. l. si remunerandi. ff. mand. & l.1.§.si cui. ff. de var. & extraor. cogn.* Nec denique *tex.in l.pro-*
23 *perandum.§.illo. C. de iudi.* Ibi enim Aduocatus nec paciscitur, nec petit pretium, sed per executorem litium ad excitandam Aduocati solertiam, honorarium vltrò offertur.

24 Iam verò, superatis contrariis, vel potius his, quæ insipientibus hactenus contraria visa sunt, superest, vt nostram sententiam iuribus roboremus. Sanè Procuratoris officium, potissimum verò in iudicio siue ad lites agendas eatenus honestum est, & laudabile, vt vel nobilissimis viris non incongruat. *d.l.* 1. *§. aduocatos ff. de var & extraord cognit.inuncta l. Aduocati C. de aduocat. diuer. iudic. & l. laudabile. C de aduocat diuers.iudic.& l.quisquis.§ fin. cum ll. seqq.C.de postu. Didac.Pract.quæst. ca.* 19. *Caualc. de vsufr nu.* 232.*idemq;dec.*41.*& nouissimè D. Regens Scip. Rouit.ad Pragm. de*
25 *procur. cum cæteris eò congestis.* Ideoque præmium procuratoris, & aduocati, palmarium, & honorarium dicitur à summo nimirum eorum honore, *l.* 1. *§.si cui. ff. de var. & extraor. cogn.l properandum. §. pen. C de iudic.*

26 Quoniam procurator alieno præpositus negotio, penè Dominus est, & alieni Iuris Vicarius, vt tradit *Cic.pro Ceci.* cum quo conuenit *Vlpian. in l.* 1.*§.*

1. §. fin. ff. de procur. & in l. certè §.
27 1. ff. de precar. Neque vllum aut naturale, aut ciuile probrum in Procuratore versatur, ex his, quæ habentur in l probrum ff. de verb. sign. & l. cognitionum. ff. de var. & extraord. cogn.
28 Quinimò procuratorium munus nedũ laudabile, sed Reip. oppidò quàm conducibile, & necessarium est. l. nã Reip. ff. de oper. nou. nunc. l. 1. §. fin. l. ser-
29 uum. §. publicè. ff. de procur. Quid plura? Procuratoris honor, & fama satis admodum à iuribus commendatur, atq; in primis obseruatur, vsque adeò, vt contra quoslibet vel nobilissimos quidem, & præcelsæ dignitatis uiros latè valeat pocurator de sua, suique officij dignitate, atque nobilitate in iudicio contendere, pudoremque suum purgare; apertus, & peregrinus est tex. hactenus non perpensus inl. quæ omnia. §. 1. ff. de procur. quod plenius comprobatur ex his, quæ in seq. cap. subnectuntur.

Neapoli viros non minus honestate, quam genere, & peritia nobiles, ac præstantes, quos non recenseo
30 procuratorium munus in agendis, tuendisque causis aliquando gessisse, planè constat: idemque Galliæ seruari testatur Petr. Gregor. synt. Iuris lib 49. cap. 4. post n. 5. Bononiæ viros dignissimos id munus exercuisse testatur Hippol. quos ipse Doctores Doctorum appellat in suo singul. 272. Hodie verò Iurisconsulti non temerè Indignantur Procuratores appellari, nimirum ob humiles, & idiotas homunciones, qui illum titulum vsurpant, eoque nomine, & ministerio passim censentur.

31 Ex his causidicus quidam, seu caussarum procurator, nomine Matthęus qui per Mag. Cur. instante Fisco tanquam turpis persona fuerat damnatus ad triremes, fuit ex Decreto S C. relegatus, cuius familiam honestatis caussa taceo, patrocinante Hieronymo patre meo. Apud Acta Bruni.

32 Honestiores enim ciues, licet in rigore minus nobiles, nobilium tamen pœnis de æquitate sunt mulctãdi, Ex ijs, quę tradit Bar. in l. capitali-
33 um, ex eo tex. ff. de poen. Maximè vero ciuis inclytę Ciuitatis, prout Neapolis, idem Bar. ex eo tex. in l. vn. C. de Alex. prima lib. 11. Io. Franc. de Ponte consl. 7. lib. 2. & latius diximus Festiu.
34 Lect. lib. 1. cap. 7 nu. 15. Id, quod potissimum procedit de iure Regni nostri, in quo honestè viuentes censentur nobiles, faciunt dicta per D. de Franch. dec. 438. in princ. quem refert Io. Dom. Tassonus ad Pragm. de Antefa. vers. 3. obserua. 3 Quemadmodũ
35 præscribitur in Regno Neap. Nobilitas triginta annorum spatio. Ac
36 denique orti ex matre nobili (quicquid ius commune) licet plebeio patre nobilitate potiuntur, de quibus omnibus consule, quę scripsimus loco citato num. 24. 38. 39. 40.



SVMMARIVM.

1 Infamis potest esse Procurator iuxta communem sententiam.
2 Quæ toto Coelo est falsa.
3 Seruus nõ potest esse Procurator. Contraria sententia improbatur.
Poetarũ auctoritas de iure admittitur.
4 Accusatus pendente accusatione non potest esse Procurator.
5 Intellectus ad tex. in §. fi. inst. de except.
6 Publicè interest lites celeriter terminari Ratio tex in l. seruum §. 1. vers. ex contrario ff. de proc.
7 Multa in iure pro publica vtilitate contra communes regulas sunt statuta.
8 Multa licent, quæ non expediunt.
9 Multa licent, quæ honesta non sunt.

Multa

10 *Multa ob quotidianam erroris consuetudinem tolerantur.*
11 *Multa contra consuetudinem pro communi vtilitate sunt recepta.*
12 *Multa pro libertate, & pro pace contra communes iuris regulas permittuntur.*
13 *Permittitur absurdum, vt euitetur absurdius.*
14 *Toleratur malum ob bonum inde exoriens.*
15 *Ad procuratorium munus non sunt admittendæ personæ minus honestę, & ad hoc Decretum Neap. & Gallici Senatus.*
Regium Decretum Neap. quo turpes personę à procuratorio munere repelluntur.
16 *Differentia inter Procuratorem, & Aduocatum, vt primus licet infamis postulet, secundus non postulet refellitur.*
17 *Postulare quid sit in iure.*
18 *Idiota potest esse Aduocatus.*
19 *Omnes Aduocati, pauci Doctores.*
20 *Doctoratus laurea Assessori non est necessaria.*
21 *Aduocatus, causarumque Patronus, quis sit in iure.*
22 *Ex solo Consilio quis non dicitur Aduocatus.*
23 *Differentia inter Procuratorem, & Aduocatum, vt prior colludens mandati, secundus præuaricationis teneatur, an vera.*
24 *Procuratoris nomen latissimam habet significationem.*
25 *Iudices Procuratoris nomine significantur.*

CONS. XXXVI.

Pro iisdem Causidicis, caussarumque Procuratoribus.

ARGVMENTVM.

Infamis, & seruus Procuratoris officio fungi non possunt, contraria DD. sententia reiecta. Et ad hoc Regium Decretum. Reip. interest lites celeriter terminari. Multa licent, quę honesta non sunt, &c. Aduocatus, & Procurator de iure idem valent. Ideoque differentię inter ipsos à Doctoribus constitutę refelluntur. Omnes Aduocati, pauci verò DD. Ex solo Consilio an quis dicatur Aduocatus. Procuratoris nomen largissimum, & vel etiam Iudices eo nomine de iure censeri ostenditur.

AD hæc arbitrantur Iuris interpretes, inter quos *Accurs. Bar. Bal. in l. 1. ff. de postu. in l. Pedius ff. de arbitr. M. Mant. obseruat. lega, lib.* 2. atque vno omnium calculo receptum esse testatur *Tiraq. de Nobil. cap.* 30. turpes, infamesque personas posse in iudicio fungi officio procuratoris,
1 Id, quod toto cœlo esse falsum, & à mente Iuris alienum declarat *tex. in l. 1. §. secundo loco. & §. ait Prætor, qui ff.*
2 *de postu.* Quibus cautum legimus, turpes, infamesque personas à postulandi munere penitus propellendos, quæ sanctissima Ciuilis sapientiæ dispositio est quoque Pontificia lege comprobata, *tex. est in c. infamis. cum seq. 3. q. 7.* Quod eatenus verum est, vt ne aduersario quidem permittente turpis persona possit pro alijs postulare. *l. quos prohibet. ff. de postu.* cuius rei ea est ratio, quòd publici decoris gratia fuerit hoc institutū. *l. 1. in princ. ff. de postu.* Neque seruus
3 in iudicio postulabit. *glo. in l. generali C. de tabula. lib.* 10. quicquid contra DD. præsertim, *Dec. in l. in omnibus offi-*

efficijs n 4. ff. de reg. iur. per tex. in l. seruum §. 1. ver. ex contrario ff. de procu. quem non rectè intellexit, loquitur enim in libero homine, cuius libertas controuertitur, non autẽ in seruo, vt declarat *tex. in l is autem. ff. ex quib. cauf. maior. cum cæteris allegatis in glo.* quod comprobatur Terẽtij auctoritate in Hecy.

Seruum hominem caussas orare leges non sinunt.

4 Poetarum auctoritatem de iure satis probare latè ostendimus infra *Conf.* 54. Rursus nedum infamiæ reus, sed ne calumniç quidem, aut cuiusuis criminis damnatus, quinimò neque insimulatus, pendente accusatione pro alijs postulabit. *l. 1. §. itẽ Senatusconf. ff. de postu. l. reũ. C. de procu.* id, quod procuratorij muneris dignitatem planè arguit *l. vni. C. de reis postul. lib. 10.* Ideoque in Pandectis post tractatum de postulãdo subnectitur tractatus de Infamibus, quem subsequitur tractatus de *Procur.* nimirum, vt dignoscantur, quinam inter infames numerentur; ijdemque à procurandi, postulandique munere meritò arceantur *l. vltima* ad calcem *ff. de postu.*

5 Nec quicquam aduersatur *text.* qui nostratibus contrarium hactenus persuasit in *§. fin. inst. de except.* Siquidem non diffitetur ibi Cæsar, antiquitatẽ optimo iure consueuisse repellere turpes, infamesq; personas à procuratoris officio. Verũtamen cũ hoc inter litigãdũ, minus vtile cõpertum fuisset, vsu non fuerat receptum, sed in desuetudinem abierat, eiusque rei caussam subdit hisce verbis (*Nedum de his altercatur, disceptatio negotij protelatur.*) Ex quibus non aliud intẽdit Cæsar, quàm declarare veterem, & quidem laudabilem consuetudinem, qua infamis procurator à iudicio reijcitur, vt non ideo sub specie turpis procuratoris in media lite cursus iudiciales impediri con-

6 tingat, & lites fieri immortales. Quod profectò *Reip.* perniciosissimum: Ideoque legibus satis admodum est exosum *l. magnam. C. de contr. & com. stip. l. properandum. C. de iudic. l. quisquis C. de postu. c. iurgantium de sent. & re iud. c finem, & c. vlt. extra de dol. & jent.* Quadere turpis persona à iudicio semper repellitur, nec est à Principe, eiusque Magistratu in procuratorem admittenda, neque in causidicorum album describenda: tametsi in iudicio non liceat inter litigatores hoc disceptari; ne dum de his altercatur, cursus iudicialis ab aduersario malitiosè proteletur, atque adeo calũniæ, & subterfugij arripiatur occasio. Eademque rantione is, qui de statu suo litigat, interim non prohibetur esse procurator *d. l. seruum §. ex contrario ff. de procurato.*

7 Nec est nouum, multa in iure ciuili contra strictam rationem pro communi vtilitate recepta esse; id quod innumerabilibus rebus probari posse tradit *Iulianus Iurisconf. in l. ita vulneratus §. fin. ff. ad leg. Aquil.* & in terminis probat *Imp. in d. l. magnam, & Pont. Summus in c. statutum de rescript. lib. 6.* Quoniam ex caussa à communibus iuris regulis nonnunquam recedimus *l. si domus §. qui confitetur ff. de leg. 1. l. vtilitatem ff. de confi. tuto. l. eos ff. de decur.* Aliquando enim propter necessitatem, aut vtilitatem, vel etiam canonica præcepta mutilari, & laxari contingit *c. etsi ille vers. aliquando 1. q. 7.* Quo

8 circa multa licere dicimus, quæ tamen non expedire constat *l. 1. in prin ff. de aqu quotid. & æst.* Hinc *Paul. 1. ad Corinth. 6.* (*Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.*) Multa quoq; licere dicimus, quæ tamen honesta non sunt *l. non omnes ff. de reg. iur.* Vnde Demosthenes ad Athenienses,

9 Themistoclis concilium vtile quidẽ esse, inquit, sed non honestum ideoq; *Sene. in Octa.*

Id facere laus est, quod decet, non quod licet. Cum

Cum quo cenuenit *Claudia. de*
4 *Hono.Consu.*

Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse de elit

Occurrat, mentemq; domet respectus honesti.

10 Ad hæc multa, quæ alioquin nō licerent propter assiduam, & quotidianam erroris consuetudinem tolerantur. *l. iusto. ff. de vsucap.* Contra
11 verò multa aduersus antiquam consuetudinem propter vtilitatem publicam sustinentur. *l. vn. C. de expe.*
12 *ludo lib* 11. Multa contra iuris rigorē pro libertate sunt constituta. *l. generaliter. § si quis seruo. ff. de fideicom. liber.* Multa ad euitanda scandala, sedandosque tumultus præter communes regulas ciuilia iura permisere *l. qui necem. ff. de sicar. l. si quis filio. §. Hi autem ff de iniust. testam.* Multa quoque pro bono pacis contra Ecclesiæ statuta sacri Canones tolerari decreuerunt *c. 2. de despo. impub. c. 2. de temp. ordin. c. quotiesf.* 1. *q.* 7. *c. hæc*
13 *quippe.* 3. *q.* 7. Permittitur enim absurdum, ve euitetur absurdius. *d. l. ita vulneratus §. quod si quis. l. tutor. §.*
14 1. *ff. de susp. tuto.* Toleratur enim aliquid mali ob bonum inde exoriens. *c. denique. 4. d. c. nerui in fin.* 13. *d.*

Cæterùm, vt rē ipsam repetamus, circumscripto Iuris cursu, infames omninò à procuratoris, aduocatique munere propellendos, quis rectè negabit? Quare constituenda est Iuris regula, turpes. infamesque personas procuratoris officio fungi non posse, eademq; declaranda est in casu *tex. in d. § fin. Inst. de excep.* fauore
15 publicæ vtilitatis. Ideoque eorum, qui procuratoris officium experiuerint circunspecti Præsides integram famam, honestosque mores diligenter debent inquirere *c. quia Episcopus* 5. *q.* 3. Quod Galliæ seruari ex constit. Regis Caroli VII. refert *Petr. Gregor. Synta. iuris lib.* 49. *c.* 4. quemadmodum nuper inter nos Regio Decreto fuit sancitum. Ne insidijs, magis quàm præsidijs, & latrocinijs, magis quàm patrociniis lites agantur. De Forensi autem miseria latè scripsimus. *Fest. lect. lib. 2. cap. 9.*
16 Differentia verò, quam *DD. & in his Bar. post Accurs. l. 1. §. hoc edicto ff. de postu. & Bal in l. inuitus C. de proc.* constituunt inter Procuratorem, & Aduocatum, vt prior, licèt infamis pro aliis postulet: secundus verò non vtique, iure non probatur. Etenim non nisi de postulantibus iura lo-
17 quuntur. Postulare autem nihil est aliud, quàm in iudicio petere *l. dies §. hoc autem ff. de damn. infec. Siue, vt inquit tex. in l. 1. §. postulare ff. de postu. relatus in c. infames* 3. *q.* 7. est amici desiderium coram eo, qui iurisdi-
18 tioni præest exponere, quo loci Accur. eos, qui idiotæ literas nesciunt, aduocatos nihilominus esse posse, (quod vtinam non experiremur) quàm rectissimè scribit, cum quo cōueniunt *Bal. & Salic. in l. 2. C. eo. Ioan. de Plat. in l. expertes ex eo tex. C. de De-*
19 *cur. lib.* 10. Ideoq; omnes aduocatos esse, paucos verò Doctores tradit *Ann. alleg.* 79. *in fin.* Hinc fœminæ postulant, tametsi contrario edicto *C Afrania.* (quā mendosè Calphurniam legimus) causam dederit. *l.* 1. *§ sexum. ff de postu.* Hinc quoque tutores, & curatores pro suis minoribus postulare dicuntur. *d. l.* 1. *§. his igitur.* Denique procuratores in iudicio pro aliis postulare dicit *Tex in l. sed, & hæc §. non solùm. & l. qui absentem. ff de procur. post. Orat. in Ver.* Sanè
20 doctoratus lauream neque Assessori de iure esse necessariam, docet *Salic. in l. 1. C. de poen. iudi. qui malè iudi. Purpur. in l. 1. n. 72. ff. de offic. assessor.* Iam verò in Neapolitano hoc Regno admitti passim Assessores, & Aduocatos, Doctoratus dignitate nō tamē peritia carentes, testatur *Bolo. in d. l.* 1. *nu* 13. quem refert *Menoch de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3 cas. 233. nu. 6. & seq.*

Am-

Hieronymus ex Marchionibus Malaspina instituit hæredem Robertam Thuscam vxorem absentem, qua decedente sine legitima sobole, substituit Franciscum, & Andream sobrinos, declarando sibi fuisse promissos,& traditos in dotem à præfata vxore hærede, ducatos sex mille, nẽpe termille in pecunia, & reliquos in bonis mobilibus,gẽmis, & margaritis,quos legat vxori hæredi;cùm reuera præfata mobilia gemmæ, & margaritæ non fuissent promissa,nec tradita, neque per alias probationes extra testamentum constet de promissione, vel traditione.

Modo hæres instituta prætendit disponere de dictis ducatis termille confessis à testatore,vti debitis, recusans illos conuertere in emptionem ann. introituum pro conseruatione, & securitate fideicommissi.

1 Aduersus quod substituti fideicõmissarii opponunt præfatam hæredẽ nullo iure posse disponere, sed teneri etiam conuertere dictos ducatos termille confessos in emptionem ann, introituum, vel præstare idoneam cautionem de restituendo ipsis substitutis in casu fideicommissi, non obstante declaratione, & confessione testatoris, quoniam prædicti ducati termille confessi, non possunt peti, nec in uim debiti,nec in uim legati.

2 Non vt debitum, quia confessio facta in testamento non inducit debiti probationẽ, nisi per alia documenta extra testamentum constet de debito, sed tantum inducit legati petitionem *l. Lucius §. quisquis ff de leg. 2.l.Lutius §.sempronia l.cum quis decedens §.codicillis ff de leg. 3 l. Aurelius §. vlt. ff.de l berat.legata, & l.qui vxori ff de auro, & argento legat. Bart.in d. §.quisquis,& in d. § codicillis, idemque in l.generaliter C.de non num pec.nu.6. & in l.Aurelio §.Gaio ff.deliberat.legata, & in Auth de iure iurand.à moriente præstito Ab. But. Fel. in c. si cautio de fide instru.*sed in casu nostro per alias probationes extra testamentum non constat, nec de promissione, nec de traditione, ergo non possunt peti

2 vti debitum, Qua propter idem disponitur de debito confesso, quod de legato,quoties per alias probationes extra testamentum non appareat debitum *tex. est in proprijs terminis in l qui vxori ff. de aur & argent. legat. Bart. in l. Lucius §. maritus ff. ad trebell.* vbi inquit, quod si sit prælegata dos vxori, & per alias probationes extra testamentum non appareat de ipsa dote, idem videtur de ea dispositum, quod de legatis *Surd.decis. 250. in principio,cum cæteris eo congestis.*

3 Quod autem, neque vt legatum peti possit, patet, quia hæredi à semetipso legari non potest, & legatũ à semetipso relictum non valet.*l legatum est §.hæredi l.planè §.si duobus l.& quidem ff.de leg.1.gl. in l. Titia cum test. §. Lucius ff. de leg. 2.* vbi inquit,

4 quod quando quis est solus hæres institutus, nunquam à semetipso sibi legari potest, cum omnia capiat titulo hæreditatio *l. id autẽ, quod ff.ad l.fal-*

5 *cid.* & esse hæredem, & legatarium sunt duo contradictoria,quæ in codẽ subiecto concurrere non possunt *l. sed, & si §.fin.vbi glos & Bart. ff. de hæred.instituend. l as.in l.planè §.si duobus n.5.ff.de leg.1,Paris.cons 3. nu. 26. lib.3.Surd.decis.205.nu 6.* sed in casu nostro dicta Roberta est sola hæres instituta, ergo neque vt legatum valet, & per consequens nullo iure potest de ducatis termille confessis di-

6 sponere. Denique, quod legatum hæredi à semetipso relictum cadat in fideicommissum, & veniat in restitutione, vti cœtera bona hæreditaria, est *tex. apertus in l. fideicommissariam §. si legatum ff. ad trebell.* vbi legatum hæredi à semetipso relictum tenetur hæres substitutis restituere.

7 Ex quibus clarũ resultat dilemma, quoniã aut prædicta hæres petit duc.

3000. confessos, vt debitum, & non potest, cum per alias probationes extra testamentum non constet de debito, aut eos petit, vt legatum, & non potest, cum sit hæres instituta, & hæredi à semet ipso legari nō possit, ideoque legatum à semet ipso relictum tenetur substitutis restituere præallegatis Iuribus.

Ipse vero consultus ab Excellentiss. Alberico Cybo S. R. I. et Massæ Principe, Carrariæque Marchione quid de ea re sentitem, Respondi legatum de Iure non venire in restitutionem, ideoque de eo posse Robertam hæredem pro arbitrio disponere, quicquid contra Aduocati substitutorum. Quod enim dicimus legatum ab hærede relictum venire in restitutione fideicōmissi *d.l.in fideicommissariã §. si legatum ff. ad Trebell.* vide-
8 tur procedere in specie legata, secus autem in quantitate, quam licet hæredi retinere, prout in facto nostro *Bart. post gl. ex eo tex. in l.ab omnibus §.à Titio vbi etiam Castr.n.4. ff. de leg. 1. idem Castr. in l. planè §. si duobus n. 7. ff. de leg. 1. Alex. in l. cum res in princ. ff. ad Trebell.* quos refert *Surd. decis.*
9 205. *in princ.* Item quod dicimus legatum ab hærede relictum venire in restitutionem, fallit in legato debiti confessi, sola enim confessio eo casu operatur debitum, adeo, vt hæredi competat retētio, ita *Boer. dec.* 280. *n.* 10. quē sequitur *Surd. dec.* 250. *n.* 4. *ad quod est tex. in proprijs terminis in l. cū hæres deductis legatis ff. ad Trebell. cum coeteris allegatis per Surdum loco citato post Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.*
10 7. *tit.* 7. *n.* 13. Quid plura? semper, omnique casu licere hæredi, vel etiam vniuersaliter instituto, & grauato restituere, in restitutione retinere legatū, tradit *Peregr. de fideico. art.* 7. per totum cum reliquis ab eo congestis, respondendo ad contraria, & in specie ad *tex in d.l. in fideicommissariam;*
11 Iuxta quam opinionem uti æquiorē, ac tutiorem rescripsit mihi præfatus Illustriss. ac generosissimus Princeps per eius Senatum fuisse decisum.



SVMMARIVM.

1 *Probibitio alienandi includit omnem distractionem, omnemque obligationem.*

2 *Fideicommissum purum, & absolutum duo requirit, perpetuam alienandi prohibitionem, & contemplatum fauorem familię.*

3 *Eosque geminos fideicommissi pedes diximus, quibus in infinitum procedat.*

4 *Etiam in casu mortis, siue in vltima voluntate, cum idem sit alienare, & extraneum instituere hæredem.*

Prohibita alienatione, est prohibitum omne illud, ex quo alienatio sequi potest.

5 *Maximè si prohibitio fiat in principio testamenti per modum principalis dispositionis.*

6 *Prohibita alienatione extra familiam, absolutum, & reale fideicommissum est inductum, etiam quod non exprimatur caussa, vt bona conseruentur, in familia.*

7 *Fideicommissum reale inducitur ex rei qualitate, puta in Castro, in quo testator iurisdictionem habeat.*

8 *Sola foeminarum exclusio simplex, & reale parit fideicommissum.*

9 *Sola vocatio masculorum est sufficiens ad inducendum fideicommissum fauore familiæ.*

10 *Familiæ appellatione quid veniat.*

11 *Et quid si fuerit contemplata perpetuitas familiæ.*

12 *Vsque ad quem gradum intelligatur facta prohibitio.*

13 *Et quid in rebus carioribus, & illustrioribus; ex quibus familia splendor facilè perpetuatur.*

14 *Tex. in Auth. de rest. fideicom.* §. *nos igitur*

igitur quando procedat.

15 *Prohibitio alienandi extra familiam impedit dominij translationem in vltima voluntate, secus in contractu, & nu. 18.*

16 *Testatoris voluntas habetur pro lege.*

17 *Legis prohibitio impedit dominij translationem.*

18 *In vltimis voluntatibus transfertur dominium.*

Contrariorũ eadem est iuris dispositio.

19 *Assensus Regis est stricti iuris.*

20 *Clausula generalis restringitur ad specificata.*

21 *Expressum est illud, quod virtualiter inest.*

22 *Relatum est in referente.*

23 *Qui omne dicit, nihil excludit.*

Simplex enunciatio in Principe planè probat.

24 *Assensus extenditur ad ea, quę veniunt ex vi comprensiua.*

25 *Verba generalia ab homine prolata nullam admittunt restrictionem.*

Maximè in principe, cuius simplex enuntiatio plane probat.

26 *Assensus prçstitus per relationem ad contractum, siue ad testamentum est validissimus. Decisio Collater. Conc.*

27 *Tantum valet genus quo ad omnia, quantum enumeratio singularum specierum.*

28 *Assensus per verba generalia videtur efficacior.*

29 *Vbi vnica tantum ratio reddi potest habetur pro expressa.*

30 *Optima legum interpres est praxis.*

31 *Pauca sunt feuda in Regno, quæ excedant spatium centum annorum.*

32 *Centum annorum spatio omnis præsumitur assensus.*

33 *Fideicommissum fauore familiæ non deficit, nisi deficientibus omnibus de familia.*

34 *Nihil dulcius quam posteritatis memoriæ consulere.*

35 *Fideicommissum perpetuum, & reale procedit in infinitum.*

36 *Decisio S.R.Conc.Neap.*

CONS. XXXVIII.

Pro Placido Dentice Barone Veggiani.

ARGVMENTVM.

Prohibitio alienandi, an includat omnem distractionem, omnemq; obligationem, vel etiam in vltima voluntate. Fideicommissi puri, & absoluti procedẽtis in infinitum gemini sunt pedes, nimirum prohibitio alienãdi in perpetuum, & cõtemplatus familiæ fauor. Fideicommissum reale inducitur ex rei qualitate, puta in feudo nobili, siue castro cum iurisdictione in hominem, quemadmodum in cęteris rebus carioribus, & illustrioribus. Et quid ex admissione marium, exclusis fœminis. Familiæ appellatione quidnam veniat, & vsq; ad quẽ gradũ porrigatur alienandi prohibitio, & an impediat dominij trãslationem, ad hæc differentia inter prohibitionem in vltima voluntate, & in contractu. Assensus Regius in feudalibus est stricti iuris, ideoq; non inducitur, nisi expressim, & nuncupatim. An expressum habeatur, quod virtualiter inest. Assensus pręstitus super feudo per relationem ad con-

tractum, siue ad testamẽtum. Et ad hæc Decisio Reg. Collat. Concil. Perpauca sunt feuda in Regno, quorum continuata possessio excedat spatiũ centum annorum, quo quidẽ temporis spatio, vtpote immemorabili præsumitur Assensus in feudalibus. Fideicõmissum fauore familię erectũ, non deficit, nisi omnibus de familia deficientibus. Ad hæc Decisio Sac. Reg. Conc.

Serenissimus Rex Alphonsus I. Aragonius sub die 26. Iunij 1457. ob grandia accepta seruitia à quon. Magnifico Milite Antonio Dentice, cõcessit eidem Antonio amplissimam facultatem diuidendi feuda, ac de eis disponendi inter filios quomodolibet, cuius concessionis, & priuilegij meminit *Loffre.consf. 8. exordiente Mag.quon.Ant.Dentice.* Qua quidem facultate mediante, sub die secundo Augusti proximè sequentis, præfatus Antonius in vltimo, & solenni eius testamento disposuit diuidendo feuda Vegiani cum Casali Sancti Iuliani inter filios, sub præcepto, quod nullo vnquam tempore possent alienari, vendi, permutari, insolutum dari, aut quouismodo distrahi, nec in toto, nec in parte, nisi inter illos de familia, & agnatione ipsius testatoris, ac de stirpe masculina tantum,
1 exclusis semper fœminis. Quæ quidẽ prohibitio alienãdi includit omnem distractionem, omnemque obligationem, *vulg.l.fin.vbi latè DD. C.de reb.alie. non alie.l.sed si maritus in vlt. ver.ff. qui, & à quibus l.sicut §. venditionis ff.quib.mo.pig vel hipo sol.Tiraq. de Retr.§.1.gl.2.* Ac denique subdidit testator hæc verba. Et in casu quo, aliter fieret, quod exirent à manibus ipsorum de domo, & stirpe dicti testatoris aliquo quocunque tempore, & ex causa vel contractu quocunque, quod ipso facto prædicta Terra, & Casale perueniant ad manus Ecclesiæ, & Hospitalis Sanctæ Mariæ Annunciatæ de Neap.

Accidit vt post centum, & septuaginta annos, quibus præfata feuda virtute huiusmodi fideicommissi fuerunt conseruata in familia, ac descendentia masculina testatoris, reperiuntur de facto alienata, & vẽdita ob debita contracta per Io. Iacobum, & Loysium Dentice patrem, & filium. Aduersus quod Placidus Dentice filius, ac nepos prædictorum petit an nullata venditione restitui, ac reintegrari in dominium, ac possessionẽ dictorum feudorum vigore præfati fideicommissi.

Proinde de tribus cõtingit dubitari Primo num tale fideicommissum sit verum, purum, simplex, absolutum, & perpetuum fideicommissum inter omnes de familia, adeo ꝙ alienatio non præiudicet proximioribus. Secundo an tale fideicommissum habeat validum, & sufficientem assensum Regis, Tertio, an per alienationem secutam possit aliquid prætendere Ecclesia, & Hospitale S. Mariæ Annunciatæ, existentibus filijs, ac descẽdẽtibus alienantis, siue eius, ob cuius debita fuit vrgentibus creditoribus processum ad alienationem.

Quoad Primũ apertissimi Iuris est, ex ijs verbis inductum esse purum, & absolutum fideicommissum, etiam in casu mortis, quoniam non sumus
2 in nudo præcepto testatoris, sed in præcepto legitima causa vestito, vtpotè, quod nullo vnquam tempore possint feuda alienari fauore familiæ, & agnationis, siue stirpis masculinæ testatoris. Ex quibus verbis, verum, simplex, purum, absolutum, & perpetuum

tuum fideicommissum est de iure inductum fauore familiæ, quoniam puri, & absoluti, fideicommissi duplex est fundamentum, nimirum perpetua alienandi prohibitio, & contemplatus familię fauor, vt in casu nostro,
3 eosque geminos fideicommissi pedes dixerimus, quibus facilè in infinitũ procedat *vt per DD. inter quos Ripa in l. filius famil. §. diui nu.* 112. *ff. de leg.* 1. adeo quod vnus necessario intelligatur grauatus alij restituere, nempè proximiori in infinitum, nã alioquin res in agnatione seruari non posset *l. peto §. fratre cum coeteris inferius allegandis ff. de leg.* 2. *Bar. in l. si cognatis ex eo tex. ff. de reb. dub. Peregr. decis. Patauin.* 5. *nu.* 4 *Mantica de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 11. *Marzar. de fideicõ. q.* 14. *cum coeteris eo congestis*. Quod
4 porrigitur ad vltimam voluntatem, cum idem sit alienare, & extraneum hæredem instituere *d. l sicut §. venditionis vbi DD. l. si quis prioris §. certum vbi glos. C. de secund nupt. Bar. post glos. in d. §. fratre num.* 2. *Castr sing.* 20. Prohibita vero alienatione, est prohibitum omne illud, ex quo illa sequi potest latè *Tiraq de Retr. ligna.* §. 1. *gl.* 14. *nu.* 14.

Quod maximè in facto nostro procedit, in quo testator talem fecit pro-
5 hibitionem in principio testamenti, nimirum in ipsa institutione, per modum principalis dispositionis, quo quidem casu simplex, purum, & absolutum inducitur fideicommissum pro vt omnes vno ore fatentur *Dec. cons.* 23. *nu.* 3. *&* 5. *Mant. de coniect. vlt. volũt. lib.* 7. *tit.* 10. *n x. Sfort. Odd. de fideicom q.* 11. *nu.* 148 *Gabr. cons.* 121. *num.* 36. *Ambrosinus decis. Perus.* 3. *n.* 6. *&* 7. vbi dicit communem esse opinionẽ, & *decis.* 7. *nu.* 18. *&* 19. Nec inter DD. vllam reperiri discrepantiam inquit *Rot. Rom. in nouis. par.* 2. *dec.* 121. *n.* 3. *Castil. dec. Sicul.* 153. *n.* 27. *& seq.* vbi
6 inquit eatenus hoc verũ esse, vt si ꝓhibeatur alienatio extra familiã absolutũ, & reale inducatur fideicõmissũ, etiam quod non exprimatur causa, vt bona conseruentur in familia, quoniã subintelligitur *Tiraq. de Retr. in Prefat. nu.* 50. maxime vero vbi adsint, ea verba *semper*, *& omni tempore Rota Rom. d. decis.* 121. vbi testatur ita sæpius fuisse decisum *Paris. cons.* 92. *n.* 32. *Couar. var. Resol. lib.* 3. *cap.* 5.

Accedat quod talis prohibitio alienandi est realis, quod patet ex
7 rei qualitate *glos. in l. quoties ex eo tex C. de fideicom.* Maximè vero in Castro, in quo testator metum, mistumq; habet imperiũ, quemadmodũ in casu nostro, vt inquit *Petra de fideicom. q.* 1. *nu.* 86. ob quam rei qualitatem, censetur prohibitio facta, ne res exeat de familia, etiam quod talis causa nõ exprimatur *arg. l. fidecom. §. hac verba ff. de leg.* 3. *Ias. post Bar. in d. §. diui Capic. dec.* 108. *num.* 4. *&* 5. *latè Surd. decis.* 125. *vbi de cõmuni testatur nu.* 3. 4. 5. Igitur si ex sola facti qualitate reale inducitur fideicommissum, quanto magis in casu nostro, in quo expressè habetur quod nullo vnquã futuro tẽpore possit res alienari, quo quidem casu realis, & realissima est prohibitio, quæ validum, simplex absolutum, & perpetuum operatur fideicommissum, vel etiam in casu mortis *Dec. cons.* 38. *in princ. & cons.* 218. *nu.* 15. *& cons.* 287. *num.* 11. *vers. vlt.* nõ obstat *Rimin. Iunior. cons.* 147. *num.* 1. *cum seq.* quam opinionem cõmunem dicit *Gabr. Com. opin. tit. de fideicom. cõclus.* 9. *n.* 7. 29. 33. 37. *Cacher. dec.* 50. *nu* 14. & ita iudicatum in *Rota Romana refert Rim. Iunior cons.* 279 *n.* 34. Quod pro indubitato sequitur *Surd d. dec.* 125 *n.* 7. circa mediũ, *ver. At vbi prohibitio est valida de se, vt quia prohibuit alienari extra familiam, &c.*

Quinimò in facto nostro testator nedum prohibuit alienationem extra familiam, sed addidit quod alienatio in illos tantum fieri possit, qui fue-

rint de familia, & agnatione, ac de
stirpe masculina ipsius testatoris, ex-
8 clusis semper fœminis, quæ fœmina-
rum exclusio simplex, & absolutum
parit fideicommissum, Eatenus vt so-
la vocatio masculorum sit sufficiens
9 ad inducendum reale fideicommissũ
fauore familiæ, ita sæpius decisum
refert *Pereg. dec.* 101. *n.* 6. *Rota dec.* 51.
& 163 par. 1. *in nouis Puteus dec.* 175.
par. 2. cum cœteris ab eis congestis
Meno. conf. 197. *nu.* 9.

Ex his planè constat præfatum fi-
deicommissum nedum esse purum,
absolutum, & reale, verùm etiam per-
petuum inter ipsos de familia quan-
10 diu ipsa familia duret, Appellatione
.n. familiæ veniunt omnes de eodem
sanguine, eademque cognatione,
omnesque descendentes ab eodem
stipite *l. pronunciatio §. familia ff. de*
verb. signif. not. Bar. in l. tutelas n. 4. *ff.*
de cap. dimin. & in l. is, qui complures
ff. de leg. 3. *Menoch. conf.* 444. *num.* 12.
11 *vol.* 5. vbi scribit, quod quoties testa-
tor vocat familiam, significans habe-
re rationem perpetuitatis ipsius fami-
liæ, prout in casu nostro, tunc ueni-
ant nedum descendentes, verùm
etiam transuersales, quod si verùm
est, quanto magis in facto nostro vbi
agitur de filio alienantis, ac de pri-
mogenitura in linea descendentium
Peregr. conf. 143. *vol.* 5. per totũ, Qua-
dere cum testator mãdat bona seruari
ri in familia, inducitur fideicommis-
12 sum perpetuum, Quod porrigitur vl-
tradecimum, vsque ad vltimum gra-
dum agnationis, & familiæ *Ang. in §.*
nos igitur auth. de rest. fideic. Ias. in d. l.
filius fam §. diui in 1. *lectura n.* 113. *&*
in 2. *n.* 155. *plenè Couar var. Resol. lib.*
13 3. *ca.* 5. *n.* 4. Id quod præcipuè proce-
dit in feudo tanquam in re cariori, &
illustriori, ex qua familiarum splen-
dor facilè perpetuatur *Cyn. & alij in*
d l. quoties C. de fideic. arg. eorũ, quæ in
proprijs terminis tradit D. de Franch.
decis. 91. *nu.* 28, *optimè Tiraq. de Retr.*
in Præfa. nu. 49. potissimum verò in
casu nostro, in quo testator expressè
præcepit feuda seruari in familia, quæ
verba perpetuitatem fideicommissi
inducunt *Castill. decis.* 153. *n.* 28. *cum*
14 *seq.* vbi alios congerit, idcirco tali
casu non militat *tex. in eo §. nos igitur*
Auth. de rest. fideico. qui videtur re-
stringere descendentes vsque ad cer-
tos gradus, siquidem illud procedit
in tacita, non autem in expressa mẽ-
te testatoris significata per notã per-
petuitatis, vt in casu nostro, *Ang. in d.*
§. nos igitur, & latius per DD. communi
omnium voto in d. §. Diui. Vnde si vel
etiam ex coniecturata mente testato-
ris inducitur de iure fideicõmissũ, *gl.*
in l pater filiũ §. pater filios ff de leg. 3.
arg. l. ex fact. §. si. ff. ad trebell. quãto ma
gis in casu nostro, vbi de aperta men-
te per expressa testatoris verba li-
quidissimè constat,

Deniq; perpetua, ac solennis pro-
hibitio alienandi extra familiam, vt
in casu nostro impedit dominij trãs-
15 lationem, adeo quod dominium sẽ-
per maneat in persona vocatorum,
prout manet de iure in persona Do-
mini Placidi Actoris, ita concludit
consumatissimus Doctor *Bartolome-*
us Romulaeus in suo tractatu de testa-
torum præceptis bona extra familiam
&c. ad d. l. filius fam §. diui ff. de leg. 1.
inter tractatus de succes. tam à testato,
16 *quã ab intestato nu.* 183. Estque ratio,
quoniam testatoris voluntas habe-
tur pro lege, disponat enim testator,
& fiat *lex. vulg. §. disponat auth. de*
nupt. sed per legis prohibitionẽ im-
17 peditur dominij translatio *l. quędam*
ff. de acq. rer. dom. l. 1. *ff. de fundo dotali*
glos. in l. cum pater §. libertis ff. de leg. 2.
ergo idem dicendum in prohibitione
18 testatoris, estque ratio rationis, quo-
niam in vltimis voluntatibus trans-
fertur dominiũ *l. à Titio ff. de furtis l.*
heredes ff. de acquir. poss. quod me-
ritò per contrariam voluntatem im-
peditur, vt contrariorum sit eadem
di-

disciplina, quam opinionem tenet *Iaf. post Bar. in d. §. diui n. 66. idemque in Auth. res, quæ C. com. de lega. nu. 25. latè Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 1. n. 6.* Licet secus in prohibitione alienandi in contractu facta, vt late diximus *in conf. 48. n. 3.*

Quoad secundum opponitur ex aduerso assensum Regium fuisse præstitum super diuisione inter filios, nō autem super fideicommisso, & vincu-
19 lo alienandi, Qui assensus cum sit stricti iuris non recipit ampliationem *Andr in cap. 1. §. donare qual. olim feud. alien.* quem refert *Anna alleg. 36. Idēque Andr. in c. 1. nu. 5. qui succe. tene, Camerar. in l. Imperialem fo. 43. cum seq.* ideoque non suffragari Actori ea verba, vt possit disponere quomodo-
20 libet. Ea enim clausula restringitur ad specificata, nempè ad diuisionem, & distributionem feudorum inter filios ex *reg. tex. in l. legatorum §. 1. ff. de leg 2. l. emptor §. Lutius ff. de pact. l. si ex pluribus ff. de solut. Dec. conf. 660.*

Ad quod Respōdetur assensum fuisse postea confirmatum per bina priuilegia Regis Ferdinandi filij, qui ratificando assensum præstitum per Regem Alphonsum, confirmat expresse testamentum conditum per dictum Antonium Dentice, ratificando, & emologando in amplissima forma omnia, & singula per eum disposita, per quę quidem verba omnis tollitur
21 difficultas, Nam expressum est illud quod virtualiter inest *glos. in c. inquisitorum in uer. expressè de heret. in 6. Bar. in l. prætor ait in 1. notab. ff. de nou. oper. nunc; idemque in l. 1. nu. 7. ff. de vulg. Rom. conf. 171. Felyn. in cap. translato n 4. de constit Surd. dec. 254. n. 35. faciunt dicta per Annā in proprijs terminis Allega. 41. nu. 25. cum sequ. quibus adde Aym. Crauet. conf. 147. nu. 2. & conf. 149. num. 11. Fed. de sen. conf. 158. & 299. 2. col Couar. var. resol. lib. 1. cap. 15. n. 9. Dec. conf. 190. n. 8. Pereg. de fideicom. Art. 16. nu. 49. faciunt dicta per Assl. deci. 44. n. 14.* Quoniam rela-
22 tum est in referēte ex *reg. tex in l. asse toto de hæred. inst. & l. ait prætor §. si iudex. vbi Iaf ff. de re iud. Bal in l. si defensor. §. qui interrogatus ff. de interrog. actio.* Idemque in *l. tres fratres ff. de pact. Bal. conf. 212. lib. 5. Alex. conf. 190. n. 3. vol. 7. Dec. conf. 645. n. 3. Aym. conf. 45 num. 3. Bar. ex eo tex, in l. si ita scripsero ff. de cond. & dem. Butr. conf. 2.* quem refert, & sequitur *Loffr. conf. 12. nu. 11* Igitur si Rex assensit omnibus, & quibuscumque dispositis, consequens est, vt fideicommisso, & prohibitioni alienandi consenserit, qui
23 enim omne dicit, nihil excludit *Dec. conf. 18. & 497. num. 3. Paris. conf. 19. nu. 68. optime Bal. conf. 338. lib. 2.* Maximè vero, quia in Principe, vel etiā verba enuntiatiua disponunt, & plenè probant *c. si summus de sent. exco. lib. 6. Capyc. decis. 86. in principio.*
24 Assensus autem extenditur ad ea, quæ colliguntur ex vi comprensiua *arg. tex in l. 2. vbi DD. C. de bon. vac. lib. 10. And. in c. 1. col. 2. quæ sint regal. Bal in cap. 1. de feud. non habent. prop. nat. feud. Aymon. conf. 88. num. 10. & conf. 105. num. 3. & in proprijs terminis Camer. in cap. Imper. fol. 51. & 52. Capyc. in inuest. feud. verb. cum Iuribus D. Reg. de Ponte in tract. de potest. Prorog. tit. 8. §. 6. n. 2. cum seq.* Quæ quidē
25 verba generalia ab homine prolata maximè verò in concessione iam facta nullam vnquam admittunt restrictionem, *Anna in proprijs terminis Alleg. 41. num. 15. cum sequ.* potissimum vero in Principe, cuius simplex enuntiatio plenè probat, vtpote verba merè enuntiatiua *c. si summus de sent. excom. lib. 6. cl. literis de prob. per Capy. deci. 86 in princ.* Quod si verū est, quanto magis verba dispositiua Regis relata ad certum actum, vt in casu nostro

Et ne desit punctualis decisio est animaduertendum, quod in Regno nostro assensus præstitus per relationem

26 nem ad contractum, siuè ad testamẽtum, vt in casu nostro est validissimus, & ita sępius iudicatum per S. C. ac Regium Collaterale, testatur *Freccia lib. 2. quæst. 15. n. 2. cum seq. est tex.* quem ad hoc singularem dixit *Bal. & post ipsum Angel. in l. omnes in princ. C. de præscript trig. vel quadrag. annorum vbi gl. in princ.* tantum (in-
27 quit) valet genus quo ad omnia, quãtum enuntiatio singularum specierũ, alioquin cauillator esset, qui contrarium diceret *Oldrad. conf. 117. Io. de Anania conf. 56. Loffr. d. conf. 8. nu. 20.* vbi dicit quod quemadmodum illa dictio vniuersalis (omnia) à lege prolata, singulas species, imo singula indiuidua continet *d. l. omnes,* ita prolata à Principe, qui est lex animata in terris, *§. fi. Auth. de conf.* vt in casu nostro, & nouiss. *D. Lanar. conf. 40. n. 7.* cum cœteris abundè congestis per
28 *Frecc. loco citato.* Imò dico, quod asseñsus per verba generalia, prout illa *cõfirmamus omnia, & singula disposita* videtur efficacior, ex his, quæ trad. *Anna in Rep. Const. diua mem. nu. 45.* qui ad hoc allegat *Andr. in d. cap. Imper. in princ.* Quinimmo Rex specificè, expressè, & nominatim videtur confirmasse fideicommissum, quod patet ex verbis sequentibus, quibus ratificat testamentum Antonij, v3. ad exclusionem fœminarum, de qua quidem exclusione fœminatum nihil vnquã in primo asseñsu Regis Alphõsi, sed tantum in testamento Antonij, ergo Rex viderat, nouerat, & legerat
29 testamentum Antonij, vbi enim vnica tantum ratio reddi potest, habetur pro expressa *glo. sing. in proprijs terminis, & ibi DD. in l. quamuis C. de fideic. facit gl. notab. in l. tale pactũ §. fi in vlt. verbis ff. de pactis Det. cõs. 555. n. 6* Ergo cum nulla alia ratio assignari possit cur Rex protulerit ea verba, nisi quod viderit, & legerit testamentum, perinde habetur, ac si dixisset confirmamus testamentum Antonij, per qnod sunt vinculata feuda fauore agnationis exclusis semper fœminis *arg. l. de his ff. de trans.*

30 Quibus addo optimam legum interpretem esse praxim *vulg. l. fi de interpretatione ff. de legib.* si igitur per centum, & septuaginta annos inuiolabiliter fuerunt feuda seruata in agnatione, ac descendentia masculina præfati Antonij, quanam alia ratione potuit hoc inter nos contingere, quàm vigore eiusmodi fideicom-
31 missi? Scimus enim quam paucissima esse feuda in Regno, quæ excedant spatium centum annorum, de
32 quo latius in nostra Historia, Clara est autem Iuris dispositio per centũ annos, omnem præsumi assensum *Afflict. in cap. 1. vers. Angariæ, quæ sint Regalia Lanar. conf. 95. in fin. cum cæteris eo congestis.*

Quoad tertium Respectu prætensorũ per Hospitale Diuæ Mariæ Annunciatæ, vana est petitio, siquidem fideicommissum fuit erectum fauore familiæ, & agnationis masculinæ testatoris, exclusis fœminis, ad hoc vt sẽper, omniq; futuro tempore feuda cõseruentur in familia Dentice, & in casu contrauentionis fuit vocatum
33 Hospitale, ꝙ intelligitur deficientibus omnibus de agnatione testatoris, prætulit enim testator familiam substituto, & proprium sanguinem
34 Hospitali, nihil enim carius, nihil dulcius, quam posteritatis memoriæ consulere, eamque longo æuo commendare *l. liberorum in fin. ff. de verb. signif.* Tunc autem fideicommisso fit locus, cum omnes de familia deficiant, vel omnes ad distractionem consenserint *l. nihil. §. 1. ff. de leg. 1. l. quoties vbi glos. & DD. C. de fideic. Alex. & coet. in l. filius fam. §. diui ff. de leg. 1.* vbi verò pater alienauerit fit locus filio, deinde nepoti, & deinceps proximioribus *l. peto §. fratre l. cum pater §. libertis vbi glos. & DD. ff. de leg. 2.* Quoti-
35 es enim est contemplata familia, fideicom-

deicommissum est reale, & procedit in infinitum, vt latissimè superius est demonstratum, in quo vlterius non insisto, cumsimus in re indubitabili, & ex verbis fideicommissi hoc liquidissimè constet.

Pendet Decisio; Verum respectu validitatis fideicommissi in consimili facti specie, imo in casu magis dubitabili, in quo fideicommissum non à Patre, sed à Patruo fuerat erectum,

36 Nuper per Sac. Conc. Neap. fuit iudicatum ad fauorem, & perpetuitatem fideicommissi, in causa Ant. de Petrucio apud Acta Figliolæ, patrocinante laboriosissimo V. I. D. Io. Baptista Hodierna, qui nuper vtilissimas edidit Additiones ad Decisiones Mantuani Senatus.



SVMMARIVM.

1 *Arbor Baronum Caruf. ex familia Capana.*

2 *Ex possessione antiquorum bonorum arguitur identitas sanguinis, & descendentia.*

Maximè vero ex possessione antiquorum sepulchrorum

3 *Gaudens Sedilis honoribus præsumitur in dubio gaudere originaliter, & ex persona maiorum.*

4 *Familia, aut est originaria, aut allecta Allectio non præsumitur, quia factum.*

Facta non præsumuntur, nisi probetur.

5 *Ciuis in dubio originarius.*

6 *Patritiatus originis dicitur competere ex causa naturali, & necessaria, Allectionis vero ex causa contingenti, & voluntaria.*

7 *Actus in dubio tribuitur causæ naturali, & necessariæ.*

8 *Allectus vix dicitur propriè ciuis.*

9 *Potior est causa antiquæ originis.*

10 *Dispositio in potiori, & magis propria significatione est accipienda.*

11 *Res in dubio antiquiori iuri est tribuenda. Feudum in dubio præsumitur antiquum.*

12 *In dubio res censenda secundum ius commune, & generale.*

13 *Familia dicitur originaria, quoties ignoratur eius aduentus in Ciuitatem, & initium gaudendi.*

14 *Aedificiorum magnificentia arguit familiæ nobilitatem.*

15 *Antiqua insignia, & monimenta de iure probant.*

16 *In originarijs non est opus allectione, idcoque originaria familia præsumitur semper gauisa.*

17 *Nobilibus est proprium, & debitum gaudere in patria nobilitatis prærogatiua. Et ita in dubio præsumendū.*

18 *Vbi frater gaudet, & cæteri fratres gaudere præsumuntur.*

19 *Præsumptio transfert onus probandi contrarium in aduersarium.*

20 *Vbi duo sunt eiusdem nominis, & agnationis præsumuntur ambo, & æque gauisi honoribus familiæ.*

21 *In dubio pro admissione ad nobilitatem, & ordinem est præsumendum.*

22 *Transuersales etiam non demonstrata possessione stipitis sunt admittendi ad honores transuersalium, si fuerint nobiles, & eiusdem conditionis.*

23 *Probationes factę in alio iudicio, & inter alios de familia probant, quia nobilitas vnica est in familia.*

24 *Vel saltem faciunt semiplenam.*

25 *Attestationes in alio iudicio probant, si testes reperiantur mortui.*

Imo adaugetur fides testis mortui.

Faciunt saltem semiplenam.

26 *Semiplena sufficit, vbi non agitur de alterius interesse formato.*

27 *Denominatio quandoque fit à loco dominij, & feudorum.*

28 *Denominatio, & instantia conseruant ius, quemadmodum tractatus, & reputatio.*

29 *Absentia non nocet.*

30 *Animus, non corporis assistentia facit ciuem, & constituit domicilium.*

Iura

31 *Iura nobilitatis conseruantur per cęteros de familia, & quare.*
32 *Iuribus quæ sunt facultatis ex non vsu non infertur præiudicium.*
33 *In his, quæ generis sunt maiorum negligentia non præiudicat.*
34 *Sententiæ Sacri Conc. Neap. faciunt ius vniuersale in Regno.*
35 *Decisio quæstionis, & sententia Sacri Reg. Concilij.*

CONS. XXXIX.

Pro Francisco Capano Barone Carusiorum.

ARGVMENTVM

Arbor, seu descendentia Baronum Carusiorum ex familia Capana. An ex possessione Collateralium, non demonstrata possessione communis stipitis competat restitutio, siue reintegratio ad honores Patritiatus, & quid in familijs indigenis, & originarijs, quidue in aduentitijs, & allectis. Nunquid in dubio ciuis pręsumatur originarius, vel allectus, & an gaudens Sedilis, siue Patritiatus honoribus censeatur gaudere ex origine, vtpote ex persona maiorum. Et ex quibus familiæ originalitas arguatur. Ex possessione antiquorum bonorum in familia, potissimum vero veterum sepulchrorũ an pręsumatur idẽtitas sanguinis, ac descendentia ab vno, eodemque stipite. Attestationes factę in alio iudicio, & inter alios de familia an plenè probent. Et an semiplena probatio sufficiat in his, quæ alterius præiuditium non concernunt. Vbi duo eodem tempore reperiantur eiusdem nominis, & agnationis, an ex vnico actu præsumantur ęquè ambo potiti Patritiatus honoribus. Denominatio, Instantia, Tractatus, seu Reputatio an, & quando cõseruent ius familiare. Et ad hęc Decisio Sac. Reg. Concil.

FRanciscus Capanus XII. Baro Carusiorum, aliorumque feudorum Dominus, & Hieronymus Capanus fratres petunt reintegrari ad honores, & dignitates Sedilis Nidi, quibus cœteri de familia Capana gaudent, & potiuntur, qui omnes descendunt ab vno, eodemque stipite, prout sequitur.

Ioannes Capanus Baro Carusiorũ (qui vt est antiqua vox, & opinio inter homines familiæ fuit filius illius Capaccioni Capani, olim Patritij Neapolitani de Sedile Nidi) habuit duos filios Masium primogenitum, Baronem Carusiorum, & Corradum. Ex Corrado descendunt omnes, qui gauisi sunt, & gaudent, prout ex Arbore, & Processu olim fabricato per quinque ipsius Sedilis Nidi in causa Alphonsi Capani eiusdem Sedilis.

Ex Masio Capano fratre prædicti Corradi gaudentis descẽdunt Actores; Nam ipse Masius genuit Ioannellum, ex quo natus est Andreas, qui Andreas ex Marta de Vicarijs filia Baro-

Baronis Montisfortis suscepit secundum Ioannem, alias Ioannellum, qui Ioannes habuit in vxorem Camillam Barrilem de Sedili Capuanæ, cũ qua genuit secundum Andream, qui ex Tomasia Scattaretica de antiqua, & nobili familia Salernitana genuit Ferdinandum, qui Ferdinandus ex Lucretia de Tocco Nobili Neap. de antiquis Baronibus Chianchetellę filia Iacobi de Tocco, & Isabellæ Carrafæ suscepit Franciscum Octauum Baronem Carusiorũ, & Hieronymũ Actores; Franciscus habuit in vxorẽ Beatricem Rubeam de Sedili Montaneæ sororem illius Ascanij, ex qua non suscepit liberos. Hieronymus habet in vxorem Clitiam Capanam de Sedili Nidi filiam Francisci Baronis Aquauellæ, ac neptem Gabrielis Capani notorij Patritij Neapolitani gaudentis.

Ex his liquidissimè constat ex Ioanne Capano stipite descendere omnes, qui gauisi sunt, & gaudent, nec non ipsos Actores.

1 Quæ quidem descendẽtia ab vno, eodemq; stipite patet etiam ex possessione antiquarum domorum pro communi, & indiuiso in Baronia Cilenti inter Ioannellum Capanum, ex quo descendunt actores, & Rubeũ Capanum gaudentem, qui Ioannellus, & Rubeus sunt nepotes prædicti Ioannis communis stipitis, vt ex arbore, quæ bona fuerunt postea diuisa inter prædictos in anno 1419. *arg. l. in finalibus vbi DD. ff. fin. regu. & in proprijs terminis est tex. in l. siue possidetis, vbi Accu. in ver. cõstituti C. de prob.*

2 Et multò magis patet ex antiquissima possessione Cappellæ, & Sepulturæ in Cilento, quæ adhuc possidentur in communi ab Actoribus, vnà cum Baronibus Aquauellæ gaudentibus; ex quibus demonstratur antiqua cõsanguinitas, & descendentia ab vno, eodemque stipite *l. familiaria cum seque. ff. de reli. & sumpt. fune. l. si Sepulchrum C. eod. tit.*

Quicquid actoribus opponi potest in eo versatur, quòd non appareat Ioannem Capanum communem stipitem fuisse gauisũ Sedilis honoribus. Ad quod respondetur hoc de iure minimè esse necessarium, siquidem tale ius gaudẽdi præsumitur in familia antiquum, & originarium, vnde si per Sedile opponatur de aggregatione illius lineæ, quæ modo gaudet, debet ipsum Sedile hoc demonstrare,

3 Etenim Corradus, & Cola Capanus eius filius, qui fuit de Sedili Nidi præsumendi sunt in dubio antiqui, & originarij, quod pariter de eorum maioribus est intelligendum, vt semper excludatur allectio. Nàm familia in Ciuitate aut est originaria, aut allecta, siue aggregata *l. Ciues C. de inco. lib.* 10. non constat de allectione, nec de ea quicquam est præsumendum, cum facti sit, ex regula *tex. in l. si emancipati vbi Ias. C de colla.*

5 ergo originaria; Et propterea vbi non apparet de aggregatione ciuis est intelligendus de antiquo, & originario *l. 1. vbi gl. 10. ff. de tuto; & cura. datis ab his*, quam ad hoc allegat *Bal. in auth. & omninò num 23. & 24. C. ne vxor. pro mari sed melius glos. & idem Bal. in l Ciues nu. 4. C. de appella; & post alios optimè Gram. in cons. 5. In causa Mag. & strenui militis, per totum. & in cons. 23. in causa vertente nu. 6.* Cuius

6 rei ea est ratio, quòd Patritiatus originis dicitur competere ex causa naturali, necessaria, & immutabili, Patritiatus verò allectionis ex causa cõtingenti, & voluntaria *l. assumptio ff. ad municipa. l. in adoptionem iuncta glo. in ver. non mutatur C. de adoptio. l. origine C. de municip. & origi. lib.* 10.

7 *Bar. in l. fin. ff. de colle. illi.* Succedit iuris regula actum in dubio tribuẽdum potius causæ naturali, & necessariæ *l. fideicommissum ff. de cond. & demo. l. miles §. fin. ff. ad l. Iul. de adulte gl. in l.*

8 *vẽdicatio ff. de rei vend.* Hinc *Bal. in l. 3. §. hac verba ff. de neg. gest.* quem sequitur

quitur *Alex. in conf.* 160. *an ille lib.* 5. videtur magnopere dubitare nũ allectus dicatur verè, & propriè ciuis.
9 Item quia potior est causa antiquę originis. *l.* 1. *C. de incol. lib.* 10. *est gl. in l.* 1. *in vltimis verbis C. de municip. & origi. eod. lib. Alex. conf.* 34. 5. *vol.* & in
10 iure longè est clarissimum, dispositionem in potiori, & magis propria significatione in dubio accipiendum, *l. ex ea parte §. in Insulam ff. de verbo. obliga. l.* 1. *§. si is qui nauem ff. de exerci.*
11 *actio. Alex conf.* 4. *vol.* 4. His amplius res in dubio antiquiori iuri est attribuenda. *l. in finalibus ff. fin. regu.* ergo Patriciatus in dubio de antiquo, & originario est intelligẽdus. Quemadmodum feudũ vbi aliud non constet prçsumitur in dubio antiquum *Bal. ex eo tex. in c.* 1. *si de feud. defu. cõtr. fue. And. ex eo tex. in c.* 1. *de grad. succ. in feudo*, quos in proprijs terminis refert *Io. Fr. de Ponte conf.* 107. *lib.* 2. edito post hæc à me scripta. Rursus Patriciatus originis, & allectionis in eo differunt, quòd primus de iure communi, & generali, secundus verò dę iure speciali, & ex priuilegio competat *d. l. ciues vbi DD.* & in dubio quis
12 nescit rem potius censendam attenta dispositione iuris communis, & generalis *tex. est in l. fin. C. de his, qui veni. ætа. impe.* Quare Aggregatio vti quid corrigens, & de iure speciali competens non debet esse in consideratione ex regula *tex. in d. l. fin. Deci. conf.* 75. *in causa Magnifici vltima col.*

Item, & fortius si hoc est verum in dubio, vt familia præsumatur de iure originaria, non autem aggregata, multo magis est verũ in casu nostro, vbi demonstratur ante Ioannem cõmunem stipitem, familiam fuisse in ipso Sedile; Nam Capaccionus Capanus sub Ioanna Regina anno 1380. reperitur inter nobiles Nidi,
13 Rursus familia Capana est originaria in Ciuitate, & Sedili quemadmodum familia Brancacia, Pignatella, & cœteræ originariæ, non enim legitur fuisse aggregata, & ignoratur eius aduentus in Ciuitatem Neapolis *arg. d. l ciues C. de inco. lib.* 10. & in proprijs terminis dicit *Io. Fr. de Ponte in conf.* 107. *nu.* 7. *lib.* 2.

Item, & fortius, familia Capana ex antiquissimis ædificijs, marmoribus, & monumentis appatet fuisse in Ciuitate Neap. ab ipso tempore, quo fuerunt instituta Sedilia, imò ante Sedilia, prout ex antiquo marmore cum insignibus in Diui Dominici, propria Ecclesia Sedilis Nidi, in qua sunt antiqua monumenta Nobilium ipsius Sedilis, sic etiam in Diui Augustini, vbi apparent antiqua insignia familiæ Capanæ, quæ memoriæ omnium consensu sunt antiquę à trecentis, & vltra ab hinc annis, Constat autem prædictas Ecclesias Diuorum Dominici, & Augustini fuisse fundatas ab Regibus Normandis, & instauratas à primis Regibus Andegauensibus, à quibus fuerunt instituta Sedilia, ut omittam vetusta monumẽta in Diui Petri Martyris, & in Diui Antonij extra mœnia super maioribus Ianuis ipsarum Ecclesiarum à Capanis antiquitus constructis. Quæ
14 omnia apertè indicant familiam Capanam fuisse ab antiquissimo tempore in Ciuitate Neap. Nobilem, & potentem. Nam eæ sunt memoriæ (vt videmus) redolentes magnificentiam, & ex magnificentia ædificiorum præsumitur de iure magnanimitas ædificantis, eiusque in Ciuitate antiqua nobilitas, *tex. est notabilis in l.* 2. *in fin. C de prædijs nauicula. lib.* 11. Ex quo dicit ibi *Barto.* habemus practicam probandi quem nobilem, & generosum Patritium, referr, & sequitur *Corse. in singul. ver. melioratio*, & nouissimè *Prosper Farinac. decis.* 372. *lib.* 1. Antiqua vero insignia, & monumenta faciunt de iure plenam, atque indubiam fidem *c. cum causã*

vbi

vbi glos. de probat. Bar. in l. monumentorum ff. de reli. & sumpt. fune. Bal. in l. 1. ex eo textu ff. de off. quæsto. et habetur per DD. in l. 1. ff si cer. peta.

Ex quibus apertissimè constat Familiam Capanam esse originariam in Sedile Nidi. Planè in originario quid
16 est opus allectione? Constat enim familiam Capanã fuisse ab antiquissimo tempore nobilem, & potentem in Ciuitate Neap. Ergo cessante allectione præsumitur Ioannes Capanus cõmunis stipes proculdubio potitus Sedilis honoribus. Quoniam cum familia sit antiqua, & originaria in Sedile, præsumitur etiam originariè, atque ex primis illis tẽporibus fuisse gauisa Sedilis honoribus, siquidẽ in originarijs nulla cadit allectio, siue aggregatio *d. l. Ciues vbi glos. &*
17 *DD. Io. Franc. de Põte d. cons. 107. lib. 2.* est enim proprium Nobilibus, & in primis debitũ gaudere in Ciuitate Nobilitatis prærogatiua, atque ita in dubio præsumendum *§. si qua vero auth. de defenso. Ciuita. l. filios C. de municip. & origi. lib. 10. Bal in l. si non spetiali 2. col. C. de testa. Aret. cons. 77.* Quod eatenus verum est, vt de iure Nobiles nunquam intelligãtur fraudati honoribus in propria Ciuitate, etiam legibus quanrũcunque aduersantibus, & contra statuentibus *tex. est notab in c. fundamenta vers. hac irrefragabili iuncto §. vt autem Ciues de electio. lib. 6.*

Item, & fortius constat ex informatione olim capta in anno 1547. ad instantiam Sedilis Nidi in causa Alphonsi Capani tũc reintegrati, quod Cola Capanus fuit in possessione Sedilis, tanquam de Sedile, ergo per successionem Corradi patris, qui Corradus fuit frater carnalis Masij, ex quo Actores descendunt, vt dictũ
18 est, succedit iuris regula, quod vbi frater gaudet, idem ius gaudendi præsumitur spectare ad cęteros fratres, ita *Ang. in auth. vt liceat matri, & auiæ §. 1. in fin. quem refert, & sequitur Afflict. in const. Regni intẽtionis nostræ de illici. porta. armo. post nu. 31. vbi dicit Ang.* quod si sunt plures fratres, quorum vnus sit pronunciatus Ciuis Perusinus, quod per istam sententiam intelliguntur pronunciati omnes fratres Ciues Perusini, sequitur *Bal. vt ibi per Afflict.*

Ex quibus omninò est præsumendum Ioannem Capanum eiusque filium Masium actorum Stipitem fuisse gauisos Sedilis honoribus, quod si per aduersarios negetur ipsi probent,
19 ex *reg. tex. in l. 2. ff de proba.* Quoniã ex allegatis præsumptionibus transfertur onus probandi contrarium in ipsum Sedile *l. generaliter § si petitum ff. de fideicom. liber. l. nuptura ff. de iure dotium Decius in l. 2. §. mutui datio nu. 15. ff. si cert. peta. idemque cons. 540. n. 11. Gozad cons. 50. num. 6. Couar. lib. 2. var. resol. cap. 6. Menoch. cons. 21. in*
20 *princ.* Nec quicquã refert, quod eodem tempore sint duo Ioannes Capani, quoniam de iure ambo pręsumuntur gauisi, ex his, quæ tradit *Bar. in l. fructus in fi. vers. Concludit ergo Dinus, ff sol. matr. per tex. in l. quoties ff. de re. dub.* quorum sententiã secuntur *Cyn. Alb. Pau. Rapha, & Alex* quos refert, & sequitur *Ias in d l fructus.* Sanè hi Ioannes fuerunt coætanei, & ex eodẽ sanguine Baronũ in Cilẽto, & ex cõsequenti ambo fuerũt gauisi; Consonant, quæ in causa Alfonsi Capani fuerunt deducta, & proba a, nimirũ quod omnes Capani Nobiles gaudere debent, si omnes, ergo, & Actores nobilissimi Patritij, & Barones, vt infra.

Nec omiserim in dubio pro admissione ad Collegium, & ordinem esse
21 præsumendum, & pronũciandum, vt voluit *Bal in cons. 183. statu. Ciui. Verone. lib. 2. facit tex. in l generaliter §. 1. ff. de Decurio. per Fede. Vual. in suo singula. Respo. pro Camillo Villano nu 27.*

Quid plura? hoc in speciè firmat

O *Afflict.*

Afflict. in Cōst. Regni intentionis nostræ
22 *nu. 30. de illici. porta. armo.* vbi concludit transuersales, etiam non demonstrata possessione stipitis debere admitti ad honores Sedilis, dum tamē sint personæ nobiles, & descēdant ab eodem stipite, à quo cœteri, qui gaudent, subdens ita fuisse iudicatum pro quadam familia, quæ per istos terminos fuit reintegrata in Sedile Nidi, concordat *Tiraquell. de Nobilita. cap. 17. n. 1. & seque. & cap. 37. n. 4. Vede. Vival. in præallegato Responso n. 10. & 11.*

Accedat Nobilitas Actorum, ipsorumque maiorum fundata in antiquissima possessione, in dominio feudorum, & vasallorum, atque in matrimonijs contractis cum nobilissimis familijs, in quo superuaeuum esset insistere, cum sit notorium, & ex Arbore familiæ liquidissimè constet.

Amplius quid est opus alijs demōstrationibus, si per testes in causa Alphōsi Capani receptos olim per quinque ipsius Sedilis Nidi clarè cōstat, ꝙ omnes Capani Nobiles debent gaudere Sedilis honoribus, Si omnes, ergo Actores Nobilissimi Patritij, &
23 feudatarij. Confessiones verò Sedilis, & probationes factæ per cæteros patritios de familia, licet in alio iudicio, & inter alias personas, benè probant de iure pro ipsis Actoribus, quoniam eædem personæ censentur; Nobilitas enim vnica, & communis est in familia *tex. est peregrin. in l. cū scimus in fin. C. de agr. & cens. lib. 11.* ibi *Pars quodammodo corporis nostri per cognationem seruatur* &c. quo quidem casu attestationes licet in alio iudicio plenè probant *Iaf. post glo. vlt. in l. is apud quem C de ede.* ibi. *Quia eędem personę censentur*, Item
24 probationes licet in alio iudicio, & inter diuersas personas, faciunt tamen semiplenam, seu qualemqualem probationem *gloſ. in l. si duo, & ibi Iaf. ff. de iur. iur.* quam refert, & sequitur idem *Iaf. in d. l. is, apud quem post nu. 23. verſ. 2. limita.*
25 Quibus accedat, ꝙ vbi testes repeṙiunrur mortui, vt in casu nostro, attestationes in alio iudicio benè probant *Bar. in l. admonendi post num 44. ff. de iur. iur. verſ. quæro quid ſi, Iaf. post Angel. in d. l. is, apud quem nu m. 24. C. de edendo, Inn. Ab. Butr. in c. fin. de iur. iur.* Imo mortui testis adaugetur fides *Castr. conſ. 101. & conſ. 133. lib. 1. Bellam. decis. 813 par. 1. & latius diximus in conſ. 49. nu. 47.* & licet *Bar. et DD.* videātur velle quod attestationes tali casu semiplenè tātū pro-
26 bent, nihilominus talis semiplena in casu nostro sufficit, in quo de alicuius interesse, & formali præiudicio non agitur. *Ab. post. gl. in c. proposuisti de conse. eccl. vel alta. Bal. post glo. in c. nuper de test. Butr. in c. veniens, 1. eo. tit. de test.* quæ omnia in proprijs terminis refert, & sequitur *Iaf. conſ. 120. vol. 4. & latius scripsimus in conſ. 2.*

Quod comprobatur ex amplissima fide, quam faciunt Capani gaudentes qualiter Ferdinandus Capanus pater Actorum est de nobili, & illustri familia Capana, & quod debet gaudere Sedilis honoribus, sicut cœteri de familia Capana, licet in præsenti nō reperiatur gaudere ob absentiam a Ciuitate Neapolis ratione feudorum in Cilento.

27 Neque obstat, quod familia Capana nuncupetur de Cilento, Si quidem id contigit ratione feudorum & antiqui Dominatus in Cilento, quemadmodum Ruffi de Calabria, Aquini de Crypta Minarda, Caraccioli de Capua, Spinelli de Summa, Saraceni de Torella, & alij, sed non ex hoc familia Capana potest dici extera, cum eodemmet tempore, quo Capani appellantur de Cilento appareant fuisse Nobiles in Ciuitate Neapolis, & guadentes Sedilis honoribus, vt dicetur inferius.

Est

Est igitur attendendum si familiæ reperiantur ab antiquo tempore in Ciuitate, quod abundè est demonstratum in familia Capana ob antiquissimum ius gaudẽdi in Sedile, ob incertitudinem eius aduentus in Ciuitatem, necnon ob vetusta, & grandia ædificia, quæ omnia apertissimè indicant Capanos fuisse Nobiles, & potentes in Ciuitate Neapolis, etiã à tempore, quo non erant Sedilia. Quid plura? licet Capani appellẽtur de Cilento, nihilominus etãt de Sedili, & gaudebant Sedilis honoribus. Id, quod videmus in persona Ioannis Antonij dicti Rubei, qui semper appellatus est de Cilento, & tamen erat de Sedile, & gaudebat Sedilis honoribus, sic etiam Cola, Franciscus, & Masellus (vt reliquos omittam) fuerũt de Sedile, eoque potiti sunt, & tamen appellantur de Cilento, ergo denominatio à Cilento est ratione feudorum, & in memoriam antiquissimi Dominatus in Cilento.

Nec mirum si Actores descendentes à primogenito Ioannis communis stipiris non reperiantur in possessione gaudendi, hoc enim contigit ob absentiam à Ciuitate Neap. ratione feudorum in Cilento, sed licet absẽtes fuerint, nunquã tamen sibi præiudicauerunt in antiqua origi e, & Nobilitate Neapolitana, quod patet ex contractibus, & negotijs per eos gestis, in quibus Neapolitani semper
28 sunt denominati, & habiti, patet etiã ex continuatis instantijs pro possessione Sedilis, quibus ius conseruatur *c. illud de præscriptio. Bar. & Alex. in l. mariti §. quinquennium ff. de adulte.* atque ex fide Communis Roccæ Cilenti testantis Actores, eorumque maiores sẽper fuisse habitos, & reputatos Nobiles, & Patritios Neapolitanos, nec vnquã in ea nobilitate qc-
29 quam sibi præiudicasse. Quamobrem talis absentia non debet Actoribus nocere, cum modo sint præsentes
30 *l. 1. C. de incolis lib. 10.* Quinimo præsentes semper extitisse videntur, cum animus, & non corporis assistentia faciat ciuẽ, & cõstituat domiciliũ *l. eius, qui, la 2. §. Celsus ff ad municipa. l. si quis ita legauerit ff de cõd. & demo. l. postliminij ius, & l. nihil interest ff. de capt. & postli. reuer. Barba. cons. 52. lib. 2. & latius diximus in cons. 15.* Sanè ex his, & alijs colligitur perpetuus animus gaudendi, vt consuluit *Ab. cons. 100. Ias. cons. 77. vol. 3. Ber-*
31 *tran. cons. 75. 2. vol.* Cumque Nobilitas vnica sit in familia, satis dicitur conseruata, & continuata possessio per coniunctos, qui gauisi sunt, & gaudent *d. l. cum scimus § fi. C. de agri. & cens. lib. 11. l. si communem ff. quẽ-*
32 *admo. seru. ami.* Tandem iurib. quę sunt naturalis facultatis, ex non vsu nullum infertur præiudicium *Bertr. cons. 234. lib. 3. Dec cons. 6. Aym. de an-*
33 *tiqui temp. fol. mihi 173.* Et in his, quæ generis sunt maiorum negligentia posteris non præiudicat *l. 3. ff. de interdi. & relega.*

Denique quid est opus aliis probationibus, si in similibus alias consueuit sacrum Concilium me patrocinante iudicare, vt transuersales, etiam non demonstrata possessione stipitis, maximè, vbi sint de familia antiqua Neapolitana admittantur, & reintegrentur ad honores Sedilium, cum solum demonstrauerint esse Nobiles, & descendere ab vno, eodemque stipite, à quo cœteri, qui
34 gaudent, quæ sententiæ faciunt ius vniuersale in Regno, & iuxta illas est iudicandum, vt tradit *Afflict. in decis. 388. & latius diximus cons. 30.* prout etiam in casu nostro iudicandum speratur, & supplicatur &c.

35 Ex his Actores fuerunt reintegrati ad honores Sedilis. apud Acta de Ferrariis.

SVMMARIVM.

1 *Arbor familiæ Baronum Pulliçe, Domnici, Sueſſæ, & Aquauellæ ex familia Capana.*
2 *Frater gaudens tribuit ius gaudendi cęteris fratribus.*
3 *Sententia lata pro fratre facit ius ad beneficium aliorum fratrum.*
4 *Nobilium eſt gaudere in propria patria nobilitatis prærogatiua.*
5 *Nobilis nunquam cenſetur fraudatus ſuis honoribus, etiam legibus aduerſantibus.*
6 *Familiæ originariæ quænam dicantur.*
7 *In originarijs ius gaudendi ſpectat ad omnes de familia etiam tranſuerſales.*
8 *In originario ceſſat præſumptio allectionis.*
Maximè ſi cęteri de familia ſint æquè nobiles, eiuſdemque conditionis.
9 *Originalitas ex quibus probetur.*
10 *Nouus homo non præſumitur per ſaltum ad maxima përueniſſe.*
Cum honores gradatim conferantur.
11 *Caſum appetit, qui poſtpoſitis gradibus per abrupta quærit aſcenſum.*
12 *Deciſio quæſtionis, & Sententia Sacr. Reg. Conc. Neap. lata coram Excellentiſſimo Principe Albæ Duce Regni Vicario, Auctore patrocinante.*

CONS. XL.

Pro Baronibus Pulliçe, Domnici, & Sueſſæ.

ARGVMENTVM.

Arbor; ſiue agnatio Baronum Pulliçe, Domnici, Sueſſç, Oliueti, & Aquauellę ex familia Capana. Frater gaudens Sedilis, ſeu Patritiatus honoribus, an tribuant ius gaudenti cęteris fratribus. Et an ſententia lata pro fratre faciat ius pro altero fratre. Quęnam ſit differentia inter familias originarias, & allectas, & ex quibus Originalitas arguatur. Nouus homo non præſumitur per ſaltum ad maximos perueniſſe honores, & ad hęc Sententia Sac. Reg. Concil.

1 THomas Capanus genuit quatuor filios, inter quos fuit Antonius dictus Cerza Baro Pullicæ, & Domnici, ex quo deſcendunt præſentes Barones Pullicæ, & Domnici, nec non Barones Sueſſæ, & Oliueti Actores, item Ioannes, ex quo deſcendunt Barones Caruſiorum nuper per ſententiam reintegrati ad honores Sedilis Nidi. Et Corradus, ex quo deſcendunt Barones Aquauellæ ab antiquiſſimo tempore gaudentes eiuſdem Sedilis honoribus, vt ex Arbore familiæ in Proceſſu.

Antonius Capanus dictus Cerza Actorũ ſtipes Baro Pullicæ, & Domnici appellatur Miles, Nobilis in Ciuitate Neapolis, Familiaris, Domeſticus, & de hoſpitio Regis cum annua Regis prouiſione vnciarum 25. Cuius filius Ioannes Baro ſecundus Pullicæ, & Domnici, ex quo ortus eſt Nobilis, & egregius Miles Maczeus Capanus Regius Cõſiliarius, & familiaris tertius Baro Pullicæ, & Domnici, ac etiam Baro Omignani, Sueſſæ, & Luſtræ. Ex quo Maczeo orti ſunt Thomas appellatus Magnificus Miles, Armiger de Neap. Regius Conſiliarius, & fidelis quartus Baro Pullicæ, & Domnici; nec non Antonius dictus Bizzarrus, ad quẽ peruenit Baronia Omignani, Sueſſæ,

Sueſſæ, Luſtræ, aliorumque Caſtrorum,& feudorum,in quibus tandem ob defectum maſculorum ſucceſſit Antonia proneptis, quæ nupta Sigiſmundo ex Illuſtris.familia de San gro Patritio Neapolitano tranſtulit in familiam Sangriam omnia Caſtra,& feuda prædicta, præter Sueſſam. Ex Thoma primogenito orti ſunt Nobilis, & egregius vir Maczeus eius nominis ſecundus de Neapoli, quintus Baro Pullicæ,& Domnici, nec non Berardinus Baro Sueſſæ,Olineti, Torchiaræ, Cuperſiti, & Oleaſtri, auus ſecundi Berardini Militis Baronis Sueſſæ, & Olineti, auus tertij Berardini ſeptimi Baronis Sueſſę,& Olineti Actoris,Ex Maczeo Secundo natus eſt Ioannes Baptiſta Capanus de Neap. ſextus Baro Pullicæ, & Domnici. Ex quo ortus eſt Maczeus iunior ſeptimus Baro Pullicæ, & Domnici pater Scipionis,& Alfonſi Actorum.Ex Maczeo iuniore ortus eſt Horatius octauus Baro Pullicæ,& Domnici,ex quo Ioannes Vincentius nonus Baro Pullicæ, & Domnici Actor.

2 Itaque Antonius Capanus Cerza Actorum ſtipes fuit Nobilis de Sedile Nidi, ſtante quod cęteri fratres reperiuntur nobiles eiuſdem Sedilis, vt iam dictũ eſt,ex regula, quod vbi frater gaudet, & cęteri fratres gaudere cenſentur, *Ang. in Auth. vt liceat matri,& auiæ* §. 1. *in fi.* quem refert, & ſequitur *Affl. in Conſt. Regni Proſequentes q.7.nu.16.de Pugnis ſublatis,Aymon. conſ.206.nu.7. Bernard. Bombi conſ.71.& probatur in l.2.§.fi.*
3 *cum ſequ. ff.de libe.agno.* adeo vt ſententia nuper lata pro Baronibus Caruſiorum deſcendentibus ex Ioanne fratre prædicti Antonij includat de iure etiam ipſos actores, vt latè per *Tiraqu de Nobili q.37.nu.2.cum ſequ. Boer.deciſ.240.nu.19.*& ita apud nos deciſum refert *Anna ſingul.468. cum cęteris ab eo congeſtis*.

Et eo magis cum Antonius prædictus actorum ſtipes appelletur Nobilis in Ciuitate Neap. & habitator Cilenti, prout teſtantur quinque teſtes Patritij Neapolitani in anno 1467. per quæ verba deſignatur ius gaudendi in Sedile Nidi,propria, & antiqua ſede familiæ, eſt enim proprium nobilibus, & præcipuè debi-
4 tum gaudere in propria patria nobilitatis prærogatiuá, atque ita in dubio præſumendum *arg. §. ſi qua vero Auth de defenſo.Ciuit.l. filios C.de munici,& origi.lib.10.Bal.in l. ſi non ſpetiali 2.col. C. de teſta. Areti. conſ.77.*
5 Quod eatenus verum eſt, vt de iure nobiles nunquam intelligantur fraudati honoribus in propria Ciuitate, etiam legibus quantumcumq; aduerſantibus, *tex.eſt notab.in c funda. menta verſ. hac irrefragabili iuncto §. vt autem ciues de electio.lib.6.*
6 Maximè verò cum familia Capana ſit antiquiſſima, & originaria in Sedile Nidi,ignoratur enim eius initium gaudendi in ipſo Sedile, prout de cęteris familijs originarijs, Brancacia,Pignatella, Carafa, Spinella, &c. quarũ initiũ gaudendi nõ habetur,ex his, quæ tradit *D.Io.Franc.de*
7 *Ponte in conſ.107.nu.7 lib.2.* ſuccedit iuris regula, quod in familijs originarijs ius gaudẽdi ſpectat æquè principaliter ad omnes de familia, vel etiam tranſuerſales,ita *Affl. in Conſt. intentionis noſtræ de illici porta. armo. nu.30.* vbi teſtatur ita pluries deciſũ, quem refert, & ſequitur *Tiraq. de Nobili cap.17.per totum,& cap.37.n. 14.Fede. Viua.in ſuo ſingu. Reſpo.pro*
8 *Camillo Villa.n.10.cum ſeq.* Et ratio, quia in originarijs nulla cadit allectio *l.ciues vbi glo. & DD. C. de inco. lib. 10.* quod præcipuè militat, vbi tranſuerſales ſint perſonæ nobiles, vt dicit *Affl. loco citato,* quemadmodum in familia Actorum, nedum nobili,ſed nobiliſſima,& illuſtri,ac ſplẽdida tot egregijs Militibus, Regijs

Consiliarijs, & familiaribus, ac tot, tantisque Baronijs per continuatam successionem annorum ducentorum,
9 & vltra. Sanè originalitas familiæ Capanæ satis, superque cōstat ex tot, tantisq; antiquissimis monumentis, & ædificijs in Ciuitate Neap. potissimū vero in Templo Diui Dominici, propria Ecclesia Sedilis Nidi, vt latè ex procef. Francisci Capani reintegrati. Imo ante Sedilia constat Corradum Capanum fuisse Vicarium vtriusque Aprutij sub Regibus Sueuis circa annos 1250. cuius magna fuit auctoritas in Regno, & Ciuitate Neapol. adeo, vt multas Vrbes, & Proceres traxerit ad partes Corradini Regis cōtra Manfredū Regni vsurpatorē, prout testantur Historiæ. Ex quibus apertè colligitur familiam fuisse nobilissimam, & originariam in Ciui-
10 tate. Non enim est credendum nouū hominem, & alienigenam de facto, & per saltum ascendisse ad eam dignitatem, & auctoritatem, vt posset obstare Regi Manfredo, sed præsumendus dictus Corradus antiquus Patritius, & habuisse pariter maiores antiquos, & potentes patritios *arg. c. quia verisimile de præsūp. et in proprijs terminis est tex in l. vt gradatim ff. de mune. & hono. & in l. qua vtiliter ibi per gradus ff. de nego. gestis, & l. 2. vers. illud praeipuè C. de primic. lib. 12.*
11 Non. n. honorem, sed casum magis appetit, qui postpositis gradibus per abrupta quęrit ascensum *e. sicut 48. d.* Quid plura? ita fuit iam iudicatum per sententiam, per quam nedum reintegrantur descendentes ex Ioanne Capano fratre Antonij Actorum stipitis, sed etiam declaratur familia antiqua, & ex consequenti originaria.
12 Ex quibus me patrocinante coram Illustriss. & Excellentiss. Principe Albę Duce Regni Vic. fuerunt Actores reintegrati ad honores Sedilis 10. Iul. 1623. Apud acta de Ferrarijs.

SVMMARIVM.

1 *In his, quæ diuidua sunt, vtile per inutile non vitiatur.*
2 *Ius superueniens ex causa de præterito confirmat, et conualidat iudicium.*
3 *Satis est quod tempore decreti constet de iure agentis.*
4 *Paria sunt esse liquidum, vel de proximo liquidandum.*
5 *Paria sunt esse quem condemnatum, vel de proximo condemnandum.*
6 *Iudex nullitatis potest confirmare decretum, non obstante nullitate, si constet de iustitia decreti.*
7 *Non reuocatur rescissio, licet nulliter facta, vbi de nouo esset facienda.*
Non reuocatur missio in possessionem licet nulla, si de nouo veniat de iure facienda.
Non reuocatur captura personæ, licet nulliter facta, vbi constet de debito.
8 *Ex nulla liquidatione, seu rescissione non debetur poena, limita vbi talis nullitas non tollat iniustitiam debitoris.*
9 *Nullitas iniqui facti non excusat à poena iniquitatis.*
10 *Actus nullus de iure sustinet poenam.*
11 *Epilogus narratorum.*
12 *Decretum Sacri Reg. Concilij Neap.*

CONS. XLI.

Pro Comitissa Potentiæ.

ARGVMENTVM.

In causa liquidationis, seu prę sentationis instrumenti via Ritus Magnæ Curiæ, an vtile per inutile vitietur, & an ius
2 superueniens conualidet iudicium. Nunquid de proximo liquidandum habeatur pro liquido. Num Iudex appel-

pellationis possit confirmare decretum, non obstante nullitate, vbi constet de iustitia Actoris. Nunquid reuocetur rescissio hulliter facta, si de nouo sit de iure facienda. An ex nulla rescissione contractus debeatur pœna indicta rescissis contractibus. Et an nullitas iniqui facti excuset à multa iniquitatis, actusq; de iure nullus sustineat pœnam, & ad hoc Decretum Sacr. Reg. Concil.

SS. citatus super tenore publici instrumenti ad instantiam Comitissæ Potentiæ curia sedente, nonnulla opposuit, quæ per M.C. fuerunt reiecta, fuitq; prouisum, quod procedatur ad interrogationem, à quo cùm fuisset appellatum ad Sacrum Concilium, facto verbo, fuit decretum confirmatum, & causa remissa eidem Mag. Cur.

A quo decreto debitor dixit de nullitate, & per M.Cur. fuit prouisum, quod remaneat condemnatus, à quo iterum appellando obtinuit quod fiat relatio in Sac. Conc.

Pro iustificatione decretorum M. Cur. & Sacri Concilij, animaduertendum duxi, quod Magna Curia optimo iure nullitatem reiecit tanquam non militantem.

Nullitas autem, super qua debitor præcipuè se fundat, ea est, quod fuerit citatus pro duc. quatuor mille pretij territorij Olympiani venditi, & pro aliis duc. trecentum pro interesse, & censibus aliorum annuotum ducatorum centum debitorum vltra pretium prædictum, quod quidem interesse pretij ducatorum quatuor mille est illiquidum, tanquam non conuentum, & proinde quatenus deberetur, est à iudice liquidandum, & census annuorum ducatorum centum, licèt liquidi, adhuc non erant debiti, non enim venerat dies solutionis, & per consequens debitor nō fuit constitutus in mora.

1 Ad quæ pro Domina Comitissa dicebam, quod non per hoc redditur citatio nulla respectu ducatorum quatuor mille, ex regula quod in his, quæ diuidua sunt, vtile per inutile non vitiatur, *tex. ad literam in l. 1. §. sed si mihi ff. de verb. oblig. & in proprijs terminis ita decis. testatur Barz. decis. Bonon. 76. Costa de Portione rata q. 137.*

2 Et tanto magis, quod interim erant decursæ multæ annatæ annui census ducatorū centū, adeo quod cōuentus erat effectus debitor in multo maiori quātitate, quod ius superueniēs, ex causa de præterito cōfirmat, & cōualidat iudicium *l. si rem §. fin. ff. de pignor. act. l. si mandauero tibi, aut Ti-*
3 *tio ff. mandati:* satis est enim, quod tempore decreti constet de iure creditoris *Alex. post glos in l. litis contestatę ff. de neg. gest. idem Alex. cons. 78. vol. primo*, & ita decisum refert *Capyc. dec. 16. post nu. 6.* & post ipsum *Surdus decis. 6.* vt omittam paria iudicari esse aliquid liquidum, vel de proximo liquidandum *l. pen. vbi gl. ver. confestim ff. de mil. test. l. fin. vbi DD. C. de compe. per Cap. decision. 48.* faciunt dicta per *Bal. in l. cum testamento C. de testa. manu. ad cal-*
4 *cem*, Item paria sunt esse quem condemnatum, vel de proximo con-
5 demnandum *l. qui poenæ ff. de manumis. l. si rē §. fi. ff. de euict. Tiraq. tract. post ll. connu. glo. 1. n. 5. idemq; de Retr. lign. §. 1. gl. 7 nu. 44. Marsil. sing. 106. faciunt dicta per Cappell. Thol. decis. 387. Prosper Petra ad Capyc. decis. 26.*

Amplius vbi iudici nullitatis liquet

quet de iustitia causæ, potest non ob-
6 stante nullitate confirmare decretū, vt ex mente *Bar. Alex. Dec. Gozzadini, & aliorū*, refert ita decisum *Ann. allegat. 93. nu. 7.* quòd si potest Iudex inferior, multo magis potest Princeps, siuè eius Sac. Cōcilium, in quo attenditur æquitas, & rei veritas, vt per *Franch. dec. 220. nu. 5. & latius diximus conf. 34. Pro Cam. Brancia.*

Accedat regula, quod non reuocatur rescissio, licèt nulla, vbi de no-
7 uo esset facienda. Quemadmodum non reuocatur missio in possessionem nulliter facta, si de nouo esset facienda, *Angel. post glos. in l. si finita ff. de damn. infect.* & in simili dixit *Castr. cons. 39.* quod non reuocatur captura personæ, licèt nulla, si constet de debito, vt in casu nostro, ad quod faciūt tradita per *Ias. in l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de re iudic.*

8 Neque obstat, quod debitor ex nulla liquidatione non debeat soluere pęnam, ex his, quæ latissimè scripsimus *Fest. lect. lib. 2. cap. 3. nu. 2.* nam talis nullitas non tollit iniusti-
9 tiam debitoris, Et nullitas iniqui facti non excusat à pœna iniquitatis *tex. est in l. quid ergo §. cum autem ff. de his qui not. infa. vbi latè Accur. in ver.*
10 *cum ea.* Nec est in iure nouum, actum nullum sustinere pœnā *Bal. post glos. in l. nemo martyres ex eo tex. C. de Sacros. Eccl.*

Itaque reassumendo iam dicta iux. pręceptum *glos. in § fin. in ver. di-*
11 *ctum, ex eo tex. auth. de defe. Ciuita.*

Nullitas non est admittenda, vti ea quæ in puncto iuris non militat.

Et quatenus militaret, Iudex appellationis potest eam reiicere, stante veritate debiti, & iniustitia debitoris, vt superius est demonstratum.

Et quatenus de stricto iure non videretur reiicienda debet saltem prudentissimus Præses animaduertere, quod de æquitate non reuocatur rescissio contractus, vbi de nouo esset faciēda, vt in casu nostro. Ideoque debitor ob suam iniustitiam non excusatur à pœna, quemadmodum superius ostensum est.

12 Tandem ex his obtinui, factaque relatione in S. C. coram Spectabili Regente, & Præside Domino Valenzuela fuit remissa causa eidem Mag. C. in qua remansit debitor condemnatus. Apud acta Vertozzæ.



SVMMARIVM.

1 *Rex Neap. vnus ex quatuor maximis orbis Regibus multas habet in Regno collationes beneficiorum.*

2 *Collatio beneficij an possit à Rege cedi.*

3 *Rex Apulię multas habet collationes ex consuetudine, seu priuilegio.*

4 *Quas quidem habet tanquam merus laicus, non autem tanquam sacer, aut vnctus.*

Rex Angliæ, itemque Rex Vngarię conferunt in Regnis suis prębendas vti meri laici.

5 *Ius conferendi licet spirituale, potest nihilominus competere laicis, & priuatis personis, ex priuilegio, et dispensatione Sedis Apostolicę.*

Imo potest cōpetere, vel etiā fęminis.

6 *Cessio iurium est de genere permissorum, ideoq; semper est licita, nisi expresè reperiatur prohibita.*

7 *Rei suę quilibet est moderator, & arbiter, etiam abutendo.*

8 *Iniqua, & iniuriosa res est ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum dispositionem.*

Maximè vero Regī, cui propria, & peculiaris est munificentia.

9 *Nihil tam conueniens naturali ęquitati, quàm voluntatem Domini volentis rem suam in alium transferre ratam haberi.*

10 *Priuilegia quantumuis personalia, si sint ad hęredes transmissibilia, sunt etiam pro arbitrio cessibilia.*

Rex

11 *Rex noster potest cedere ius conferendi, quemadmodum Rex Franciæ illud olim cessit, & donauit.*

12 *Procurator repræsentat personam principalis, adeo vt ipse principalis videatur agere.*

13 *Proreges, & Vicarij sunt in Regno Regis procuratores*

14 *Potest Rex pro arbitrio cedere ius conferendi: Maximè vero Gubernatoribus Montis.*

15 *Qui per alium facit per se ipsum facere videtur.*

16 *Epilogus.*

CONS. XLII.

Pro Venerabili Monte de Manso.

ARGVMENTVM.

Augustissimus Rex Neap. multas habet beneficiorum collationes, sed nunquid illas habeat tanquam vnctus, aut cõstitutus in aliquo ordine sacro, adeo quòd eas non liceat priuatis hominibus cedere. Cessio iurium est de genere permissorum, iniquum .n. esset ingenuis hominibus denegari liberam suarum rerum dispositionem, maximè vero Principibus, quorum propria, & peculiaris est elargitio, & munificentia. Priuilegia quantumuis personalia, sunt tamen cessibilia, vbi eadem fuerint ad heredes trãsmissibilia. Proreges sunt in Regno Neapolitano Regis Procuratores, ideoq; quicquid agant, Rex ipse videtur agere.

REx noster Augustissimus, idemque pientissimus multas habet
1 in hoc Regno Neap. collationes beneficiorum, inter cœteras vero in hac Ciuitate Neap. habet collationem
2 beneficij Cappellæ Sancti Michaelis Archangeli ad forum vetus positæ
3 subtus ædes Venerabilis Montis de Manso erecti à Ioanne Baptista Manso Neap. Marchione Villæ, in subsidium, & emolumentũ Nobilium Neap. Cumque præfata Cappella sit pars ædiũ ipsius montis, fuit rogata Regia Maiestas quatenus dignatetur eã cedere, & elargiri ipsi Venerabili Monti, vna cum beneficio, Regiaque Collatione, & iam Cappella munificentissimè fuit cessa, & elargita; Verum-
4 tamen fuit dubitatum in Regali Concilio num posset cedi collatio beneficij, ex quo videbatur inesse personæ Regiæ vti Regi vncto. Scimus enim Regem Neapol. esse vnum ex primis, maximisque vniuersi orbis Regibus, qui Imperatoris instar vnguntur, & Coronantur, & cum ipso Imperatore æquo iure sedent, cæterisq; terrarũ Regibus præcellunt, nimirũ Rex Neap. Gall. Hierosol. & Angl. vti *scribit Cassan Catal. par. 5. conf. 31. Alb. in Rub. ff. de stat. homin.* & latius diximus in *Hist. Neap. lib. 1. c. 5. in fin.* Ipse vero in re tam seria consultus, respondi posse Regem cedere, & elargiri beneficij collationem pro arbitrio.

Quod autem in cessione, & donatione iuris conferendi beneficii facienda per Regem Vener. Monti de Manso nulla cadat in iure dubitatio, fundatur ex his.

Præsupposito, quod Rex noster ex priuilegio Sedis Apostolicæ, seu vero, siuè præsumpto ex diuturnitate temporis, habeat ius conferendi non
5 nulla beneficia, vt in terminis dicit

gloss.

glos.in c.concilia §. hinc etiam in verbo reuerentiam in fine 17. d. & in c.1.16. q.7. vbi Rex (inquit) Apuliç ex cõsuetudine seu priuilegio multas habet collationes.

Indubitati Iuris est, quod Rex talem Collationem habet non tan-
6 quam vnctus, aut sacer, sed tanquam merus laicus ita *Baldus in l. rescripta post num. 7. versic. Item committit C.de prec. Imp. off.* vbi dicit quod Rex Anglorum, & Rex Vngariæ conferunt in Regnis suis præbendas, tanquam meri laici ex priuilegio *Oldrad. cons. 1. Alex. cons. 74 vol. 4. Io. Mon. in c.2.de præbend.lib. 6. Alb. in l. benè à Zenone C.de quadr.præs. Archid. quem sequuntur Domin. & Card. in c. lectis 63.d.glos.in c.Imperium 10. d. & ibi Card.* cum cœteris abundè more suo cumulatis per *Boer. dec. 32.* Quo-
7 niam hoc ius licet spirituale potest competere etiam laicis priuatis personis ex priuilegio, & dispensatione Sedis Apostolicæ *glos. & DD. in d. cap.Imp.arg.eorum, quæ tradit glos. in c.benè quidem vers. maximus 96. dist. cum coeteris cumulatis per DD. locis citatis.* Vndè cum talis collatio possit competere laicis personis priuatis ex priuilegio, vt supra, imò etiam fœminis *c. dilecta de præb. & latius per Boer.loco cit.n.10* ꝗ potest procul dubio Papa, *Alb.in d l.benè* quem refert, & sequitur *Boer.loco citato,* multo fortius potest conuenire Venerab. Mõti loco tam pio, piisque operibus pleno, cui optimò iure potest Rex pro sua Regali munificentia cedere, & donare tale ius conferendi.

8 Cessio enim iurium tanquam de genere permissorum semper est licita, nisi expressè inueniatur prohibita, *vt in tit.de hær.vel act.vendi.* quod latè comprobat *Tiraq. de Retr lignag. §.26.gl.3.num.2.cum sequ.* At in facto nostro nullum ius, nulla constitutio
9 hoc vetat, Quinimò rei suæ quilibet est moderator, & arbiter *vulg. l.in re mandata C.mandati,* quod eatenus verum est, vt ne, vel abuti quidem re sua quispiam prohibeatur, vt per *glos.*
10 *& DD. ibidem,* Iniqua enim, & iniutiosa res est ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum dispositionem *l.2 ff.si à par. quis manu. fue.* maximè vero ipsi Regi vti nobilissimo, cuius propria, & peculiaris est munificentia, & elargitio *arg. c.1.vbi Ab.de dona.l. filius fam. §.1.ff. de dona.* quibus adde, quę scripsimus *Fest.*
11 *lect. lib.1. cap.7.* Ideoque nihil tam conueniens est naturali æquitati, quàm voluntatem Domini volentis ius suum in alium transferre ratam haberi, *vulg. §. per traditionem inst.de rer. diu. & latius diximus Fest. lect.lib.3.cap.8.nu.3.*

Neque obstat si dicatur hoc esse priuilegium personale Regis nostri, nimirum indultum eius personæ, & per consequens, quod non sit cessibile, *arg.tex. in c.priuilegium personale, vbi Dinus. & DD. de reg. iur. lib. 6.* Nam satis probauimus hoc non respicere priuilegium personale Regis, cum possit competere etiam priuatis personis, cumque Rex illud habeat, vt quilibet, & tanquam simplex lai-
12 cus. Sed dato quod sit priuilegium personale, est aduertendum, ea demũ priuilegia personalia non esse cessibilia, quæ non sunt transmissibilia ad hæredes, cœterum omnia priuilegia, etiam quantumuis personalia, quæ ad hæredes transmittuntur, vt in casu nostro, benè possunt cedi pro libito voluntatis cedentis, ita *Archidi.in terminis nostris in c.hinc est 16. q.1.Ang.in l.quod si in diem §.Iulianus in fin. ff.de peti.hæred.* & hanc vti communem omnium opinionem refert, & sequitur *Tiraq. de Retra. ligna. §. 26.gl.1.num.60.* cum cęteris eo congestis.

Et in proprijs terminis, quod Rex possit pro arbitrio donare tales collationes beneficiorum est *tex. in c. dile-*

dilectus eius nominis tertio *extr. de prabend.* vbi est casus, quod Rex Franciæ donat ius conferendi præbendas, & beneficia priuatæ personæ.

Et ad tollendam omnem dubietatis occasionem, potest Rex in casu nostro constituere Gubernatores ipsius Venerabilis Montis procuratores, & œconomos ad conferendum tale beneficium nomine Regio. Et eo magis cum electio Gubernatorum ipsius Montis spectet ad ipsum Re-
14 gem, sanè procuratores eo casu repræsentabunt personam Regis, adeo quod ipsemet Rex hoc videbitur facere *l.1.§ fin.ff.de procur.l.certè §.1.ff. de preca.arg. tex. in c.qui per alium de reg.iur.lib.6.*

15 Et tanto magis cum tales collationes beneficiorum in Regno fiant per Regni Vicarium, vti per Procuratorem Regis, Prorex enim vti scimus confert in Regno beneficia Regia tanquam procurator Regis, quod autem Proreges, & Vicarij sint in hoc Regno procuratores Regis dicit *Iser. in c. Imperialem de prohib. feud.alien. per Fede.* quem refert *Hora. Montanus ibidem*, & sexcentis in locis, quos omitto.

Ex quibus satis, superque constat posse Regem, pro arbitrio voluntatis
16 cedere, & donare Venerabili Monti ius conferendi beneficia, vel saltem constituere Gubernatores Montis suos procuratores, & œconomos ad conferendum, quo casu ipsemet Rex videtur conferre, tum quia procurator de iure repræsentat personam sui principalis *d.l.1.§.fi.ff.de procur.* tum etiam quia Gubernatores Montis eliguntur per ipsum Regem, seu per ipsius Vicarium in Regno, virtute
17 constitutionum eiusdem Montis. Et ipse Prorex eligendo Gubernatores Montis cum speciali facultate conferendi beneficium videtur ipsemet conferre, qui enim per alium facit, per se ipsum facere videtur *vulg. c. qui per alium de regul. iur. lib. 6. cum concordantibus.*

18 Igitur si talis collatio competit Regi vti priuato, Imo si vel fœminis de iure non incongruit.

Si cessio iurium est de genere permissorum, eamque denegari satis iniqua, & iniuriosa re, esset, maximè vero Regibus, quorum propria est munificentia.

Si tale ius est transmissibile, cur idem non erit cessibile?

Si alias Reges illud cesserunt, & in alios transtulerunt, cur Venerabili Monti hoc denegabitur?

Tandem quid vlterius dubitamus si Mons, vti Regis procurator collationem exercebit?



SVMMARIVM.

1 *Andr. Alciatus, alijque Duellistæ credunt maiorem aliquem minori iniuriam inferentem impunè id agere, adeo, vt minori non teneatur respondere ratione imparitatis.*
2 *Belisarij Aquauiua Nerit. Ducis opinio.*
3 *Paridis à Puteo sententia.*
4 *An Comitibus, & Marchionibus quilibet pugnam indicere possit.*
Duelli fallacia refellitur de iure.
5 *A ciuili iudicio ob generis, vel dignitatis imparitatem nemo repellitur.*
6 *Ill. in actione iniuriarum non tenetur personaliter comparere, sed per procuratorem potest respondere.*
7 *Duellum, seu Monomachia loco quæstionis ad veritatem eruendam inuenta.*
Ill. personæ de iure ciuili non torquentur.
Insipientis Comitis iactantia irridetur.
8 *Alciati, & aliorum Duellum Romanis iuribus fouentium opinio ab Auctore damnatur.*

Insi-

Indignum est, vt vltionem pudoris præstigia versuti Iuris excludant, & nu. 11.

Duelli lege nemo grauari, & infamari debet.

9 *Honestus vir contra quemlibet de iure potest experiri.*

10 *Actio quantumuis libera limitatur, ne fit cum alterius infamia, & honoris iactura.*

11 *Ius honestatis ab omni debito superioritatis exceptum.*

12 *Prouocans iudicio se submittit, ac prouocatum pro legitimo contradictore dicitur approbare.*

13 *Reatus omne beneficium, omnemque honorem excludit.*

14 *Priuilegia eis demum sunt indulta, qui iustitiam, & honestatem seruauerint.*

15 *Non est fortitudo, quæ iustitiam non habet comitem.*

16 *Cur honestus vir Comitem honestabit, si ab eo inhonestatur?*

17 *Licet iustę vltionis causa, quod alioquin non liceret.*

18 *Iusto dolori parcendum.*

19 *Limita in homine sordido, & infami, qui legum obseruatione est indignus.*

20 *Laxioris vitæ homuncioni damnum famæ non est iniuria.*

21 *Quid infamulis, vasallis, & militibus erga suos Duces, & Dominos.*

Ius honestatis ab omni debito superioritatis est exceptum.

22 *Honestus vir in honore, vel Regi potest comparari.*

23 *Honor, & vita pari ambulant passu. Imo honestis viris maior est metus foedandi pudoris, quàm vitę amissionis.*

24 *Honestorum pudor à iure satis obseruatur.*

25 *Alciati argumenta tanquam fallacia refelluntur.*

26 *Illustris delinquens acrius, & seuerius punitur.*

27 *Maioribus debita reuerentia est exhibenda.*

28 *Duellum, seu Monomachia omni iure damnatur.*

29 Nec verecundiæ, nec dignitati conuenit quicquam non iure fit.

30 *Philippus ex Ill. familia Surgenti laudatur.*

31 *Patiens viro forti potior.*

32 *Regium est benemerentes ab indignis insimulationem sustinere.*

33 *Principis est cum benefeceris malè audire.*

34 *Ingenuitas non recipit contumeliam.*

35 *Magnanimi est iniuriam contemnere.*

36 *Qui potentiam ambiunt, iniuriam dissimulant. Salix flectitur, sed ligat. Mites terram possident.*

37 *Venia vltione melior.*

38 *Vindicta sępe obest.*

39 *Clementia nihil homini melius.*

40 *Vltio humilis viri est voluptas.*

41 *Nobilissimum vindictæ genus est parcere.*

42 *Præstat amari, quàm timeri, & n. 60.*

43 *Quo quisque est maior, magis est placabilis iræ.*

44 *Prudentis est opus nolle nocere. Cedendo victor abibis.*

45 *Nulla maior victoria, quàm se ipsum vincere.*

46 *Insilientes animos refrænare perfectæ est philosophię.*

47 *Victor victorum est, qui animorum compescit impetum.*

48 *Gaudeat, qui animos cohibet.*

49 *Ignoscas alijs multum, nil tibi.*

50 *Vindicta scelus est.*

51 *Præstat pati, quàm facere scelus.*

52 *Peius est iniuriam facere, quàm accipere.*

53 *Si Christus Iudam, cur nos iniurios non tolerabimus?*

54 *Exempla magnorum virorum, summorumque Principum, qui vindictam penitus contempsere.*

55 *Imperatores vindictam contemnunt.*

56 *Probi improbis semper pauciores.*

57 *Diogenis Cynici memorandum facinus.*

Præ-

58 *Præstat experiri prius consilio, quàm armis.*
59 *Pax homines, ira feras decet.*
60 *Secundiores habet euentus Clementia, quàm feritas.*
Præstat amari, quàm timeri.
61 *Præferenda lucro concordia.*
62 *Virtutis via ardua.*
63 *Humilitati, & labori coelum patet.*
64 *Summi Cæsares cunctis titulis postbabitis, gloriosiori mansuetudinis titulo gaudent.*
65 *Quæstionis Decisio.*

CONS. XLIII.

Pro Pijssimis Romanorum iuribus contra nequissimas Duelli leges.

ARGVMENTVM.

Monomachiæ leges damnãtur, potissimum vero dum putant maiorẽ minori contumeliam inferentem non teneri in arenam descendere, confutatis Alciati, aliorumq; figmentis, qui temerè contrariam sentẽtiã ciuili iure fouere ausi sunt. Ius honestatis ab omni superioritatis debito exceptum, omnemq; prouocantem iudicio se subijcere, nũc primũ docetur. Ex quibus magnæ quæstiones inter Proceres, priuatosq; nobiles sunt sopitæ, Sed quid iuris, vbi iniuria sordidis homuncionibus, famulis, Vasallis, aut aliter subditis inferatur? anceps sanè quæstio, in qua Auctoris iudicium subnectitur. Deniq; veniam vltione meliorem, patienteq; forti viro longè potiorem, non tam concinnis, quàm peregrinis argumentis ostenditur.

ABsurdum planè semper existimaui iurisconsultos nostros. Monomachiæ quæstiones ciuili ratione dirimendas putasse, nequissima, infamissimaq; ne duelli præcepta sacrosanctis Romanis legibus fouentes, in quo mirum quàm fallacissimis argumentis vsi fuerint nostrates, præ cæteris vero *And. Alciat* (parcat tantus
1 vir) sanè *DD.* vno omnium consensu videntur probare, maiorem aliquẽ inferioris subsellij viro contumeliam inferentem facili negotio iudicium, pugnæque discrimen detrectare posse, vbi generis, vel dignitatis imparitas minori exprobretur, quam sententiam sequuti sunt post Longobardos, Ligna. Maruf. alijque complures, quibus adstipulatur *Alciat. lib. quem de singulari certamine inscripsit cap. 31. & 33. post Bal. in l. cum filius §.
2 fin. ff. de legat.* 2. Atqui Belisarius Aquiuiuus Aragonius Neritonorum Dux *lib. de re milit.* in eã sententiam concessit, vt Marchio, aut Comes (Marchionem, & Comitem eum hac in re intelligimus, qui Vasallus Regis imperio subiacet, atque ijs castris dominatur, vbi suprema caussarum cognitio ad Regem pertineat) tunc demum à simplici, priuatoque nobili in iudicium prouocari possit, si is nobilis præter antiquam generis nobilitatem castrorum ditioni præsit, Regique suo carus, contubernalisque fuerit, & in armis (id quod re-
3 centiores addunt) ætatem egerit, vel saltem (vt Paridi placuit) antiquissima, clarissimaq; nobilitate potiatur, vtpote cuius proauorum, abauorum,

P

rum, & deinceps dignitas seruata sit; cum quibus videtur conuenire consuetudo illa pugnandi, de qua in §. *si rusticus vers. similes de pace ten. in vsi.*
4 *feudo*, Non enim Comitibus, & Marchionibus quilibet negotium ità facesset, vt eos in congressum, pugnęque discrimen adigat. Idque putat duelli, siuè magis diabolicæ legis fallacia, totisque viribus defendit Alciatus loco citato.
5 Verumtamen cum animaduerteret Alciatus eiusmodi pronunciatũ iuribus aduersari, siquidem à ciuili iudicio ob personæ imparitatẽ haud quispiam repellendus est, *vulg. cap. in iudicijs, vbi latè Dinus de reg. iur. lib. 6.* huic obiectioni nititur respondere, cum enim (inquit Alciat.) à ciuili iudicio hac in re arguemus, quod planè communi omnium voto
6 receptum est; illud meminisse oportet, illustres personas in actione iniuriarum aduersario coram respondere non cogi, sed per procuratorem causam suscipere posse *l. fin. C. de iniur.*
7 His accedit Monomachiam ob veritatem eruendam quæstionis loco ad inuentam, *Bal. in c. 1. de pace tenen. Host. in summa de cler. pugn.* sed aduersus proceres, illustresque personas, nullum quæstioni esse locum, quis quis nescit? *l. fin. ff. de poe. l. Diuo Marco C. de quæstio.* Hæc Alciatus. Hinc ridens, & gloriabundus quidã Comes longè, latèque iactabat se de iniurijs honesto, nec ignobili viro illatis, vbi propter dignitatis imparitatem, iudicium, pugnęq; discrimen subire (legibus ità præcipientibus) neutiquam cogeretur.
8 Ipse vero cum suis momentis rem pensitassem, iustitiæ zelo percitus, sanctius existimaui, Alciatum, cęterosque doctores, qui hactenus eam opinionem legibus fouere crediderunt, à legum veritate longè aberrasse. Indignum est enim (teste Archadio Imp.) vt vltionem pudoris præstigia versuti iuris excludant. Neque enim Duelli lege quispiam infamari debet, quod potius pro tuitione honoris est adinuentum, *Bal.*
9 *in d. c. 1. de pace tene.* Ideoque si ciuilia iura spectemus, honestus vir, optimo iure poterit aduersus Comitem aut aliter celsioris ordinis, & dignitatis proceres experiri, dum is illatã sibi iniuriam ciuili iudicio vlciscatur, idque ex *tex. notab. in l. qua omnia §. 1. ff. de procu.* quo cautum, non licere ei, qui procuratorem constituit, eundem ceu suspectum, & indignum, velut cum aduersario colludentem, tollere, seu mutare (cum alioquin pro arbitrio voluntatis hoc liceat) quod si fecerit, cogitur procuratori, qui mentiri eum dixerit respondere, & in arenam descendere. Audiamus iurisconsl. hisce verbis rem decernentem.

Sed & si aduersarius, vel ipse procurator dicat Dominum mentiri, apud Pratorem hoc finiri oportet, nec ferendus est procurator, qui se asserit procuratorem, nam hoc ipso suspectus est, quòd operas suas ingerit inuito. Nisi forte purgare magis conuicium, quàm procurationem exequi maluerit; Et hactenus erit audiendus, si dicat se procuratione quidem carere velle; sed ita si illæsa existimatione sui fiat. Cęterum ferendus est pudorem suum purgans.
10 Porro ex his notare licet, actionem quantumuis liberam; vtpotè procuratoris mutationem, limitari, ne sit cum alterius infamia, & honoris iactura. Quocirca is, qui procuratorem constituit, tametsi præcelsæ dignitatis Comes, aut Dux, debet nihilominus humillimi procuratoris exceptioni parere, qui pudorem suũ
11 purgare maluerit; Quoniam ius honestatis ab omni debito superioritatis est exceptum, *Bal. in l. quod ex liberta C. de ope. liber. Laudēsis in tract. de Principe q. 16. Io. Franc. de Ponte lib.*

lib. de Poteſt. Proreg. tit. de Abund. ciul. §. 1. in fi. Indignum eſt enim, vt vltionem pudoris præſtigia verſuti iuris excludant, tex. eſt in l. ita nobis, C. de
12 adult. Item prouocans ob ſuam in aduerſarium contumeliam iudicio ſe ſubmittit, atque prouocatum pro legitimo pugnatore videtur approbare, l. qui non cogitur ff. de iudicijs, l. cũ Papin. C. de ſente. & interlo. omn. iud.
13 Reatus enim omne beneficium, omnemque honorem excludit, l. 1. C. vbi ſenat. vel clariſſ. l. quoties C. de dignita. lib. 12. Ne ſub prætextu conceſſi priuilegij flagitiorũ creſcat auctoritas, & publica vacillet vtilitas, vt inquit Cæſar. in l. 2. C. de priuilegi. Schola. eod. lib. Accedat tex. in terminis in l. pen. C. de Decurio. & ſtatio. eod. lib. quo ſa-
14 nè docemur. Priuilegia eis demũ cẽ ſeri indulta, qui ſeruauerint honeſtatẽ, cęteris vero, quos inhoneſtè, & cõtra decus ſeculi, & honorẽ militię verſari cõtigerit, nedũ priuilegia denegãda, verum grauiorẽ pęnã infligendã. Neque vero ex iniurioſa arrogantia fortitudinem iactitent iſtiuſmodi au-
15 daciores Myrmillones; Nõ enim eſt fortitudo, ſed magis nequitia; quæ iuſtitiam non habeat comitem; id quod poſt Philoſophum egregiè docet Cęſar in Auth. vt omnes obe. iudic.
16 prouin. in princ. Cur autem honeſtus vir Comitem honeſtabit, ſi ab eo in honeſtatur? Scitum eſt illud Oratoris Domitij. Cur ego (inquit) te habeam, vt Principem, ſi me non habeas, vt Senatorem? notab. eſt tex. in cap. eſto ſubiectus 95. d. Licitumque
17 prouocato vltionis gratia, quod alioquin non liceret, docet peregrinus tex. in l. qui cum maior §. ſi libertus ff.
18 de bonis libert. Iuſto enim dolori parcendum l. Gracchus in 2. reſp. C. de
19 adulte. Infames, viliſſimæque conditionis homines excipio, vtpote ſordidiores, & abiectiores plebeios, idiotas, luxurioſos, prodigos, ex profeſſo detractores, terræ, populique filios, ſcurras, buccones, balatrones, & quibus anima eſt pro ſale, ij enim legum obſeruatione habentur indigni, l. non debet ff. de dolo l. item apud §. prætor ait ſi quid, ff. de iniur. l. quæ
20 adulterium, C. de adulte. Quinimo iſtiuſmodi obſcurioris, & laxioris vitæ homuncionibus damnum famæ non eſt iniuria, ſingularis eſt tex. in l. ſi nouerint verſ. & ſi perſona vilior C. vt intra certum tempus crimi. quæſtio.
21 termin. Famulos, vaſallos, milites erga ſuos Duces, & Dominos, alioſque idgenus nunquid rectè excipiam? res quidẽ anceps, & plena aleæ. Eius tamen ſententiæ ſemper memineris Ius honeſtatis ab omni debito ſuperioritatis videri exemptum, vt ſupra latè docuimus, ad quod adde ſingularem tex. in l. 2. ff. de his qui ſunt ſui, vel ali. iuris.

22 Nullo itaque iure, nulla ciuili ratione monomachiæ impoſtura ſuſtineri poteſt. Neque vero licebit optimatibus iuſtas inferiorum defenſiones ſub ſpecie imparitatis ciuili iudicio floccifacere; nanque in honore quilibet honeſtus vir, vel Regi poteſt comparari, ne dicam cum eo cõtendere, vt ex Home. probat. Vlpia. in l. ſi vxor ff. de adulte. q; planè more ſuo imitatus eſt Virgi. apud quem Aeneidos lib. 9. indolet Turnus prærepteq; ſibi cõiugis contumeliã ferro vindicandam proponit, nec enim (inquit) is dolor tangit ſolos Atridas, hoc eſt Menelaum Atrei Mycenarum Regis filium, cui Helena à Troiano Paride rapta fuit, vnde Troiæ excidium poſt decennale bellum exortum eſt.

Sunt ne mea contra
Fata mihi ferro ſceleratam excindere gentem
Coniuge prærepta? Nec ſolos tangit Atridas
Iſte dolor, ſoliſque licet capere arma Mycenis.

23 Neque vero ciuili ratione minoris

 facien-

facienda est honestatis caussa, quam vitæ *l. iusta ff. de manu. vindi.* cuius vitæ gratia naturali iure cõtra quoscumque permissam esse vltionem, nemo est qui ambigat, *vulg. l. vt vim ff de iusti. & iure l 1. C. vnde vi. l. 2. cũ seq. C. de sicar.* Quinimo viris bonis fędandi pudoris metus maior quidẽ esse debet, quàm necis *l. isti quidem ff. de eo, quod met. cau. cum quibus conuenit tex. in l. miles §. socer ff. de adulte. l. Iulianus ff. si quis omi. causa testa. l. ex causa ff. ex quib. cau. maior. Gerar. sing 82 consonat Claudiani sententia de Bello Gyldo.*

Non ne mori satius, vita quàm ferre pudorem?

Et Iuuen. Saty. 8.

Summum crede nefas vitam præferre pudori,
Et propter vitam viuendi perdere caussas.

24 Quadere Archadius Imp. honestorum virorum pudorem summopere sibi cordi esse cauit aboletis ambagibus, & exceptionibus quibusuis pudorem ipsum obumbrantibus, *d. l. ita nobis.* Id quod vel etiam ad seruos honestæ conditionis porrigitur, *l. item apud Labeonem §. Prætor ait si quid ff. de iniur.*

25 Contrarias Alciati rationes superius relatas facili negotio confutabimus, nostramque sententiam ab eius obiectis tutam reddemus. Siquidem non rectè à ciuili iudicio ad nefariam armorum dimicationem ducitur argumentum, quoniam licet illustris per procuratorem iudicium suscipere possit, non tamen procurator sententiæ periculum feret, quinimo rei iudicatæ illustris parebit, patrátique criminis ipse, non autẽ eius procurator dabit pęnas, vt idemmet textus fatetur in eà *l. fin. C. de iniur.* vnde cum delicti pęna in duello non alia sit, quàm ipsum pugnæ discrimẽ, consequens est, vt iudicium ad illustrem potius incumbat, diuersamq; omnino à re, de qua agitur constat esse Alciati argumentationem, illationemque non iure fieri, *vulg. l. Papinia. exuli ff de mino.* etenim secreto rũ secreta est ratio *l. fin. ff. de calumniato Barto. ex eo tex. in l. duobus ff. de testa. tute. l. si maritus C. de dona inter vir.*

Hacque eadem ratione refellitur secundum Alciati argumentũ; quippe quo dicebatur duellum eruendæ veritatis gratia adinuentum, non secus, ac tortura, quæ quidem illustres viros non sequitur; quandoquidem pugnæ discrimen (vt credit diabolicæ fraudis inuentum monomachia) nedum veritatem arguit, verum etiã mulctat iniuriosum certantem in sanguine, & honore, neque alia in duello reliqua est pęna *Bal. in d. c. t. de pace tene.* quocirca cum à sceleris pęna illustres nullo iure immunes habeãtur (tametsi quæstionẽ non subeant) sed pro commisso facinore sint puniendi *d. l fin. C. de iniur. l quoties C. de dignita. li. 12.* patet à diuersis elici Alciati argumentum; illustresque viros

26 iudicio potius obnoxios esse. Quinimo (si ciuilia iura spectemus) illustriores viri acrius, & seuerius, quàm cęteri sunt plectendi, *l. 2. ff. de re mil. l. 2. iuncta glos. C. de epis. aud. l. presbiteri C. de epi. & cler. l. properandum §. sin autem vtraque C. de iud. glo. in l. si quis ad declinandam in fi. C de epis. & cle. consonat Iuue. sententia Saty. 8.*

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto maior, qui peccat habetur.

Ex quibus planè constat Alciati argumenta esse potius præstigia versuti iuris, quæ pudorem non excludunt, *tex est in d. l. ita nobis.*

27 Non tamen negauerim potioris gradus viris ab inferioribus debitam reuerentiam tribuendam, *l. non debet ff de dolo. l. 3. ff. de aliena. iudic. muta. caus. fa. l 1. §. sicut, vbi glo. in ver. seruitutem,*

nitutem, *ff. de aqua plu. arce. l. fin. ff. de fide instru. l. potiori C. de off. rect. prouin. l. 1. C. de off. praefect. vrbis l. nihil C. de palati. sacra. largi. li. 12. §. si vero Auth. de consul. gl. ex eo tex. in §. aliā inst. de bono. posse.* Ideoque suis maioribus obsequium non exhibentes mulctantur *l. singuli cum seq. C. de off. diuer. iudicum, & latius in Commentarijs nostris ad d. §. aliam.*

28 Verumtamen hæc omnia ad improbandam potius doctorum, seu magis pseudodoctorum sententiam diximus, itemque ad infringendam superborum quorundam procacitatē, ac petulantiam, atq; adeo nequitiam, qui cęteros impotentes, & infimates impunè iactitant posse offendere, non autem, vt per ea, monomachiæ quicquam largiri velim, quam omni iure vetitam, damnatamque esse nō ignoramus, *l. vn. C. de gladiato. li 10. c. monomachia, vbi Archidi. 2. quæst. 4.*

29 Non enim puto, nec verecundiæ nec dignitati, nec pietati conuenire quicquam non iure facere, aurea sūt verba *Cæsaris apud Calistratum Iureconsf. in l. pen. ff. ad leg. Iuli. de vi. priua.* Vnde merito de infami, & infando duello nec loqui, nec consilium reddere nobis licet, *D. Th. 2. 2 quæst. 25. Conc. Trid. de Reform. cap. 19. Plot. de in litem iur. §. 41. Ias. in l. ex hoc iure num 13. ff de iust. & iure Abb. in cap. ad audientiam de homic. Fely. in c. qualiter §. ad corrigendum de accus.* Mitto ius Longobardicum, mitto & consuetudinem illam pugnandi, de qua *Imp. in §. si rusticus de pace ten.* Nihil enim nobis cum eo iure, nihil cum ea consuetudine.

Quare Philippus ex illustri familia Surgente Patritius ornatissimus, patris mei consobrinus, cum apud

30 Cercinas (vbi pro Rege suo strenuè dimicando tandem occubuit) de duello consuleretur; renuit respondere, cumque de silentio mirati milites interrogassent eum, non aliam silentij caussam reddidit, quàm quòd se Christianū militem profiteretur. Absit duellum, pereat diabolicus astus, inanis gloriæ stimulus, præstat enim Christianos ad animarum salutem contumelias potius æquo animo ferre, scientes vel in hoc potissimum Christianorum nomē promereri, & quo nobilior caduco corpore est anima, eo vindicta nobiliorem haberi veniam, *cap. nisi bella 23. q. 1. cap. ne autem, §. ex his 23. quæst. 4.*

31 Hinc viro forti patientem meliorē esse tradit *Salo. Prouer. cap. 16.* Quid plura? an non, & ethnici solius naturæ lumine hoc ipsum quàm rectissimè cognouerunt? Dum celsissimū Monarcham Cæsarem non alio magis gloriari consueuisse, quàm quòd inimicis vltro indulsisset, monumētis traditur, id, quod generosi eius animi magnitudinem nobis planè indicat, qua merito vniuersi Orbis imperium nancisci promeruit. Audiamus Sene. in Octa.

Pulchrum eminere est inter illustres viros,
Consulere patriæ, parcere amicis, feris
Cæde abstinere, tēpus atq; iræ dare,
Orbi quietem, seculo pacem suo.
Hæc summa virtus, petitur hac cælum via.

Consonat *tex. in l. si quis in hoc genus*, ibi *Sanctitas ignoscendi C. de epi. & cler. l. fin. C. de don inter vir.*

32 Indolebat Ill. Patritius (vt festiuè digrediamur) ab indigno contumeliam ferre. Cui ego cum Alexandro Magno apud Io. Mona. Regium esse (respōdi) benemerentes ab indignis insimulationem sustinere.

Tum ille. Cum benefecerim, cur male audiam? Cui ego cum Anti-

33 sthene Philos. *Principis esse, cum benè feceris, malè audire.*

Ergo ingenuus ab infimate cōtumeliam gratis feret? Tum ego cum

34 Publio Syro Poeta.

Ingenuitati nō recipit contumeliam.
34 Ad hæc ille. Non ne iniuriam silentio cum præteream, vili me,
35 abiectoque animo homuncionem fatebor? Quinimo respondi cum *Senec. apud Carbo. de Pacifi. cap.* 51. Magnanimi esse non tefricare memoria iniuriam, sed paruipendere.

Ingenuitatis meæ auctoritatem certè comminuam, despectumq. mei
36 silētio pariam. Quin potius respondi cum *Cardano apud Carbo. loco citato.* Qui potentiam, & auctoritatem præcipue ambiunt, iniuriam dissimulāt, & vltionē planè contemnūt, non secus ac salix, quæ flectitur, sed ligat, & vincit. Nec ab re Mites possidere terram docent verba cælestis Oraculi.

Quid plura, instat ille, An nō licebit iniuriam propulsare? Tum ego cum Pittaco Philos. apud Stobæ.
37 *Venia vltione melior*, consonat *tex. in d. l. si quis in hoc genus C. de ep. & cler.* ibi *sanctitas ignoscendi.*
38 At certè vindicta iuuabit. Cui Ego cum *Sene. in Her. fur.*

sæpe vindicta obsuit.
39 Vindictam prodesse docet, qui expertus est, inquit Patritius. Cui ego. Caue à falsa doctrina. Audi Comicum in Adelphis contrarium testantem.

Re ipsa repperi
Facilitate nihil esse homini melius, neq; clementia.

40 Magna saltem erit vlciscentis voluptas. At ego, pusillanimi, & humilis viri esse voluptatem respondi. *Audi Iuuen Saty.* 13.

Quippe minuti
Semper, & infirmi est animi, exiguique voluptas
Vltio.

41 Quinimo potentiorum, & nobilitate præpollentium est vlcisci. Cui ego cum *Franc. Petrar. de Rem. vtr. for. cap. de Vindicta post Diogen. apud Plutar. de vtil. cap. ab inim.* Nobilissimum vindictæ genus est parcere, id quod ex *Arist. & Senec.* latè *probaui supra conf.* 5.
42 Nobiliorum esse ab infimatibus metui, instat ille. Tum ego cum *Iustin. Imper. in l. si quando §. 1. C. de inoff. test. post Plau. in Asi.*

Nolo ego metui, amari mauolo.
43 Flectuntur imbelles, & ignobiles, non tamen fortes, & nobiles. Ad hæc ego cum *Ouid. Trist. lib.* 3.

Quo quisque est maior, magis est placabilis ira.
44 Tum ille. Qui potest, semper vlciscitur. At ego. Imprudentis est opus. Audi *Biantem Philos. apud Auso. de sept. sap. sent.*

Quod prudentis opus? Cum possit, nolle nocere.
45 Prudentis est vincere, ait ille. Cui ego cum *Ouid. Ar.* 2.

Cedendo victor abibis.
46 Animus nequicquam cedit; sed vindictam clamat, victoriam anhelat. Tum ego. Nulla maior victoria, quàm seipsum vincere, & insilientes animos refrenare, teste *Franc. Petrar. epist.* 50. *lib.* 4. *Familiar.* Id, quod perfectæ esse philosophiæ docet *Cæsar. in §. nouimus etenim Auth. quib. mod. nat. effic. legit.*
47 Adhuc animus vindictam suadet, ac stimulat. Cui ego cum *Plau. in Trinu.*

Si ipse animum viceris, victor victorum clues!
48 Aegro animo id intelligo, ait ille. Imo læto animo intelligas. Ignosce, & gaude. Audi *Plau. loco citato.*

Tu si animum vicisti potius, quàm animus te, est quòd gaudeas. Consonat *tex. in d. §. nouimus etenim.*
49 Cur alijs ignoscam, mihi ipsi iusta tandiu vindicta exardescenti non ignoscam? Tum ego cum *Cleob. Philos. apud Auso. de sept. sap. sent.*

Ignoscas alijs multum, nil tibi.
50 Ergo scelesto ignoscam, inquit ille. Cui ego cum *Petrar. loco citato,*

cumq;

cumq; Stobęo apud Andr. Lusitanum cap. de vind. Vindicta scelus est .

51 Ad hæc ille . Si vtrunque scelestum est, faciam potius, quàm patiar scelus . Cui ego, falleris . Audi *Sen. in Thyeste* .

Patiare potius ipse, quàm facias scelus .

52 An non melius est iniuriam facere, quàm accipere ? Adhuc falleris, respondi . Audi *Socra. apud Gellium lib. 12. c. 9. post Plat. in Gorgi. Peius est iniuriam facere quàm accipere* .

Ergo scelestum, terræque filium tandiu tolerabo ? Arduam sanè rem, & in primis duram suades . Cui ego . Audi Beatum Martinum, qui cum Britium familiarem suum iniuriosè, & contumaciter diutius in se agen-
53 tem, vt vel saltem abijceret vrgeretur, ita respondit . *Si Christus Iudam, Martinus cur non Britium tolerabit?*

54 Exempla Sanctorum esse potius admiranda, quàm imitanda, inquit ille . Cui ego. Ausculta Ethnicorum exemplis. Pericles Atheniensis Regulus integram diem conuiciatorem sustinuit, eundemque æquo vsque dissimulauit animo . Philippus Macedonum Rex Nicanori ipsum diù criminanti vltro pepercit . Licurgus à scelesto ciue altero oculorum orbatus; accepit illum à Magistratu pro sui arbitrio dilaniandum, quod non fecit, sed eum bonis moribus instituit, & Lacedęmonijs infracti animi æquitatem demirantibus hisce verbis tradidit (*Quem à vobis iniurium accepi, frugi reddo* .) Phocion ob inuidiam morti addictus, filijs iniuriam complorantibus, & vindictam sitientibus, ne vlterius iniuriæ memores essent testamento mandauit . Dromocheres Getarum Rex barbara feritate exutus, acerrimum hostem Lysimachum tandem bello deuictum, mira clementia dimisit illęsum. L. Murena Catonem, à quo diù, maximèque infectatus fuerat, & ambitus paullo ante insimulatus, nedum sustinuit, sed in seditione, toga protexit, ne occideretur. Vesp. Cęsar Vitellium, qui & fratrem peremerat, & filij saluti insidiatus fuerat, in amicum vltro recepit. Alfonsus Rex Cast. Maurum, qui alter Scæuola ipsum Regem necaturus aduenerat, pecunia condonatum dimisit. Quid plura ? Ioanna Scortiata Matrona Neapolitana dilecti filij homicidam à satellitum familia saluum reddidit, illumque (ò inauditū clementiæ facinus) liberum, & incolumem fecit ! Mitto Cęsarem, mitto Octauium, mitto Germanicū, de quotum insigni erga calumniatores patientia *Sueton. in Cęsare cap. 75. idemque in Octa. cap. 51. 54. & sequ. & in Caligu. c. 3.* memoranda reliquit elogia. Mitto Antonin. cognomento Pium, taceo M. Aurel. omitto Probum, cæterosque mira pietate, & clementia Principes, quorum encomia nusquam non occurrunt, Et ipse Alexander, licet cognomento Seuerus, re tamen vsque adeo clemens, vt nullum unquam diem transegerit, quin aliquid mansuetudinis, & pietatis peregisset, teste Lampridio, quem refert *Menoch. Arbit. iudic. lib. 2. cent. 2. casu 171. in princ.* Denique ne ciuilis sapiętiæ obliti videamur, Audiamus pijssimos Cœsares *in l. vn.*
55 *C. si quis Imp. maledix.* (*si quis modestia nescius, & pudoris ignarus improbo, petulantique maledicto nomina nostra crediderit lacessenda, ac temulentia turbulentus, obtrectator temporum nostrorum fuerit, eum poenæ nolumus subiugari, neq; durum aliquid, neque asperum volumus sustinere, quoniam si id ex leuitate processit, contemnendum; si ex insania, miseratione dignissimum; si ob iniuriam remittendū* Remittendū inquā, hoc est maledicti nullam penitus habendam ratione, quicquid ibi *Accu. & Abba. in c. 1. de maled.*

maled. quos probè reprehendit *Menoch.arb.iud lib.2.centu.4 casu 377. nu 9.* Consonant quæ latè scripsimus *Fest.lect.lib.2.cap.2.*

56 Maiora tamen, ac prope innumera vindictæ exempla habemus, inquir ille. Cui ego, Reis, & scelestis pauciores sẽper fuisse probos, & pios viros non diffitebor. Vnde *Poeta Aeneid.6.*

Pauci, quos æquus amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera uirtus.

57 His deuictus Patritius. Cogitabundus obmutuit. Ad hæc non omiserim Diogenis Cynici sententiam. Is (vt auctor est Diogenes Laertius) cum Cicermum è Victoria Pancratij redeuntem, corona caput ornatum, palmam palma gerentem, summoque omnium applausu triũphali curru aduectum cerneret, progressus ante conspectum, triumphãtem Cicermum hisce verbis sistit: Quænam te causa Cicerme super cæteros effert? desine (inquit) tantopere, tibi placere, desine effusius intumescere: an non te hominem noscis? Mitte precor inhonoratum hoc certaminis genus, quo vires tuas petulantius iactitas, & ostentas, quæ vel modica ægritudine, vel leui casu, vel saltẽ tristi senecta quàprimũ cõcidẽt, & aduersus animi vitia pro virtute contende, atque libidini, gulæ, luxuriæ, ambitioni, superbiæ, castitatem, parsimoniam, exilium, tolerãtiam, humanarum denique rerum contemptum oppone, in hisque fortitudinem animi, & industriam tuam exerceto. Sic enim beatus eris, & miseram hanc vitam nihili facies. Quibus auditis Cicermus, illicò palmã, & coronam abiecit, fautoresque, & comites omnes missos fecit, atque philosophiam rerum omnium contemptricem sequutus est. Cæterum ad hæc respiciant, animumque intendant pugiles, ferocesque triconnes, myrmillones, pacis hostes, qui barbaro, feroque more, & beluina rabie protinus ad arma concurrunt, & vel saltem Comici sententiæ in *Eunu.* sint memores.

Omnia prius experiri consilio, quàm
armis sapientem decet.

58 Quoniã vt docet *Ouid. Artis lib. 3.*
Candida pax homines, trux decet
ira feras.

59 Quinimo (parcat Ouidius) & feras, & homines, & Deos decet, & beat Pax, Audiamus *Eliseum Calentium Carm lib.1.*

Vox homines, vox vna feras, vox
vna volucres.
Procreat, vna facit syllaba sola Deos.

60 Itemque, secundiores habet euẽtus clementia, quàm feritas. Præstat enim amari, quàm timeri, *tex. est notab.in d.l.si quãdo §.1.C.de inoff. testa. Consonat Claud. carmen in Consu. Manlij.*

Se iactent alij, studeant feritate timeri,
Addictoque hominum cumulent
æraria censu:
Lenè fluit Nilus, sed cunctis amnibus extat.
Vtilior, nullas diiactans murmure
vires.
Pax maiora docet, peragit tranquilla potestas.
Quod violenta nequit, mandataque, fortius vrget.
Imperiosa quies.

Quibus non incongruit *tex. in l. æquissimum ff. de vsufr. l.cum pater §. dulcissimis ff. de leg. 2.l.vn. C. de cadu. tolle.in princ. Auth. de armis in exordio,* cũ cæteris à nobis cõgestis lib. vlt.c. vlt. *Fest. Lect. in quarto scelere capi-*

61 *tali.* Hinc præferendam lucro concordiã summi Cæsares decreuere, *l. reprehendenda, C.de inst.& subst.* quibus videtur subscribere Sũmus Põt. *in cap.in scripturis §.quies 8.q.1.*

Ardua isthæc videbuntur, & contra naturæ stimulum, non secus ac si con-

62 contra fluminis impetum quis conetur. Arduam tamen viam virtutis quis nescit? *Sillius Ital. Belli Puni. lib. 2.*

Ardua virtutem profert via.

Et *Ouidi. vlt. Tristi.*

Ipse quoque æthereas meritis inuectus es arces,

Quo non exiguo facta labore via est.

Idem ibidem lib. 4.

Ardua per præceps gloria vadit iter.

Idemque *Artif. lib. 2.*

Ardua molimur, sed nulla, nisi ardua vincunt.

Consonat peregrinus *tex. in l. Princ. C. de princ. age. lib. 12. Lucas eod. lib in l. iubemus, ex eo textu C. de proxi. sacro.*

63 *scrin.* Laboriosã inquã hanc videri humilitatem non diffitemur, tamen humilitati, & labori cælos patere docet *Psalmographus psal. 24.* qui egregijs ijs virtutibus Deum flexit, atque deuicit. *Vide humilitatem meam, & laborem meum, & dimitte vniuersa delicta mea,* consonat Senecæ sententia *loco præcitato.*

Hæc summa virtus, petitur hac cælum via.

Quibus respondent iura superius

64 relata. Hinc denique summi Cæsares orbis moderatores cunctis titulis, falcibus, & trophæis posthabitis, gloriosiori mansuetudinis titulo gaudēt *l. meminerint C. vnde vi, l. si quos C. de off. præf. præto. ori. l. militares C. de re milit. lib. 12. §. vlt. Auth. quib. mod. natu. eff. sui, cum cæteris allegatis lib. 2. cap. 2. Festiuar. lect.*

65 Ex his (vt ad rem redeamus) Mediolanum transmissis magnæ quidē quæstiones inter Principes, & Magnates ex vna, & priuatos equites, ac Barones ex altera compositæ sūt, noscentes enim Principes non iure agere, prouocando Ill. equites, virosque patritios, sese iustificãtes æquis declarationibus, iustisque pactionibus pacificationem inierunt.

SVMMARIVM.

1 *Minor 25. annis non tenetur ex mutuo, etiam probata numeratione.*

Quoniam præsumitur ipso iure læsus ex mutuo.

Nisi mutuans demonstrauerit mutuum esse versum in minoris vtilitatem, & emolumentum.

2 *Minor, scholaris, & clericus data repetunt.*

3 *Promissa mulieri cum qua turpis suspitio cadere potest non debentur.*

Licet maior data non repetat.

Meretrix turpiter facit, non autem turpiter accipit.

Multa honestè accipiuntur, quæ tamen inhonestè petuntur.

4 *Minor data potest repetere.*

5 *Scholaris Doctor, & Miles, tam armata, quàm cęlestis militia non tenentur donata turpi personę præstare, & nu. seq.*

6 *Quinimo donata repetunt.*

7 *Clericus ad donata focaria non tenetur, & an possit legare.*

Et an data possit repetere.

Et quid si interueniat iuramentum.

8 *Clericus tenetur amasiæ pro mensura seruitiorum seu meritorum.*

9 *Sed confessio simplex meritorum non sufficit, nisi merita probentur.*

10 *Decretum Curiæ Archiepiscop. Neapolit.*

CONS. XLIV.

Pro Cler. Ioanne Leonardo Mazzacane.

ARGVMENTVM.

Minor 25. annis nū teneatur ex mutuo. Et quid si fuerit versū in vtilitatem. Et quid in minore, scholare, siue clerico. Nunquid promissa mulieri,

cum

cum qua turpis suspicio cadere potest debeantur, & an data repetantur. An Scholaris, Doctor, uel Miles, siue armatę siue coelestis militiæ teneantur ad promissa turpi mulieri, & an data repetant. Num clericus teneatur amasiæ ad seruitia pręstita pro mẽsura meriti, & an sufficiat simplex confessio meritorum. Et ad hęc Decisio Cur. Archiepis. Neap.

Bellucia Focaria, seu meretrix conuenit in Curia Archiep. nobilem adolescentem Cl. Ioannem Leonardum Mazzacane scholarem in vtroque iure, vigore duorum instrumentorum, alterum, per quod prædictus Cl. constituebat se debirorem prædictæ Belluciæ in ducatis centum, quos, fatebatur sibi numeratos ex causa mutui; alterum aliorum centũ numerandos infra mensem ob asserta seruitia præstita.

1 Ad quod replicabam nullo iure Actricis petitioni deferendum, nam conuentus minor 25. annis ex causa mutui non tenetur, etiam probata numeratione, quoniam præsumitur ipso iure læsus ex mutuo, nisi mutuãs apertis demonstrationibus docuerit mutuum esse versum in vtilitatem, & emolumentũ minoris *tex. in l. 1. C. si aduer. cred. Castr. in l. sed Iulianus §. hoc Senatusconf. ff. ad macedo. Mathes. sil. singul. 58. Afft. in Cõst. Regni mino-*

2 *rum iura nu. 22.* Quod catenus est verum, vt vel etiam data posset cõuentus repetere, tum quia minor, tum etiam quia scholaris, tum denique quia Clericus, vt inferius demonstrabitur.

3 Quo vero ad promissa mulieri, cum qua turpis suspirio cadere potest dicebam, vel etiam maiorem non teneri præstare, tametsi maior data nõ repetat, licet enim meretrix turpiter faciat, non tamẽ turpiter accipit *l. idẽ in fi. ff. de cond. ob turp. caus.* Multa quoque honestè accipiuntur, non tamen honestè petuntur *l. 1. §. 1. ff. de var. & extraord. cogni.* Ideoque multo minus tenetur minor ad promissa, vt in casu nostro *l. si vero non remunerãdi §. si adolescẽs luxuriosus ff. mandati gl. & DD. in l. affectioni ff. de dona. & in d. l. idem §. sed quod meretrici ff. de cond. ob tur. caus. facit tex. in l. cum te, et*

4 *l. mercalẽ C. eod. tit.* Quinimo conuẽtus, vti minor, vel etiam præstita posset repetere *DD. vbi supra, est tex. in l. patri §. si minor ff. de minor. cum concord.*

5 Quibus accedat, conuentum ipsũ scholarem licentiatum, non secus, ac Doctorem, & militem non teneri eo casu donata præstare, eaque confessione non obligari *DD. ex eo tex. in l. miles ita §. mulier. ff. de mili. testa. Ias. & DD. in l. miles ff. de re iudi. Anchar. cons. 247. Garsia, & Thomingus decis. eiusdem numeri 29.* cum cęteris, quos latè refert, & sequitur *Bernar. Scodobius in Repet. Auth. habita ver. peregrinantur nu. 8. C. ne fil. pro patre* Quin potius scholaris, & miles, vel

6 etiã data reperũt *gl. vlt. ex eo tex. vbi latè DD. in l. 2. C. de don. inter vir. & vxor. Bald. cons. 456. lib. 5. Euerar. loco 22. cum cęteris per Scodob. loco citato.*

7 Denique conuentus in casu nostro, vti Clericus non tenetur promissa præstare, quinimo, vel etiam data posset repetere, vt æquè omnes milites togatæ, armatæ, ac cælestis militiæ eodem priuilegio fruantur indignisque nexibus non astringantur: *Riccardus Malumbra*, quem refert, & sequitur *gl. in d. l. 2. C. de don. inter vir. & vxor.* ex regula quod Cl.

non

non potest donare, nec legare meretrici *Bar. in d. l. affectionis, & in d. l. miles §. mulier ff. de mili. test. & in l. mulierem ff. de his quib. vt ind. Ias. & cęteri in d. l. miles ff. de re iudi. Aymon. conf. 229. Anna singu. 689. cum additis nu. 602. cum seq.* quod amplia, etiam quod talis promissio esset firmata iuramento *Aym. conf. 229. Couar. in c. quamuis par. 2 §. 1. nu. 4. de pactis in 6. Simon de Pret. de interpre. vlt. volun. lib. 2. interpre. 2. dub. 2. solut. 2. nu. 128. cum seq. Thesaur. decis. 111.*

8 Nec quicquam refert Clericum teneri amasiæ pro mensura meritorum, prout testantur *Afflict. & Ca-*

9 *pyc. decis. eiusdem numeri* 102. Siquidem in casu nostro nuda assertio, siue confessio meritorum non suffragatur focariæ donatariæ, sed oportet merita probari *Afflict. & Capyc. loco citato Maynar. decis. 90. lib. 2. Detius conf. 137. Cotta ver. concubinam. Anchar. d. conf. 247.* & nouissimè in proprijs terminis *Anna d. singul. 689.*

10 Ex his conuentus fuit absolutus sub Reuer. Vicario Ghiberto. Apud acta Cur. Archiep. Neap.



SVMMARIVM.

1 *In alienatione rei emphyteuticæ cum pacto de retrouendendo secuta retrouenditione, an debeatur laudimium.*

2 *Retrouenditione secuta est recessum à primo contractu, adeo quod de eo nulla sit habenda ratio, ac si factus non esset, ideoque nullum debetur laudimium.*

3 *Sed contra, imo duo sunt perfecti contractus, adeo, vt potius duplicatum debeatur laudimion. Venditio cum pacto de retrouendendo est perfecta venditio, & ad hoc decisiones Senatus Pedemontani.*

4 *Retrouenditio fieri non potest, nisi resoluto primo contractu, & secuto secundo contractu.*

Quod verè agitur, non quod simulatè concipitur est attendendum.

5 *Quid si detur prædium æstimatum in dotem, an soluto matrimonio, & facta restitutione debeantur bina laudimia.*

6 *Vbi pactum de retrouendendo est separatum à prima venditione, & ex interuallo appositum, duo debentur laudimia.*

7 *Respondetur ad contraria.*

8 *Modus, & actus geminati attendendi sunt, duo enim sunt contractus, duæ dominij translationes, duæ possessiones, duæ inuestituræ, ergo duo laudimia.*

Ratione nouæ inuestituræ debetur laudimium.

9 *Decretum Sac. Reg. Conc. Neap.*

10 *Laudimium, seu quinquagesima quonam pacto liquidentur.*

Debetur de omni valore, deque omni melioratione, dempto tantum valore annui Canonis directi domini.

Et ratio, quia dominium directum omnium accessionum acquiritur directo Domino.

11 *Quid sonet nomen Emphyteusis.*

22 *Primo tantum Domino debetur laudimium, non autem subconcedenti, seu liuellanti.*

CONS. XLV.

Pro Agnesina Villarosa.

ARGVMENTVM.

In alienatione rei emphyteuticæ cũ pacto de retrouendendo, secuta retrouenditione, an debeatur laudimium, & an duplex, vel nullum, Et quid in emphyteusi æstimata in dotẽ tradita, soluto demum matrimo-

trimonio, factaq; debiti restitutione. Et quid in pacto de retrouēdendo à vēditione separato, siue ex interuallo adiecto. Et ad hoc Decretum Sac. Reg. Concil. Neap. Laudimium, seu quinquagesima, ex quibus debeatur, & quanā ratione liquidetur. Et an primo tantum domino, vel etiā subconcedenti, seu liuellanti debeatur &c.

HAeredes Beatricis Serræ vendiderunt vtile dominium domorū in platea Sellariæ Ioanni Dominico Albarellæ pro pretio inter eos conuento, cum onere annui Canonis emphyteutici perpetui duc. sexaginta debiti Dominæ genitrici.

Possidente prædicto emptore, fuit per Sac. Conc. interpositum decretū, quòd liceat prædictis hæredibus venditoribus quandocumque reemere prædictas domos pro eodem pretio: cuius decreti vigore prædictus emptor post annum retrouendidit domos prædictis hæredibus.

1 Quare Domina Agnesina Villarosa colendæ, semperque recolendæ memoriæ genitrix mea, petit bina laudimia ob binas alienationes.

Replicatur ex aduerso, nullum deberi laudimium, quoniam venditio fuit effecta reuocabilis ex decre-
2 to S. C. & per consequens, secuta retrouenditione, videtur recessum à cōtractu dudū inito, & retractata vēditio, adeo quòd de ea nulla sit amplius habenda ratio, perinde ac si facta nō esset. *Tex. est in l. 1. C. quand. liceat ab emp. discced. vbi Accur. in verb actus & in l Pomponius §. praeterea.* vbi idem *Accur. in verb. resolutio. ff. de acquir. poss.* *Consonat tex in l. 3. ff. de contrah. empt.* iuxtà quod videtur decisum apud *Boer. decis. 234. in fin.*

In contrarium tamen est veritas: nam licèt domus fuerint retrouenditæ, nihilominus venditio etiam
3 sub eo pacto de retrouendendo fuit ex se perfecta, adeo vt ex retrouenditione, nouus sit exortus contractus *l. 2. vbi DD. C. de pact. int. empt. & vend. est tex. in l. nō ideo ff. de rei vend.* quē ad hoc expendit *Castr. cons. 450. lib. 2.* cū cœteris allegatis per *An. Aleg. 1. nu. 19. & 34.* Vbi subdit, quòd, facta retrouenditione, duo debentur laudimia: quam quidem opinionem latè sequitur *Cagnol. in d. l. 2. nu. 237. C. de pact. int. empt.* & ita semel atque iterum fuisse iudicatum per Senatū Pedemontanum refert *Thes. decis. 75. nu. 2. & 3.* vbi ridet opinionem quorundam arbitrantium, non deberi secundum laudimium, quoties in modo proferendorum verborum adhibetur cautela, vt non dicatur de retrouendendo, sed de restituenda
4 re, mediante eo pretio: Nam restitutio fieri non potest, nisi resoluta prima venditione, & secuta noua retrouenditione. Quid enim aliud est restituere, mediante pretio, quàm retrouendere, cùm interueniat res, consensus, & pretium? *DD. in d. l. 2. C. de pact. int. empt.* Plus autem inspici debet, quod verè agitur, quàm quod simulatè concipitur; in contractibus enim plus valet veritas, quā scriptura, verba sunt *Imp. in l 1. vbi glo. & DD. C. plus valere quod agitur*, & plus actum quam dictum *l. sciendum §. dictum ff de edil. edi.* Quibus addo *Marin. Frecc. lib. 2. de subfeud. post quæst. 17. cap. hic quaero nu. 7.* vbi concludit in venditione cum pacto de retrouēdendo, deberi laudimium, & secuta retrouenditione, deberi secundum laudimium, iuribus per eum allegatis. Ad quod etiam citat *Gulielde Cun.*

5 *Cun. & Alb. de Rosa. in l. ab emptione ff. de pact.* Quod eatenus est verum, vt si detur prædium emphyteoticum æstimatum in dotem, quo quidem casu debetur laudimium, æstimatio.n.facit venditionem, soluto demum matrimonio, cum prædium mulieri restituitur, debeatur iteratum laudimium, notab. est doctrina *Amad. de Ponte de laudem. qu. 29. ver. Ego autem, & q. 37. col. 5.* vbi subdit, ita per Senatum fuisse decisum, quem refert, & sequitur *Mastril. decis. 149 nu. 7.* & ratio, quia licet dominiũ sit reuocabile, ad huc, tamẽ perfectus est cõtractus, perfecta est dominij translatio, *Castr. cons. 430. lib. 2.* quem ad hoc allegat *Anna Allegatione 141. in principio* desuper numer. 3. mendosè citati, cum cęteris abundè cumulatis per *Tiraq. de Retr. Conuentio. §. 2. glos. vnica num. 1. 34. 36. cum sequ.*

6 Et maximè in facto nostro, vbi venditio primo loco fuit simpliciter facta absque pacto de retrouendendo, & postea inde ad annum per Iudicem de æquitate fuit appositum pactũ de retrouendendo infra quinquennium; succedit iuris regula, & receptior sententia, quod quoties pactum de retrouendendo est separatum, & ex interuallo appositum, proculdubio bina debentur laudimia, *Amad. q. 38. in princ.* & latius ex mente DD. prosequitur *Thesaur. loco citato post num. 3. vers. cæterum.*

7 Nec quicquam facit *tex. in d. l. Pomponius §. præterea*, illud enim obtinet in redhibitione, licet neque illa opinio satis probetur ex præfato *tex.* per ea quæ in 2. respõso subnectũtur. Nec etiam obstat *tex. in dict. l. 3. ff. de contr. emptio.* ibi enim fuerat expresse cautum, vt res esset inempta. Tandem refellitur dictum *Accur. in d. l. 1. C. quando lic. ab empt. disced.* Siquidem illud procedit quoad effectum, secus autẽ in modo, vt ipsemet *Accurs. in vltimis verbis fatetur*

8 Modus enim in casu nostro est attendendus, in quo duo sunt contractus, duæ translationes dominij, duæ possessiones, duæ inuestituræ, & per consequens duo laudimia, *Salycetus in l. fi. col. 1. vers. sed iuxta primum C. de iure emphyt. & ibi Ias. post num. 63.* vbi concludunt laudimion deberi ob nouam inuestituram. Neque tandem refragatur dictum *Boer.* quoniam videtur militare de consuetudine Galliæ, & latius ad hæc, & alia, quæ obijci possent respondet *Tiraquellus loco cit. num. 36.* ad quem me remitto.

9 Denique per Sac. Concil. fuerunt conuenti condemnati ad soluendum laudimium liquidandum, salua prouisione facienda, respectu alterius lau-
10 dimij. Cumque his perpensis, in explicatione capitis reseruati, S.C. esset in aperto voto condemnandi ad alterum laudimium, conuenti diffisi rogauerunt Dominam Actricem, quatenus vel saltem secundum laudimium dignaretur remittere; quæ quidem pro innata generositate illud munificentissimè remisit, & condonauit. Apud Acta Cantoni, mox Turini.

Bina autẽ laudimia, seu binę quinquagesimæ ad rationẽ ducat. duorũ pro quolibet centenario importabant circa ducatos centum, siquidem Domus vltra canonem annuorum ducatorum sexaginta, receperãt augmentum ducatorum bis mille, & vltra, adeo, vt per emphyteotam fuerint subconcessæ per libellum ad alterum consimilẽ annuum canonem. Debetur enim laudimion de omni valore, deque omni melioratione, accessione, & augmento facto per emphyteotam, deducto tantum valore annui canonis *l. sed si hoc §. 1. ff. de cond. & demonstr. l. quantitas patrimonij ff. ad le. falci.* Et ratio quia dominiũ directũ omnigeni augmenti est quæsitum domino soli, cui omnia cedunt, *Odofre. & Alber. in d. l. fin. Specul. tit. de Emphyte. q. 119. num. 145.*

145. quos sequitur *Ias. in d. l. fin. num. 44.* & nouissimè *Molina de Iusti. & iure par. 2. disput. 459. nu. 24. vers. laudi-*
11 *mium*. Neq; aliud sonat emphyteosis, & cōtractus emphyteoticus, quàm datio, & receptio ad ampliandum,
12 & meliorandum, verumtamen primo tantum Domino debetur laudimiū, non autem liuellanti, subconcedenti, seu subcensuanti. *Isernia in c. Imperialem num. 63.* & nouissimè (cęteris ommissis) *D. Præs. de Franch. decis. 437.*



SVMMARIVM.

1 *Ciuitas Neapolitana repræsentatur per sex Plateas, quinque Nobiles, & sextam Popularem.*
2 *Et an repræsentetur per Electos.*
3 *Electorum officium versatur circa Annonam Ciuitatis; vnde Annonæ Præfecti dicuntur.*
Item Decuriones, Episcopi, Ediles.
4 *Iuramentum fidelitatis olim præstitū à Ciuitate Neap. Reginæ Isabellæ Vicariæ Regis Renati, non ab Electis, sed ab ipsis Plateis solenniter congregatis fuit præstitum.*
5 *Idem fuit seruatum in iuramento præstito Regi Ferd. I.*
6 *Idem in iuramento præstito Regi Alfonso II.*
7 *Idemque in iuramento præstito Regi Ferd. II.*
8 *Ac denique Regi Federico de Arag.*
9 *Quemadmodum in creando Syndico, in expediendis Oratoribus, in creandis Secretarijs, ac Tabularijs, & in cæteris, in quibus Electi nihil possunt, sed totum spectat ad ipsas Plateas in vnum congregatas.*
10 *Electi licet in aliquo videantur repręsentare Ciuitatem, id tamen procedit ex concessione Platearum, & in leuioribus prȩiuditium non irrogantibus.*
11 *At secus in præiudicialibus, in quibus Ciuitas lędi potest, tunc enim tota Ciuitas est congreganda.*
12 *Vbi maius vertitur periculum, ibi cautius est agendum.*
13 *Per ampliores homines rerum veritas habetur.*
Dissipantur cogitationes, vbi non est consilium.
14 *Electi quandoque eliguntur speciales Procuratores ad aliquid agendum, quo quidem casu non Electi, sed ipsæ Plateæ hoc agunt.*
15 *Particulares nunquā præiudicant Vniuersitati, nisi publicum Concilium, seu Parlamentū solenniter congregatū.*
16 *Contra Vniuersitatem non potest procedi in contumaciam.*
17 *Sententia in contumaciam lata contra Vniuersitatem est nulla.*
18 *Vniuersitas non repræsentatur, nisi per publicum, & solenne Concilium.*
19 *Contraria consuetudo non valet.*
20 *Quæstionis Resolutio.*

CONS. XLVI.

Pro Illustrissimis Plateis Neap.

ARGVMENTVM.

Ciuitas Neapolitana an repræsentetur per suos Decuriones, siue vt aiunt Electos Platearū. Electorum officiū in quo potissimum versetur. In grauioribus; puta in præstando Regi iuramento fidelitatis, in creando Syndico, qui totum repræsentat Regnum, in expediendis ad Regē Oratoribus, & in cęteris, in quibus magnū vertitur præiuditium, congregandæ sunt Plateę, publicūq; aduocandum Concilium, non enim

enim per Electos, aliosq; particulares, sine spetiali omnium mandato potest Communitati quicquam præiudicari. Sententia contra Communitatem in contumaciam lata est nulla, & an contraria consuetudo sustineatur. Et ad hæc quęstionis resolutio.

1 Ciuitas Neapolitana, repræsentatur per sex Plateas, quinq; Nobiles, & sextam Popularem, vti scripsimus in *Hist. Neap. lib. 1. cap. 8. post Franch. decis. 207.* quæ quidem plateę congregatæ loco, & more solitis omnium voto decernunt, quæ expediāt, 2 publicæ vtilitati. Qui verò credunt Ciuitatem repræsentari per Electos 3 longè errant, siquidem Electorum officium versatur circa Annonam, seu Grasciam Ciuitatis, vnde Electi propriè dicuntur Annonæ præfecti, vt testatur *Summontius in Historia Neapolitana lib. 1. cap. 7.* vbi agit de Tribunali Ciuitatis, *Montanar. super pragm. de administr. vniu. num. 74.* qui subdit eam potestatem à Ladislao Rege An. 1400. Electis fuisse tributā. *Capacius (cęteris omissis) lib. 1. cap. 9. Histor. Neap.* vbi dicit ideo Electos Decurionibus comparari, quòd olim Decuriones Annonę præfuisset, qui olim dicebantur Ediles, & Episcopi *tex. est de edil. edi. in princ. & in l. munerum §. item Episcopi ff. de mu. & hono.*

4 Ideoque cum Ciuitas Neapolitana debuisset præstare iuramentum fidelitatis Reginæ Isabellæ Vicariæ Regis Renati, non Electi hoc præstiterunt, sed ipsa Sedilia solenniter congregata, omniumq; voto accedente Deputatos ad hoc constituerunt nonnullos Proceres, & Patritios, qui genuflexi in Castro Capuanæ ligium, homagium Reginæ præstiterunt, vt latius ex instrumento sub die 27. Nouembr. 14. Ind. An. 1435. manu Notarij Franci-

5 sci Ferrilli de Neap. Inde An. 1458. die 20. Septembris vniuersa Ciuitas, ac Nobilitas Neapolitana elegit Honoratū Caetanū Fundorū Comitem ad præstandū iuramētū fidelitatis Regi Ferd. I. vt ex Annal. Iuliani Passar.

6 Idemque fuit seruatum in iuramento fidelitatis præstito per Vniuersitatem Neap. Regi Alphonso Secundo, nam conuocato per Sedilia publico Parlamēto constituit ad hoc suos speciales procuratores, inter quos Frācīscus Zurlus Comes Mōtis auri iuramē tū præstitit pro Sedile Capuanę, vt ex instrumēto sub die 1. Martij 1494. per Not. Ambrosium Casanoua de Neap.

7 Postea volentes Neapolitani pręstare iuramentum fidelitatis Ferdinādo de Aragonia Calabrię Duci, Regis filio, congregauerunt Concilium, et publicum Parlamentum, in quo singula Sedilia quatuor Proceres, et Patritios ad hoc procuratores speciales elegerunt, Itaque Sedile Capuanæ elegit Perdicassum Barrilem Comitem Montis Odorisij, Franciscum Pandonū Venafri Comitē, Troianum Caracciolum Auellini Comitem, et Melphiæ Ducem, et Petraconum Caracciolum Burgentię Comitem, Irē Sedile Nidi fecit ad hoc suos Procuratores, et deputatos, Ioannē Carrafam, Franciscum Carrafam, Paulum Brancacium, et Nicolaum de Oferio, et sic coetera Sedilia, vt ex Instrumento sub die 27. Maij 1495. manu Notarij Iacobi Ferrilli de Neap.

8 Rursus Neapolitana Ciuitas congregata in suis Sedilibus constituit suos Procuratores ad præstandum homagium, & iuramentum fidelitatis Regi Federico de Arag., inter quos Sedile Capuanę constituit specialem Procuratorem Iacobum Caracciolū Burgentię Comitem, vt ex Istrumento sub die 23. Octob. 1496. per Not. Franciscum Russum de Neap.

9 Et sic in cœteris grauioribus, prout in creando Syndico, qui totum Regnũ repræsentat, in supplicando Rege, in expediẽdis Oratoribus ad Regem. In creandis Secretarijs, et Tabularijs Ciuitatis, in quibus, et similibus nullum ius habent Electi, sed totum spectat ad Sedilia, quę congregata omnium voto res decernunt, vt quotidiè experimur, ad quod pertinent tradita per *D.Reuert.decis.1.lib.3.* Et licet
10 Electi in aliquo videantur repræsentare Ciuitatem, puta in solennitatibus publicæ lętitiæ, vel publici luctus, in quibus festiua, seu lugubri veste induti Vniuersitatem repræsentant, in declarando aliquo Ciue, seu Nobili Neap. & similibus. Id tamen procedit ex concessione eis factà à Sedilibus, & ex quadam consuetudine, maximè verò in leuioribus præiudicium Reipublic. non irrogantibus, At secus in præiudicialibus, vbi
11 publica vtilitas potest lædi, in quibus tota Ciuitas est cõgreganda, & Electi
12 nihil possunt; vbi enim maius vertitur periculum, ibi cautius est agendũ *vulg.cap.vbi periculum de elect. in 6. l. prima §.sed & si quis ff. de carbon. edi-*
13 *cto.cap.precipuè 12.q.3.* vt per ampliores homines rerum veritas habeatur *l.fin. C. de fideic.* dissipantur enim cogitationes, vbi non est consilium, vbi verò sunt plures Consiliarij corroborantur, *Prouer. cap. 15.* & latius diximus *Fest.lect.lib.1.cap.1.*

14 Neque opponatur aliquando per ipsos Electos præstitum tale iuramentũ, & per eosdẽ, vel etiã in grauioribus fuisse nonnunquam reprçsẽtatã Ciuitatem, siquidem eo casu Electi fuerũt constituti speciales procuratores ad illos actus per ipsas plateas, congregato adhoc particolari concilio, quo quidem casu, ipsæ Plateæ, non Electi videntur hoc agere *l 1.§.fin.ff de procu.l.certè §. 1. ff. de preca.* & latius diximus *in consil.4.*

15 Et in proprijs terminis est doctrina *Bar.in l.Ciuitas in princ.ff si cert pet. & in l.actuarios C.de actuar. & numerar.lib. 12.* quẽ communiter DD.sequuntur, vbi Electi, Procuratores, siuè alij particulares nunquam præiudicãt Ciuitati, nisi congregato publico parlamento, in quo omnes conuenire possint, & sua iura proponere *Monta-*
16 *nar.loco citato nu.257.* Hinc est quod contra Vniuersitates non potest procedi in contumaciam, licet enim audiantur particulares de regimine, ipsis negligentibus, non poterunt incusari
17 contumaciæ, alioquin sententia in contumaciam lata, erit nulla, *tex. est in l.1.C.de iure reip. lib. 11. vbi Lucas, & coeteri. Losęus de iure vniuers. lib. 3.*
18 *Nam* re vera vniuersitas nõ repręsentatur per Electos, seu alios particulares, sed per Concilium, seu publicum parlamentum, *glos. communiter recepta in Rub.C.quæ sit lõga consuet.* faciunt quæ scripsimus in *Resp. nostro 51.pro*
20 *Vniuersitate Antij*, Quod eatenus est verum, vt contraria consuetudo non valeat *Franch. decis. 110.* quod latius prosequimur in nostra Historia.

Hæc rogatus ab Illustrissimis Plateis respondi, quibus audio Electos, cæterosque facilè acquieuisse, prout retulit mihi amplissimus Patritius Regiusque Consiliarius D. Io. Franciscus Sanfelicius, in cuius gratiã hęc scripsi.



SVMMARIVM.

1 *Velleianum militat, vbi mulier intercedit pro alio, secus si principaliter obligetur.*

2 *Principalis is est, qui in contractu est prænominatus, & super cuius bonis contrahitur.*

3 *Venditio annuorum introituum non sustinetur, sine assignatione certi, & specialis corporis, super quo fiat venditio.*

4 *Quoties pecunia soluitur mulieri dicitur mulier principalis, ideoque cessat Velleianum.*

Nihil

5 *Nihil refert quod pecunia sit postea soluta per mulierem alijs, satis est enim quod ab initio cum muliere sit actum, eique facta solutio.*
6 *Ignoscendum est creditori, si non diuinauerit.*
7 *Imo vel etiam si creditor sciat mulierem alij soluturum, adhuc cessat Senatusconsultum.*
8 *Respondetur* ad Rodoricum *loquentem quoties pecunia soluitur viro, & vxori simul, & semel, & quoties cum vtrisque fit actum.*
9 *In obligatione viri, & mulieris præsumitur fraus, & color quæsitus.*
10 *Quod limita pluribus modis.*
11 *Senatuscons. Velleianum deceptis, non decipientibus opitulatur.*
12 *Quod procedit, vbi mulier est conscia fraudis, & vir nescius.*
13 *Nemo præsumitur sua sponte velle se obligare, & illaqueare.*
14 *Qui ingerit se negotio est suspectus.*
15 *Epilogus.*
16 *Quicquid fit, vbi pecunia in alterius vsum, et beneficium fit versa, semper mulieri subuentur.*
Decretum Sac. Reg. Concilij Neap.
17 *Et ratio oritur ex muliebris sexus infirmitate.*
18 *Admonitio Auctoris ad creditores, vt caueant à contractibus cum mulieribus. Nisi agant, vt euidenter, & re ipsa pecunia in mulieris vsum, & emolumentum conuertatur, alioquin nunquam erit eis satis cautum.*

CONS. XLVII.

Pro Victoria Pugliensi.

ARGVMENTVM.

Velleianũ cessat vbi mulier non intercedat, sed principaliter agat, puta si in contractu sit prænominata, itemq; si eidem soluatur. Sed quid si mulier postmodũ alij soluat. Et quid si creditor sciat mulierem alij soluturã. Quid si mulier vna cum alijs se obliget, quidue si pecunia vtrisq; soluatur, Rodorici doctrina expensa. Deceptis non decipientibus Velleianũ opitulatur. Quicquid tamen sit, vbi pecunia ad alios perueniat, Velleiano est locus, & ad hoc ratio, & Decisio Sacr. Reg. Conc. Neapol. Admonitio Auctoris ad creditores, vt caueāt à contractibus cũ mulieribus, nisi efficiant, vt euidenter, & reapse pecunia in earum vsum conuertatur.

SArra, & Catarina de Stadio sorores in Capillo vendiderunt certos annuos introitus super certis ipsarum bonis patrimonialibus D. Victoriæ Pugliensi; pro pretio capitali ducator. quingenrũ solutorum ipsis sororibus; accessitque fideiussor, & insolidum obligatus Antonius de Laurentijs.

Facto casu rescissionis Instrumenti ob tertias non solutas, per sorores de Stadio opponitur de Velleiano.

Pro iustitia creditricis considerare oportet; quod sorores de Stadio sunt principales, & principaliter vendiderunt super ipsarum proprijs bonis parrimonialibus, & prædictus Antonius est de iure merus fideiussor, nihil enim vendit, sed accedit principali obligationi prædictarum sororum, succedit iuris regula, quod quoties mulier principaliter obligatur cessat Velleianum *l. 2. ff. ad velle.* per hæc verba.

1

Frustra Senatusconsulti exceptione, quod de intercessionibus foeminarum factum est vti tentasti, quoniam principaliter ipsa debitrix fuisti, eius enim Senatuscons. exceptio tunc mulieri datur, cum principaliter ipsa nihil debet, sed pro alio debitore apud creditorem eius intercessit.

1 Quod autem prædictæ sorores sint principales, constat etiam, quia in
2 contractu ab initio sunt prænominatæ, & quia super re ipsarum contrahitur ita in specie *Bald. in auth. hoc amplius n.21.C.de fideicom.* his verbis.

Et nota hic argumentum, quod prænominatus in contractu, principalis habeatur, verbum est Iacob.de Aret. in l. si communis seruus ita ff. de stipu. seru. & sic, si vir est prænominatus in instrumento, secundo vxor vna cum eo, præsumitur vxor intercessisse, sed quando sũt ambo pariter obligati, vterque censetur principalis, nisi contrahatur super re vnius tantum.

Itaque cũ obligatio Antonij nullo iure possit valere, nisi in vim fide-
3 iussionis, stante quod agitur de venditione annuorum introituum, quæ non sustinetur sine assignatione certi corporis, vt per *Viu. dec. 365. Thes. decis. 154. & latè per Cassan. Catal. glor. mu par. 12. cons 99.* quæ quidem assignatio cũ sit super rebus mulierũ, necessariò sequitur, vt mulieres sint principales, & Antonius fideiussor, & per consequens, vt nullus remaneat locus oppositæ exceptioni Velleiani.

4 Et tanto magis cum pecunia fuerit soluta ipsis sororibus, vt ex partita banci, succedit iuris regula, quod quoties soluitur mulieri, cessat Velleianum *l. vir vxori §. si mulier ff. ad Velleia.* quoniã eo casu principalis dicitur *Bal. in l. 2. C. ad Velleia.* hisce verbis. *Sed nũquid eo ipso quod pecunia peruenit in manus mulieris, probetur ipsa principalis? Respondetur quod sic, vt ff. ad Velleia. l. sed si ego §. proinde &c.*

Nec quicquam refert, quod per ipsas sorores fuerit postea prædicta pecunia girata, & soluta prædicto Antonio fideiussori, satis est enim, quod ab initio cum muliere princi-
5 paliter fuerit actum, & ei pecunia soluatur, *tex. apertus in d. l. sed si ego ff. ad Velleian.* hisce verbis.

Sed si ego cum muliere ab initio contraxerim, non dubito senatus consultum cessare, & ita Diuus Pius, & Imp. noster rescripserunt. Proinde si dum vult. Titio donare, acceperit à me mutuam pecuniam, & eam Titio donauit, senatus consultum cessare.

Consonat *tex. in l. si foenebris C. eod. tit. ad Velleian.* quem refert *D. de Franch. dec. 279. nu. 2.* Ignoscẽdum est
6 enim creditrici, si nõ diuinauit, verba sũt *Iuris cõs. in l. fideiussor ff. mandati.*
7 Quod eatenus verum est, vt vel etiam si creditor sciuerit mulierem pro alio pecuniam accipere, adhuc cesset Senatusconsultũ, prout subdit idemmet *tex. in d. l. sed si ego vers. sed & si.*

Neque obstat doctrina Rodorici in suo Tractatu *de annuis redditibus*, siquidem loquitur, quoties vir, &
8 vxor pariter obligantur, & pecunia vtrique æqualiter soluitur, quod nõ est in casu nostro, inquo mulieres sũt principales, & vir est fideiussor, & pecunia fuit soluta solis mulieribus, non autem viro.
9 Neque denique obstat, quod in obligatione viri, & mulieris præsumatur fraus, & color quęsitus, *DD. ex eo tex. in auth. si qua mulier. C. ad Velleia. Menoch. præs. 22. lib. 3. D. de*
10 *Franch. decis. 474.* nam talis color cessat ex aliqua causa, puta quia mulier est mera principalis, & vir merus fideiussor, & quia contrahitur super re mulieris tantum, vt in casu nostro, & voluit expresse *Bal. in d. auth. hoc amplius n. 21. in fin.* quemadmodum cessat, quoties soluitur mulieri *d. l. sed si ego, & d. l. vir vxori §. si mulier*, ibi

credi-

creditor curauit ei pecuniam solui, vel ex alia iusta causa, vt expressè dicit *glos. in d. l. vir vxori §. at si in aliquam in verb. acceptam in fin.* vbi concludit, quod in dubio non præsumitur color maximè verò, vbi mulier non obligatur cum marito, cum quo fortior vrget suspitio, sed cum extraneo, vt in casu nostro *arg. tex. in d. auth. si qua mulier ubi DD. C. eo. l. & eleganter §. seruus ff. de dolo; est opt. tex. in §. & illud Auth. vt nulli iudic. liceat hab. loc. seruat. Boer. decis. 23. nu. 6. D. de Frãch. d. decis.* 474. & nouissimè *Tassonus in Obseruat. Iurisd. ad Pragm. de Antes. Alleg.* 15. *nu.* 150. *cum sequ.*

11 Et licet hæc sufficiant, tamen ad tollendas omnes difficultates, in termino fuit probata manifesta fraus ipsarum sororum, cum quibus fuit habitus tractatus, & conclusa emptio annuorum introituum, nulla penitus facta mentione de Antonio, qui spõte se ingessit in negotium, seque obtulit in actu stipulationis, præter voluntatem creditricis, & præter tractatũ, ex qbus deregitur apertus dolus, & fraus, succedit iuris regula, quod tali casu mulier non iuuatur Velleiano *tex. est in l. si decipiendi ff. ad senatusconsul. Velleia. & in l. 2. ff. eod* cuius verba.

Sed ita demum mulieribus subueniatur, si non callidè sint versata, hoc enim Diui Pius, & Seuerus rescripserunt, nã deceptis, non decipientibus lex opitulatur. Et est egregiũ Seueris, et Anto. rescriptum. Decipientibus mulieribus dogma Senatusconsulti non auxiliatur; infirmitas enim sexus, non calliditas auxilium sumit.

Vbi *glos.* inquit hoc procedere quoties creditor ignorat, & mulier scit, & est conscia, prout in casu no-
12 stro, Consonat *glos. in l. 1. ver. nõ ignorant vers. non sic & in l. si sine voluntate ex eo. tex. C. eo.* Quod colligitur ex præcedenti tractatu, & conclusione contrahendi, inter creditricem, & ipsas sorores tantum, & præcipuè ex spontanea oblatione Antonij in actu
13 stipulationis. Nemo enim præsumitur vltro, ac sponte non requisitus, nulloque iure, siue causa cogente se velle pro alio obligare *l. 2. §. fin. ff. de iudicijs l. cum non facile ff. si cui plus, quam per legem falci. Duar. super pandectis tit. de peculio. Hippo. de Marsil.*
14 *in Rub de fideiusso. col. 3.* Accedat, quod, qui ingerit se negotio præsumitur suspectus de fraude *tex. est in l. quæ omnia §. 1. ff. de procurato.* Vbi latè DD.

Patet ergo mulieres principales esse. Super ipsarũm bonis factam vẽditionem. In cõtractu prænominatas
15 fuisse. Ipsis mulieribus directo solutã pecuniam. Creditori culpam aliquã obijci non posse, quinimò mulieres vti de dolo suspectas facilè posse redargui. Denique Velleiano cum iuramento in amplissima forma renunciasse.

16 His tamen non obstantibus, quia pecunia fuerat girata Antonio, qui eam imbursauerat, per S. C. fuit dictum quod agatur contra Antonium, penes Carbonum. Magna quidem, & admiranda Decisio iuribus parum
17 consona, licet non iniqua. Quæ omnia è muliebris sexus inertia, infirmitate, lubricitate ortum habent, de quo latius diximus *Fest. lect. lib. 1. c. 1.*

Ex quibus creditores monitos velim, nè cum mulieribus quicquam contrahant, nisi euidenter constet pecuniam ad eas peruenisse, & in ip-
18 sarum vsum reapse versam esse, quod ipsis incumbit *l. vir vxori ff. de Velle.* alioquin nullum Ius, nulla vnquam ipsis creditoribus ratio suffragabitur, ex his, quæ scribit *D. Rouit. super prag. 1. de Velleia. nu. 10. post Affl. decis. 209. num. 4. & Thes. dec. 222. num* 14. cum cœteris per nos alibi latissimè cumulatis, & nouissimè per disertissimum *Iuris cons. Io. Dom. Tassonum loco citato nu.* 152.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Indiuidua, & quæ non recipiunt commodam diuisionem non sunt diuidenda, vnde non tenetur quis vendere partem domus suæ, etiam quod alioquin teneretur vendere.*
2 *Decretum Sacri Reg. Concilij Neap.*
3 *Promissio de vendendo tanquam mera obligatio personalis non afficit rem, neque impedit dominij translationem.*
Etiamsi talis promissio, vel pactum de non vendendo esset iuratum.
Secus autem in prohibitione facta in vltima voluntate, remissiuè.
4 *Nemo cogitur vendere rem propriam.*
5 *Decretum debet interponi ad partis petitionem, & non vltra petita.*
6 *Quoties vnica tantum ratio assignari potest, habetur pro expressa.*
7 *Factum Iudicis est factum partis.*
8 *Decretum Iudicis non potest in plus obligare, quàm pactum, quoniã sententia non obligat, nisi ex quodam quasi contractu.*
9 *Litigiosum non inducitur per simplicem actionem personalem.*
10 *Obligatus vendere, sufficit quod semel offerat, qua oblatione facta non prohibetur postea alij vendere.*
Frustra illud fit, ex quo nullus resultat effectus.
11 Epilogus.
12 *Decretum Sacri Reg. Concilij Neap.*

CONS. XLVIII.

Pro Marchione Villæ.

ARGVMENTVM.

Vbi quis teneatur ad ædes vendendas, nunquid earum partẽ cogatur vendere, & ad hoc Decretum Sac. Reg. Concil. Promissio de vendendo certæ personæ, an afficiat rem, adeo, vt impediat dominij translationem in alios. Et quid si promissio fuerit iuramẽto vallata. Et quid in prohibitione de non vendendo in vltima voluntate. Decretum Iudicis an obliget in plus quàm pactũ siue contractus. Obligatus ad rem vendendã nunquid semel offerendo sit liberatus, adeo vt liceat postmodũ alijs vendere. Et ad hæc Decisio Sac. Reg. Concil. Neap.

PAtres Oratorii petierunt quandam partem domus Camilli Scortiati pro ampliatione Ecclesiæ, quo quidem casu tenetur quis vẽdere, *Gram. decis. 75. Couar. var. Resol. lib. 3. cap. 14. nu. 7. nouissimè D. Reg. Tapia decis. Sac. Conc. Neap. 7.* Verùm per dictũ Camillum fuit replicatum, quod domus nõ erat diuidenda, non enim commodã recipiebat diuisionem, *arg. tex. in l. si chorus, vbi DD. ff. de leg. 3. l. proinde §. si quis ex comoedis ff. ad leg. aquil. l. si ita 2. §. quæstio ff. de manu. testam.* & in propriis terminis *est tex. in l. tutor §. curator, vbi gl. in ver. esset ff. de mino. faciunt dicta per Giurb. in deci. 86. nu. 15. post Tiraq. de Retr. §. 1. gl. 7. nu. 48.* Sed quatenus vellent integram do-
2 mum, offerebat vendere, quam oblationem subsequitur Decretum Sac. Concilii, quod Scortiatus nõ teneatur dismembrare domum, sed teneatur integram vendere, quo decreto interposito, inde ad aliquos menses prædictus Scortiatus videns, quod Patres differebant emere, vendidit Ioanni Baptistæ Manso Marchioni Villæ.

Ad præsens vero prædicti Patres petunt

petunt à prædicto Marchione domũ sub prætextu, quod non potuisset alij vendi, stante oblatione prædicti Camilli Scortiati, & decreto Sacri Conc. inde sequuto.

Propterea tria sunt in iure consideranda. Primo num oblatio domus facta à Scortiato, & promissio vendendi impediat eum, quominus potuisset alij vendere, Secundo, num decretum S.C. afficiat domũ, adeo, vt non sit translatum dominium in Marchionem Villæ emptorem. Vltimo num possint Patres domum prætendere alio iure, & ex alia causa.

Quoad primũ oblatio facta à Scortiato, & promissio vendendi est mera
3 obligatio personalis, quæ non afficit rem, nec impedit dominij translationem, *tex. est in l. fin. §. fin. ff. de contrab. empt.* & in propriis terminis *in l. nemo ff. de pactis, & in l. ea lege vbi glos. & DD. C. de Cond. ob cau.* Id, quod vsque adeo verum est, vt vel etiam pactum iuratum de alienando certæ personæ, vel de non alienando alteri, adhuc sit mera obligatio personalis, quæ non impedit dominij trãslationem, sed tantum tenetur promissor in actione personali ad interesse ex regul. *tex. in l. si ita quis §. ea lege ff. de ver. oblig.* disponentis per prohibitionem alienandi in contractu factã, non impediri dominii tralationẽ *Ias. post Bar. in l. filiusfamil. §. diui nu. 115. ff. de leg. 1. Bar. cons. 72. Alex. cons. 59. nu. 16. vol. 5. Decius cons. 305. nu 5. vol. 2. Crauet. cons. 191. num. 6. vol. 1. Neguſ. de Pigno. par. 2. memb. 1. num. 5. latè Bartholom. Romuleus in Repet. d. §. Diui inter Tractatus de succeſſ. tam à testato, quàm ab intestato nu. 185. cum sequ.* quod secus esset in prohibitione alienãdi facta in testamento, *vt diximus cons. 38. n. 18.*

Quoad secundum sententia, & decretum Sacr. Concilii fundãtur in oblatione facta per Scortiatum de vendendo, nam alioquin nullum ha-
4 beret fundamentum, Tum quia cõtra casum iuris, quod nemo cogitur vendere rem propriam *l. inuitum l. dudum vbi glos. & DD. C. de contrab. empt. latè Tiraq. de Retr. lign. in præ-*
5 *fata nu. 5. Boer. dec. 312. n. 2.* Tum etiã quia hoc non fuerat petitum à Reuerendis Patribus, & per consequens frustra fuisset tale decretum interpositum *arg. l. vt fundus ff. comm. diuid. l. fin. C. de fideicom. libert.* Tum denique quia, nec ratione congrui, nec ratione necessariæ ampliationis, neq; vlla alia ratione hoc poterat prætendi, vt
6 inferius dicetur. Itaque cum nulla alia ratione possit fundari decretum Sacri Concilij, quàm in ea oblatione facta per Scortiatum, perinde haberi debet, ac si fuisset expressa, ex regula quod quoties vnica tantum causa potest assignari, illa habetur pro expressa *glos. singularis, & ibi DD. in l. quamuis in fine C. de fideicom.*

Item stante prædicta oblatione vendendi, factum iudicis est factum partis *vulg. l. si ob causam C. de euictio,*
7 sed oblatio facta à parte non impedit dominij translationem, vt iam diximus, ergo nec decretum.

Rursus decretum non potest in plus obligare, quàm pactum, quoniã sententia non obligat, nisi ex quo-
8 dam quasi contractu *notab. est tex. vbi DD. in l. 3. § idem scribit ff. de peculio,* sed expressus cõtractus de vendendo non impedit dominij translationem, vt iam dictum est ex regul. *tex. d. §. ea lege,* ergo tanto minus quasi contractus.

9 Amplius litigiosum nunquam inducitur per simplicem actionem personalẽ, vt in casu nostro *l. 1. C. de litigi. vbi DD. Roma. cons. 270. nu. 3. Abb. cons. 110. in fin. vol. 2. Couarr. pract. quaſt. cap. 15. nu. 6 Guido Papa quaſt. 479. Crauett. cons. 279. Surd. dec. 172. n. 3,* vbi testatur cõmunem opinionẽ.

Igitur nullo iure possunt Reuerendi Patres aliquid prætendere à Marchione

chione Villæ præsenti domino, & possessore sub prætextu oblationis factæ per Scortiatum, siuè decreti inde sequuti.

Denique non est ommitendum, quod etiam, qui tenetur aliquo iure vendere, sufficit quod semel tantũ ex-
10 traiudicialiter offerat, qua oblatione facta, non prohibetur postea alij vendere, & dominiũ trãsferre *tex. est in l. qui Romæ §. coheredes vbi Soc. n. ff. de verb. oblig. Ias. in §. 1. Inst. de actio. nu. 64 idemque in §. sic itaque nu. 42. eod. tit. Tiraq. de retra. §. 1. glos. 9 num. 112. & seq.* Igitur si obligatus de iure vendere, offerendo semel dicitur liberatus, quanto magis in casu nostro vbi nulla est obligatio. Nec quicquam facit decretum Sacr. Conc. Siquidem debuit Ecclesia Oratorii statim petere illius exequutionem, & non expectare, quod interim alii venderetur. Nec incumbebat Scortiato decretũ notificare, quoniam decretum Sacri Concilii nil continebat præter oblationem per ipsum factam de vẽdendo integram domum, & sic erat confirmatoriũ oblationis factæ, vnde ad quid perditio notificandi decretũ si ipse conuentus de sua libera, & spõtanea volũtate obtulerat vẽdere? & per consequens satis erat semel in iudicio obtulisse, ad finem vt esset postea liberatus, præallegatis iuribus. *arg. tex. in l. 3. ff. quando dies legati cedat. l. si plures ff. de testam. tute.*

Quoad tertium Reuerendi Patres non habent congruum, ex regula, quod Ecclesia non habet congruum *per Consuetudinem Neapolitanam si Ecclesia de iure congrui. Franch. decis. 285.* Item nec ratione necessariæ ampliationis possũt aliquid prætendere, Siquidem domus longè distat ab eorum Ecclesia, inter quas est via publica, nec est permittendum, quod Patres Oratorij nocent domũ à vero domino ad finem illam vendendi, vel locandi alijs extraneis, quod esset absurdo absurdius, cõtra naturalem æquitatem, & contra omnes iuris regulas, ex his *quæ not. Napod. in Consue. Neap. Vbi domus, Vrsill. ad Afflict. decis. 62.*

11 Igitur si oblatio, & promissio vendendi non afficit rem, nec impedit dominii translationem. Quod eatenus verum est, vt vel etiam pactum iuratum de vendendo, vel non vendendo alicui, non afficiat rem, quominus aliis possit vendi.

Si Decretum Iudicis fundatur in oblatione partis, & factum Iudicis est factum partis.

Si Decretum non potest in plus obligare, quàm pactum, quoniã Decretum, & sententia non obligant, nisi ex quodam quasi contractu, & expressa conuentio de vendendo non impedit quominus alieri vendatur.

Si litigiosum non inducitur de iure per simplicem actionem personalem.

Si vel etiam, qui tenetur vendere, satis est semel obtulisse, vt de cętero non impediatur aliis vendere.

Si deniq; Ecclesia de iure Consuetudinario nõ habet ius congrui, neq; ius ampliationis, stante via publica intermedia; ad quid domum prætendere?

12 Ex his Marchio conuentus obtinuit. Penes Mondel.



SVMMARIVM.

1 *Bona medicinalia in vltima infirmitate ęgrotis pręstita gaudent funerarię priuilegio, ideoque cęteris creditoribus, vel etiam hypotecarijs anterioribus pręferuntur.*

2 *Idque per omnes Italię Senatus pari voto esse decisum, atq; adeo per cunctos Senatus vltramontanos ostenditur, nimirum Gallicum, Hispanicũ. Germanicum.*

Fune-

3 *Funeraria, vel etiam doti præfertur.*
4 *Funerariæ caussa porrigitur ad quoscunque sumptus in præambula mortis ægritudine erogatos, vtpote ad medicos, seruos famulantes, iusta, siue exequias parantes, ac etiã ad impensas pro animæ, nedum pro corporis salute, ac etiam ad funera honestantes.*
5 *Quod procedit etiam in præiudicium creditorum, vbi hæres solenniores fecerit sumptus, vel etiam contra testatoris præceptum.*
6 *Tantorum priuilegiorum ratio redditur, & nu. 55.*
7 Decretum Sac. Reg. Conc. Neap.
8 *Hinc sumpta occasione mortuorum priuilegia hactenus non perpensa recensentur.*
9 *Testatorum voluntas lex est, cui vel Summi Principes subsunt.*
10 *Testatoris præcepto magis, quàm patriæ parendum.*
11 *Maior habetur iussus testatoris, quam legis.*
12 *Nihil est, quod hominibus magis debeatur, quam supremæ voluntatis libertas. Hinc ratio quare in vltima voluntate maior numerus testium, & maiorque conditio exigatur.*
13 *Testatoris præcepto, vel etiam iniusto, et insano parendum.*
14 *Ad quod sustinẽdũ, actus nullus, et inutilis parit effectum, ac si vtilis esset.*
15 *Testatoris placitum, vel etiam libertati præfertur, licet libertas maior sit liberorum legitima portione.*
16 *Simplex fornicatio licet ciuili iure non sit punibilis, tamen cum mortua vltimo supplicio punitur.*
17 *Furtum licet non puniatur poena mortis, tamẽ mortuum despolians incidit in mortis poenam, & ad hoc Decisio Senatus Pisani.*
Quod amplia etiam contra spoliantes cadauera Iudæorum, & Infidelium.
18 Publici Bãniti cadauer despoliãs reus *mortis efficitur, licet statuto caueatur, vt Bãniti in corpore, et in are im punè offendi possint, et ad hoc Decisio.*
Grauius in mortuos, quàm in viuentes peccatur, & ad hoc Alfonsi Regis Sententia.
19 *Exul, & deportatus licet viuens non possit ad locum interdictum accedere defunctus tamen ab eo non arcebitur.*
20 *In eos, qui mortuos, aut sepulchra, mortuorum domos spoliauerint, aut quicquam violauerint publica est accusatio, & popularis actio.*
Quinimo in Regno nostro simplex punitur affectus, id, quod criminis enormitatem, atque immanitatem nobis indicat.
21 *Turbans viuentium ædes damni dati tenetur, at vero, qui busta, sepulchraque turbauerit de vtr. iuris censura infamia, & sacrilegij reus diiudicatur.*
22 *Licet viuentium ædes, & possessiones præscribantur, sepulchra tamẽ nullo vnquam tempore præscribi possunt.*
23 *Aliena loca inuadens, aut occupans à loci domino licito iure eijci potest, quod vsque ad decennium permittitur, At vero mortuorum ossa in proprium illata fundum non licet pro arbitrio eijcere.*
24 *Sepulchrorum ius tam Principali, quam Pontificali iure tuetur.*
Ratio quare olim corpora cremabantur, & quare tanta cura custodiebantur. Quid sarcophagus.
25 *Auctoris inuectiua contra mortuorum sepulchra deuastantes, et cineres violantes.*
26 *Mortuorum interest sepulchra in templis habere illæsa.*
27 *Cadauerum deturbatio quantopere sit execrabilis.*
Exempla Moab. & Clodouei Regis subnectuntur, qui seuerissimè ob tantum scelus puniti sunt.
28 *Mortis memoria quanti sit.*
29 *Exhæredatus, & indignus hæres sepulchrorum tamen iura retinet.*
30 *In restitutione hæreditatis non veniunt sepulchra.*

Iura

31 *Iura sepulchrorum cedi num possint.*
Hæres licet extraneus videtur tamen de familia, & quare.

32 *Vendito fundo, saluum remanet ius sepulchri adeundi.*
Accursij, Bartoli, & aliorum opinio refellitur.

33 *Vetita est exactio pro defuncti sepultura sub formidabili poena.*

34 *Delinquentes, & facinorosi homines licet in vita sint punibiles, mortui tamen non vtique, & quid si à mortuis resurgant nu.38.*

35 *Cadaueri fit honor, eidemque fit iniuria.*

36 *Heraclij Imp. in Epiphaniam filiam memorabile facinus.*

37 *Criminosi, & suspendiosi hominis cadauer non iniuriandum, neque sepultura honore fraudandum.*

38 *Debitor seruus est creditoris, tamen vbi mortuus fuerit non potest pro debito quicquam turbari, aut in eius cadauer agi.*

39 *Qui secus egerit à debito cadet, tantundem defuncti hæredibus soluet, infamia nota, honorumque amissione ferietur.*
Quod porrige etiam ad debitorem Iudæum, siue vsurarium.

40 *Hæres defuncti sepulturam negligens, hæreditate priuabitur tanquam indignus.*

41 *Mortui iusta persoluens, aut funus ducens, ac etiam sequens non potest in ius vocari, aut quicquam impediri, & turbari.*

42 *Hæres ante nouem dierum excursum non potest in ius vocari.*
Quicquid vero intrà illud tempus creditor agit, nulliter agit.

43 *Pietatis ratio postulat, vt pro mortuis lugeamus.*

44 *Mortui ciuili iure Sacri dicuntur, & locus per mortui illationem sacer efficitur.*
Quod amplia etiam ad locum communem, licet in re communi alioquin melior sit conditio prohibentis.

45 *Mortuorum ædes plus habent venerationis, quàm viuentium Basilica.*
Religiosus locus quid nobis denotet. Ex sepulchris Templa originem ducunt.

46 *Mortuo debetur lumen, quod viuentibus Heroibus denegatur.*
Tulliolæ, & Papiniani sepulchra.
Mortuus Episcopus in aliena dioecesi pallio vti non prohibetur.

47 *Mortuorum magis, quàm viuentium scripturis credendum. Mortui testis, aut Notarij fides adaugetur.*
Priuatum defuncti chirographum semiplenè probat.
Mors æquipollet iuramento.
Maior fides adhibenda morienti, quã uiuenti, & quare.

48 *Maior habetur impensio facta mortuo, quàm uiuenti.*

49 *Mulier fideiubens pro uiro mortuo non iuuatur Velleiano, licet secus pro uiuente.*

50 *Innegantes, aut differenter mortuorum dona, & oblationes.*

51 *Viuentes olim ad mortuos honestandos cruento spectaculo occumbebant.*

52 *Ludi, & spectacula à testatore præcepta si turpia, aut impossibilia uideantur non exequenda, sed secus, ubi mortui honorem concernant.*

53 *Viuentes nullæ sunt laudes.*

54 *Apud Drausos mortuorum conditio præstabat, & quare.*

55 *Tantorum Priuilegiorum rationes traduntur.*
Vera sapientia in sola mortis cogitatione consistit.



CONS.

CONS. XLIX.

Pro Io. Dominico Borrello.

ARGVMENTVM.

Funerarię Priuilegia ex uniuersę Italię, Gallię, Hispanię, Germaniæ Senatibus, quibus subnectitur Decisio Sacri Reg. Concil. Neap. nedũ pro Medicis, & Pharmacopolis infirmo consulentibus, sed famulis, & ancillis inseruientibus, iustis; exequijs, inferijs, nouẽdialibus, alijsque sumptibus non tam corporis, quàm animę fauorem, ac suffragium respicientibus. Itemq; funus honestantibus, nimirum Libitinarijs, Pollinctoribus, Vespillonibus, Designatoribus, ac Præficis, itemq; lugubria indumenta, arma, imagines, balsama, aromata, vnguenta, stromata, peristromata, busta, sarcophagos, cenotaphia, monumenta, funalia, luminaria, fasces, aulæa, trophæa, mausolea, nænias, lessus, concentus; pręconia, cęteraq; mortis, ac doloris, atq; adeo celebritatis, insignia ministrantibus, quos omnes non minus legatarijs, quàm creditoribus hypotecarijs, anterioribus, cęterisque alioquin potioribus, vel etiam vbi hęres ampliores sũptus pro mortui dignitate impenderit, quinimo, & contra testatoris mandatum pauciores sumptus pręcipientis præferendos ostenditur, tantorumq; priuilegiorũ ratio nunc primum redditur. Hinc sũpta occasione quadraginta, & amplius festiuissima mortuorum priuilegia hactenus non perpensa recensentur, ex quibus sepultos superstitibus longè præstare constat.

1 IO. Dominicus Borrellus Pharmacopola Neap. petijt in Sac. Conc. nonnullas pecuniarum quantitates ex causa bonorum medicinalium in vltima infirmitate præstitorum. Et in concursu creditorum institit præferri etiam habentibus expressam anteriorem per *tex. in l. at si quis §. 1. & l. impensa ff. de rel. & sũpt fune. l. fi. §. si in computatione C. de iur. delib. vbi latè DD.* decernentes talia bona funerariæ priuilegio gaudere, cęterisq; vel etiam hypotecarijs anterioribus præferri, id, quod per cunctos Italiæ Senatus vno omnium voto fuit decisũ *Capy. decis. Neap.* 84. *Ann. sing.* 258. *Polido. Ripa decis. Mediol.* 174. *Ioseph. Ludo. decis. Perus.* 78. *Caualc. decis. Fiuiz.* 32. *Surdus decis. Mantua.* 112. & 155. *Mastril. decis. Sicul.* 10 & 203. & *Castil. decis.* 103. *Viuius decis. Apul.* 307 *Marta decis. Pisa.* 83. *Amat. decis. Ferrar.* 8. *Rota Rom.* cęteris ommissis, apud *Gratia. discept. Tom. 1. cap.* 94. Quinimo per omnes Senatus vltramontanos, *Mysinge. Germanus cent. 3. obserua. 39. Maynardus Gallus decis. 47. & 48. par. 2. Gomes & Guttier.*
3 *Hisp. l. 30. Tau. nu. 2. cum sequ.* Quod eatenus verum est, vt vel etiam ipsi doti funeraria præferatur *Rol. cons. 14. nu. 24. Ioseph. Ludo loco citato*, cum cęteris cumulatis per *An. d. sing.* 258.

Funerariæ item priuilegium porrigitur ad omnes, & quoscunque sumptus in præambulam mortis ægritudinem impensos *l. in restituenda, ubi*
4 *DD. C. de pet. hæredi.* Hinc Medicorũ salarium, seruorumque merces infirmo famulantium præcipue erit soluenda, quemadmodũ iusta, exequiæ, nouendialia, & impensiones nedum pro corporis funere, sed pro animæ suffragio, *Guttier. pract. Quæst. qu. 72. Sim. de Pret. de interpr. vlt. volunt. lib. 3. dub 5. interpr. 3. fol. 4.* Quinimo, & qui funus honestauerit eo priuilegio gaudebunt, vtpote qui lugubres vestes, imagines, stromata, peristromata, vnguenta, aulæa, sarcophagos, busta, monimenta, luminaria, lessus, cæteraque mortis, & doloris, siue celebrita-
5 tis insignia parauerint. Quod militat, vel etiam in præiudicium creditorũ, & legatariorum, vbi hæres solenniorem funeris pompam exhibuerit, ac etiam contra ipsiusmet testatoris preceptum mandantis, vt quid modicũ suo funeri impendatur, tunc enim si, eã parcitas testatoris conditionem, moremque regionis dedeceat, poterit hæres ampliores facere sumptus *Rota Pisa. Simon. de Pretis locis citatis per tex. in l. at si quis §. funeris, & l. funeris ff. de rel. & sumpt. fun. cum cæteris, quæ ad cap. 5. lib. 1. Fest. lect. congessimus.* En tibi funerariæ priuilegia, ex vniuersa Italia, Gallia, Hispania,
6 Germania. Tantorum vero priuilegiorum (ne videamur empirici) ea est ratio, vt miseri infirmi, languescentes, & moribundi in ipsorum languoribus, ærumnis, & miserijs auxiliatores, & consolatores inueniant, eorũque memoria seruetur, celebretur, cũ alioquin facilè negligerentur, deserentur, *arg. §. fin. Auth. de her. et falc, l. at si quis §. quis n. ff. de reli. cum cæteris inferius nu. 55.* allegandis. Ex quibus præfatus Pharmacopola fuit cæteris, vel etiam hypotecarijs anterioribus prælatus, ex Decreto Sacr. Conc. Neap. apud *Acta Mart.* quicquid aliter senserit *Franch. decis. 51.*
8 Hinc patet melioris conditionis haberi mortuos, quàm viuẽtes, ideoque operæpretium esse duxi cætera mortuorum priuilegia hactenus non perpensa recensere, ex quibus summa ciuilis sapientiæ pietas indicabitur. Et licet mortuos viuis comparasset *Hippol de Marsil. in l. fi. nu. 55. ff. de quæst.* non enim minus mortuis, & sepultis, quàm viuentibus ciuilia iura ministrant *d. §. fin. Auth. de her. & falci.* longè tamẽ pulchrius erit nobis ostendere viuentibus longe potiores
9 esse mortuos. Testatorum placita vsque adeo summi Principes in veneratione habuerunt, vt eam pro lege præceperint obseruandam, disponat testator, & fiat lex inquit *Cæsar §. disponat Auth. de nupt. gl. ex eo tex. in l. 2. C. de vsucap. pro empt. l. 3. §. seruari. ibi oportere ff. de sep. viol. c. vltima voluntas 13. q. 2.* Id, quod de viuentiũ placitis non legimus. Neque autem temere defunctorum voluntatem pro lege, vtpote pro inuiolabili sanctione ciuilia iura statuere, quoniam vel ipsi quidem Principes, summique Imperatores ei subijci voluerunt, vsq; adeo vt ne pro Reip. quidem compendio defunctorum disposita possit Princeps quicquam tollere, vel immutare, Tiberius enim Cæsar legatam in opus noui Theatri pecuniam, ad publicæ viæ munimen Senatu vetante transferre non potuit teste *Sueto, in Tibe. cap. 31. Couar. var. Resol. lib. vlt. cap. 6.* Nimirum testatoris voluntas lex est, Principem autem legi subesse quis nescit *vulg. l digna vox C. de leg.* Neque vero opponatur pietatis referre, vt patriæ necessitati cõsulamus.
10 Siquidem maior pietas existimatur testatoris præcepto parere *l. contra voluntatem C. de testa. manu.* Ex his notat *Couarru.* Principes eatenus testatorum dispositioni subesse, vt nequicquam possint aduersus eam
11 statuere. Quinimo longe maior habetur iussus testatoris, quàm legis

tex.

tex. est in l. filio, vbi gl. fin. ff. vt lega.
12 *nomi caue*. Nihil enim est, quod magis hominibus debeatur, quàm vt supremæ voluntatis liber sit stylus, & licitum, quod nunquam redit arbi-
13 trium *l. 1. C. de sacrosſ. eccl.*

Hinc est vt licet in cũctis humanis actibus in ore duorũ, vel triũ stet omne verbũ *l. 1. ff. de vent. inspi.* tamẽ in vltimis voluntatibus exactissima diligẽtia sequẽda est, vt per ampliores homines perfectissima veritas habeatur *l. fi. C. de fideic.* Hinc ẽt, licet mulier in cũctis actibus, vel eriã in causa capitali sit idonea testis *l. ex eo ff. de test.* repellitur tamen à testamẽto *l. qui testamento §. mulier ff. de testam.*

Amplius testatoris pcepto, vel etiã iniusto, & insano, saltẽ de facto est parendum *l. mulier §. si quis hereditariũ, vbi latè Accu. ff. de cond. inst.* Rursus eatenus ciuilis ratio mortuorum iussum obseruat, vt ad illum sustinendum, actus quandoque nullus, & inutilis pariat effectum, ac si vtilis esset *l. fi. ff*
14 *de reb. eo. qui sub tute.* Quinimo ne defunctorum placitum pereat, actus inualidus, validum facit irritum *l. etsi transferam. l. legatum §. pater hortos ff. de adim. leg.* & latius diximus *Fest. lect. lib. 2 cap. 7.* Id, quod actibus inter
15 viuos non tribuitur. Denique (cęteris posthabitis) testatorum voluntatem, vel etiam libertatis fauori anteferendam ciuilia iura decreuerunt *l. si seruus legatus §. si seruus alienus ff. de leg. primo l. contra voluntatem C. de testa. manu.* tametsi libertas vsque adeo est priuilegiata, vt vel etiam legitima liberorum portione habeatur potior *Castr. ex eo tex. in l. Papin. §. quarta autem ff. de inoff. testa.*

16 Maior inquam, & potior mortuorũ conditio, quàm viuentium. Quare simplex fornicatio ciuili ratione non est punibilis, vt quæ eo iure non reperiatur prohibita, id, quod praxis ostendit, & *Bar. docet in l. si vxor ff. de adult. & in l. verum ff. de fur.* estque communis opinio, de qua testatur *Hippol. sing. 150 post Alex. in l. ex facto §. si quis rogatus ff. ad Trebel.* At cum mortua fœmina si quis fornicari ausus fuerit (quod de Periandro Sopho cum Melissa pellice mortua tradit Hero.) grauissimè punietur, quinimo vltimi supplicij dabit pœnas, vt rectè cõcludit *Boer dec. 316. ex tex. in l. fi. C. de sep. viol. alijsq; ibid. cumulatis.*

17 Aduersus furtum, etsi ciuili iure non reperiatur indicta pœna mortis *§. fin. vers. pro furto Auth. vt nulli iudi. Gomes §. ex maleficijs inst. de actio. Paris de Syndi. fol. mihi 224.* ne quidẽ si magnum, & enorme furtum fuerit. *Cassan. in Consſ. Burg. in fin. prin. nu. 17. DD. ex eo tex. in Auth. sed nouo iure C. de ser. fugi.* quod apud antiquos æquè custoditum accepimus, vti *not. Nic. Lyran. super cap. 31. Gene.* quem refert *Affl. in Const. Regni super incis. de Malef. Clandest. in fin.* nihilominus, qui cadauer despoliare ausus fuerit, nedũ furti, & iniuriarum tenebitur *l. 3. §. idẽ ait ff. de inst. act. post Philos. 4. Ethi.* verum vltimo supplicio puniri poterit *l. 3. §. aduersus ff. de sep. viol. Senatus Pisanus apud Martam dec. 179.* Quod vel etiam ad Iudæos, & infideles porrigitur, quorum cadauera spoliantes infamia, & anathemate feriuntur *cap. sicut de Iuda.*

18 Ad hæc ne banniti quidem, & publicè proscripti cadauer licebit cuipiam spoliare, tametsi in viuentem bannitum hoc liceat, vigente statuto, vt banniti, & ad mortem proscripti in corpore, & in ære impunè offendi possint. Qui vero secus egerit, & à se, vel ab alio occisi banniti cadauer despoliauerit, crimine expilatæ hæditatis tenebitur, *Bal in l. sororem C. de his quib. vt indi. idemque in l. ex hoc iure ff. de iust. & iur. Saly. in l. qui sepulchra C. de sep. vio.* quinimo vltimo supplicio punietur, *Bald. in l. de his C. de fur.* cuius sententiam in praxi obtinuisse testatur *Roma. in l. gerit ff. de acqui. here.* Quoniam grauius peccatur in mortuos, quàm in viuentes *glo.*

in c.fanè præfertur 24. *q*.3.*Bal. in l. qui crimen C. qui accuſ. non poſ.* Hinc Alfonſus eius nominis primus Neap.& Arag.Rex (notioris dignitatis, & ſapientiæ vir, quàm vt noſtro egeat elogio) ſi vnquam iniuria ſceleri tributa eſt, eam (inquit) in mortuos quàm maximam exiſtimo, conſonat illud *Prop.Eleg. lib*.3.

Omnia poſt cineres finxit maiora vetuſtas.

19 Exul à patria,ſiue deportatus, vel relegatus, licet nullo modo ad patriam poſſit accedere,vbi tamẽ mortuus fuerit,non denegabitur ei ſepultura in patria *l.*2.*in fi. ff.de cadaue. punito*, vnde *Ouid. ad Euxinos* relegatus ſic ſcribit vxori *Triſti lib*.3.

Oſſa tamen facito parua referantur in vrna,
Sic ego non etiam mortuus exul ero.
Non negat hoc Princeps.

Deque ſumma pietate humandi, vel etiam defunctos hoſtes latè ſcripſimus *Feſt.Lect.lib.*1 *ca*.5.& nouiſſimè *Illuſtriſſ. D. Reg. Conſtantius Carleti Marchio*,qui nos allegat *tit.de fil.Official.milit. qui in bello moriũtur lib*.12.

20 His accedat publicam eſſe accuſationem,& vindictam in eos, qui mortuos deſpoliauerint, aut ſepulchra violauerint, nimirum popularis eſt actio *l.pro hærede §.ſi ff.de acquir. hær.l.*3.*§.*1. *& vlt. & l. de ſepulchro ff. de ſep.vio.l. licet ff.de procur. Saly. in d. l.qui ſepulchra.Meno. de Arb. iudi. lib.*2.*cent*.4.*caſu* 387. *nu*.10. Quod tamẽ non legimus de ſpoliantibus eos, qui adhuc ſunt ſuperſtites.In Regno autẽ noſtro eatenus graue, & enorme habetur huiuſmodi delictũ ſpoliati mortui, vt vel etiã ſimplex puniatur affectus,*tex.eſt in Cõſt. ſi quis aliquẽ de ſpolia.homi.obi.vbi Affl.n*.6. Id ꝙ de ſpoliãtibus viuẽtes homines nõ legitur.

21 Rurſus qui viuentiũ ædes turbauerit,aut demoliuerit,non niſi dãni dati actione tenetur *l. qui domum ff. de lege aquil.* at vero qui ſepulchra, mortuorum domos, vt ita dixerim quięquam violauerit,infamiæ, & ſacrilegij reus dijudicatur *l.*1.*ff. de ſep. viol. l.pergit C. eod.tit.* conſonant *Sacri Canones* 6 .*q*.1.*c. infames*. Quare inter atrociora crimina enumerat Imp. ſepulchrorum violationem §. *mitiores verſ.ſi igitur , & verſ. & rurſus Auth. de nupt.l.conſenſu C.de repud.*

22 Ad hæc licet viuentium ædes, & poſſeſſiones quæcunque notiſſimo iure præſcribantur, ſepulchra tamen ne longiſſimo quidem tempore vnquam præſcribi poſſunt *l.longa poſſeſſio ff. de mortuo infe.* Cũ ciuili ſapientia conſonat *Cice. ſententia* 2.*de legi.*

23 Præterea ſi quis in viuentis agrum ſeſe intruſerit, illũq; occupauerit, à fundi domino iure optimo eijcietur, *l.quemadmodum §.*1.*verſ. aliud.ff. ad leg.Aquil.l.*3.*§. eum qui ff. de vi, & vi arm.l.ſi in area ff.de cond.in d.l vlt.§.ſi ad ianuam ff quod vi, aut clam.Bar. in l.*1.*§.interdictum ff. vti poſſi. Lucas ex eo tex.in l.generali C. de decur. lib.* 10. Quod vſq; ad decennium licere ſcribit *Aret.in §.quadrupli, inſt. de actio.* quem refert *Pet.Garſia Dicto mirabili* 137. At mortuorum oſſa in ſuum illata fundum ſi quis eruerit, actione iniuriarum tenebitur, tametſi velit alio oſſa transferre, eademq; honorificè humare *l. oſſa ff. de relig. & ſũpti. fun.* Id enim non niſi magna cum cæremonia, & ſolennitate, vtpote accedente Principis,& Pontificis iuſſu eſt peragendum, *d.l.oſſa, & l.nemo C. eod.tit.*conſonat *Cice.ſententia lib.*3.*de legi.Plin.epi.*71.*lib.*10.

24 Hucque pertinet ſepulchrorum priuilegium, quorum ius non minus Principali, quàm Pontificali auctoritate tuetur, cum alioquin diuerſa ſit iuriſdictio, *tex.in l.hæreditas in fine ff.de petit.hæred.vbi Accurſ.notat* Neque alio apud Quirites,Corn. Sylla omnium primus cadauera cremari ſanxit, niſi vt illæſa forent, neue diſſipari, & in fruſta ſcindi, aut aliter triſti caſu temerari contingeret, teſte *Cic.* 2. *leg.* quem refert *Valdera de priui.*

priui. cred. cuius moris meminit *Accur. in l. pro hærede ver. iusta ff. de acquir. hære.* Quadere custodiebantur olim sepulchra, *tex. est in l. at si quis, §. funeris ff. de relig.* Hinc deniq; Sarcophagi corpora intra quadragesimũ diem ablumentes, vt auctor est *Plin. lib. 36. cap. 17.*

25 Id, quod non sine nota huius seculi Ethnici statuerunt, quando hodie (proh scelus) impunè mortuorum busta, & imagines deuastari, cineres deijci, cunctaq; antiquitatem redolentia perquàm impiè prosterni videmus, Adeoq; præsentis æui scelus inualuit, vt ne mortuos quidem in suis sepulchris tutos faciat, quapropter qui viuentes non quieuerunt, ne vel mortui quidem in terris quiescere sperent. Quod nequissimum planè facinus, etsi terrenis hisce pœnis inultum eat, magno tamen cum peccato, & conscientiæ scrupulo patratum, intelligant templorum præfecti, contra quos inuehit *Freccia noster lib. 2 de subfeu. author. 47. post. Bar. in l. qui liberalitate §. nec eius nomine ff. de ope. publ.* & latius in nostra Historia, quam de Italica Nobilitate in-

26 scripsimus. Quid plura? Audiamus *D. Greg* qui magnopere inquit mortuorum interesse ad animarum salutem sepulchra, & monimenta in Ecclesijs habere, quò amici, & coniuncti, cæteriq; pij omnes ea intuentes defunctorum sint memores, atque ad fundẽdas immortali Deo preces, erogandasque pro ijs eleemosinas facilius solicitentur, *tex. est in cap. cũ grauia 13. quæst. 2.* cõsonat sẽtẽtia *D. Thomæ 4. sent. d. 15. quæst. 2. ar. 3.* cum quibus videtur cõuenire *tex. in d. §. funeris, & l. libertis 2. §. fin. ff. de ali. & ciba. lega.*

27 Quantopere verò (vt ad tem tedeamus) exitiosa, & damnabilis cõtingat cadauerum deturbatio, docet *tex. 4. Reg. cap. 23. & tradunt Io. Andr. & Zabar. in Rub. de sepult. Innoc. in c. cum liberum eod. tit.* Pepercit Deus Moab, semel, atq; iterum, imo & ter, verumtamen cũ ossa Regis Idumææ deturbasset, eademque combussisset ob tanti criminis enormitatẽ, maledixit illi, noluitq; amplius ei parcere. *Super quarto non conuertam eum, eo, quòd incenderit ossa Regis Idumeæ. Amos 2.* Ea propter iusto Dei iudicio grauissimè punitum Clodoueum Dogaberti Regis filium, quòd cineres, bustaque turbasset, testatur *Gaguinus Chronico. lib. 3.* Non ita Ludouicus eius nominis XI. qui huiuscemodi facinus reformidãs, ne inimici quidem monimentum vnquam tolli passus est, tametsi Heduensi Populo, & sacerdotibus illud non modico esset impedimento, vt auctor est idem *Guagui. lib. 10.*

28 Neque mortuis modò, sed & viuentibus nobis perniciosa contingit sepulchrorum dirutio, ijs enim saluberrima mortis memoria conseruatur, quæ quanti sit docet *tex. in cap. in Ecclesiastico 13. q. 2. & cap. idcirco de poen. d. 7. Audi. Ecclesiastem cap. 7. (melior est dies mortis die natiuitatis, melius est ire in domum luctus, quàm in domum conuiuij, in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat quid futurum sit.* Iam vero (vt Diuus *Bern.* nos docuit) indignus est in morte accipere solatium, qui se non nouerit moriturum. Consonat aurea quidem, semperque memorabilis *Lucretij sententia de natu. rer. lib 3. arg. l. quidam in suo ff. de cond. inst. l. 2. §. monumentum, & l. monumẽtum ff. de rel. & sumpt. fun. cum cæteris congestis in fi. huius cons. nu. 55.*

29 Eatenus vero homines suum decet habere sepulchrum, vt vel etiam exhæredatus filius, aut aliter indignus hæres, adhuc tamen sepulchrorum iura retineat. Nimis enim crudele videtur, & cõntra votum pietatis liberos, aliosq; cæteroquin indignos, & exhæredes sepulchorum iure or-

bari, *l. vel qua* §. *exhæredatus*, *& l. si quis fuit ff. de religio.* quibus non incongruunt sacri canones in *cap. vnaquaque* 13. *q.* 2. Quemadmodum vel etiam exhæredatus filius patrem nihilominus lugebit, *l. fin. ff. de infam.*

30 His amplius licet restituta hæreditate, cuncta in fideicommissarium, & cessionarium transeant, non tamen videtur hæres iura sepulchrorum transtulisse, *l. quia perinde* §. *restituta ff. ad Trebell.* Ideoque filius aget sepulchri violati, licèt non sit hæres, *l. pro hærede*, §. *fin. ff. de acq. hæred.*

31 Ad hæc licet cessio iurium, tanquã de genere permissorum semper sit licita, nihil enim tam conueniens est naturali æquitati, quam voluntatem domini volentis rem suam in alium transferre ratam haberi, *vulg* §. *per traditionem inst. de rer. diui.* attamen iura familiarium sepulchrorum alijs cedi nõ possunt *l.* 2. *in fin. ff. de religio.* potissimũ verò extraneis *Tiraq de retr. ligna.* §. 26. *glos.* 1. *n.* 55. Eaq; sine rerũ vniuersitate nõ transeunt, *l. quædam ff. de acq. hæred.* cum tamen ad hæredes quoscunque, vel etiam extraneos transeant, *l. ius sepulchri C. de relig.* quod mirabile videtur contingere, quoniam iura, vel merè personalia ad hæredes transmissibilia, eadẽ sunt ad libitum cessibilia, *Ang. in l. quod si in diem* §. *Iulianus ff. de petit. hæred. Archid. in cap. hinc est* 16. *q.* 1. cũ cœteris eo cõgestis; & latius diximus *cons.* 42. Verumtamen hæres licet extraneus, censetur tamen de familia, imo eadem persona eum defuncto. *Castr. in d. l. ius sepulchri.*

32 Hucque refert pia vendendorum agrorum lex, qua cautum, vt venditoribus, etiam post distractos fundos adeundi sepulchri nihilominus saluum sit ius, apertus est *tex. in l. vtimur ff. de sepul. viol. quicquid Accurs. Bart.* & cœteri non attendentes ad priuilegia mortuorũ, aliter sentiant, moti ex *tex. in l. si venditor ff. de religio. & l. si mercedem* §. 1. *ff. de actio empt.* quæ iura si rectè perpendantur de loci dominio agunt. At secus in seruitute busti adeundi, quæ nisi excepta fuerit, in emptorem non videtur translata, quod comprobatur *Cic. auctoritate Pro Roscio Ameri. ibi* (cui de tanto patrimonio, ne iter quidem ad sepulchrum patrium relictum est (Consonant *Pompo. verba in ea l. vtimur*, vbi de seruitute itineris expresè agit, atq; aditum, & ambitum funeris faciũdi apertè describit. *iter eis aditus ambitus funeris faciendi caussa sit.*

33 Hinc priuilegium vetitæ exactionis pro defuncti sepultura; *Innoc. enim* 3. ne quicquam pro pio condẽdi cadaueris officio exigatur sanctissimè cauit *cap. penul. de sepul. vbi Panorm.* & ante ipsum pijssimè, & elegãtissimè hoc sãxere *Diui Gregorius, & Hieronymus* 13. *q.* 2. *cap. quæsta, cum seq.* Quinimo neq; inuitus, & coactus excusabitur, qui quoquo modo de sepulturæ officio pretiũ consecutus fuerit *cap. post quam pretio* 13. *q.* 2. quod etiam concilia Triburiense, & Varense decreuerunt *d. cap in Ecclesiastico cum sequ.* Deq; cæteris sepulturæ priuilegijs *Io. Andr. in Rub. de sepult.*

34 Viuens quis reus criminis iure punietur, atq; vbi res ita exegerit rapitabitur, dilaniabitur, verũtamen quantumuis delinquens, & criminosus, si modo mortuus fuerit, nullo iure plectetur *l. defuncto vbi Ang. Imo. et alij ff. de pub. iud. cap. quorundam vbi glos* 23. d. Iudex vero, qui secus egerit, & in mortuos sæuire ausus fuerit actione iniuriarum tenebitur, & grauissimis pœnis mulctabitur, quam quidem sententiam frequentiori omnium calculo receptam testantur *Cyn. Iaco. de Aret. Bal. Angel. Sal. Alex. Ias. Dec. & coeteri in l.* 2. *C. qui test. facer. poss. Bal. in l.* 1. *C. ne ex del. defu. Ang. ex eo tex. C. si reus vel accus. l. fin. Imo. in l. qui à latronibus* §. *si quis ff. de testam.*

Dec.

Dec.Cur. iun.Bolog.Riminal.in l.Impe-
rium ff.de iurisd.omn.iud.Paris lib. quẽ
de Syndi. inscripsit fol. mihi 315. *Boss.*
*tit.de Accusa.nu.*33.*Dec.in l.pupillus* §.
in hæredem ff.de reg. iur. Men. de Arb.
iud.lib. 2.*cent.* 3. *casu* 285 quibus vi-
detur affine Virgilianum illud *Aeneid.*
lib. 11.

Nullum cum victis certamen , &
æthere cassis.

Et Ouidianum illud *Eleg.lib.* 1.

Pascitur in viuis liuor , post fata
quiescit.

35 Quemadmodum enim cadaueri fit
honor; *l.* 1. §. *sed & qui C. de lati. lib.*
tol.Cassan.Catal. par. 2. *cons.* 74. ita
quoq; fit iniuria *l.* 1. §. *quoties , & l. si*
statua ff.de iniur. l. cuicunq; §. *idem ait*
ff. de inst. act. Auth. vt defun. seu fun.
eorum nõ iniurientur, quod etiã anti-
qua xij. rab. lege cauebarur, vt *Frãc.*
Baldu. & Io. Foster. in Histo. iur. latè
36 testanrur. Vsque adeo, vt Epiphania
(ò rem planè memorandã) cum in
defunctũ per fenestram expuisset ius-
su Heraclij patris viua concremata
fuerit, teste Pomponio læto, quem
refert *Petr. Gregor. Syntagm. iur.*
37 *lib.* 38. *cap.* 5. Hinc apud Hæbreos
diuina lege cautum erat, ne damna-
torum, sceleratorumque hominum
corpora, quæ morti essent addicta
iniuria afficerentur, sepulturæue ho-
nore defrauderentur *Deutor. cap.* 21.
consonant Romanorũ *iura in l.fi.ff.de*
cadaue. punito. l. obnoxios C. de rel. &
38 *sumpt.fin.* Eatenus vero per mortem
delentur crimina, & delicta, vt si cõ-
tingat delinquentem à morte resur-
gere, rediuiuus non sit amplius ple-
ctendus. *Tiraq.in l.si vnquam n.* 170.
C.de reuo.dona. Barthol. *Brixiens. in*
9. *dom.q.* 54. *Rom. in Rub ff. sol. matr.*
Sebast. Medi. mors omnia soluit par. 2.
nu. 146. Grauius inquam peccatur
in mortuos, quàm in viuentes. Hinc
famigerata Ecclesiæ sententia ap-
pellantis dirũ mucronem, quo Chri-
stus mortuus confossus est, dulce ve-
ro lignum, dulces clauos, quibus idẽ
viuens excruciatus, atque transfixus
fuit, nimirum caninam rabiem, ac
beluinum magis, quàm humanum
eorum furorem dixit *Plato* 5. *de Rep.*
qui in mortuos audeant sæuire, & in-
crudescere.
39 Ad hæc licet debitor seruus sit cre-
ditoris *gl.in l.fideicommissa* §. *fratrem ff.*
de leg. 3. quod eatenus verum est, vt
lege xij. Tab. obærati debitores, vbi
non soluendo comperti essent, cre-
ditoribus impunè dabantur dilace-
randi, vti refert *Accu.in l.* 1. *C.qui bon.*
ced.pos.ex Aulo.Gel. Noct. Atti. lib. 20.
cap. 1. Cum tamẽ debitor mortuus,
vel moribundus fuerit, minimè lice-
bit eius corpus deturbare, eiusque
funeri, & iustis quicquam impedi-
mento esse *Auth. vt cum de appe. cogn.*
§. *sancimus*. Quinimo creditor, qui
secus egerit, à suo iure cadet, tantũ-
dem defuncti hæredibus soluet, infa-
miæ nota, bonorumque amissione
mulctabitur §. 1. *Auth vt desu. seu fu-*
nera eor. vbi late DD. Auth. item qui
C.de sep. vio. Bald. in l. cum sit C. de sep.
viol. c. ex parte, vbi gl. vlt. ext. de sepul.
Marsil sing 199. *Gram. decis.* 82. *Boer.*
decis. 287. *Meno. Arb. Iudi. lib.* 2. *cent.*
4. *casu* 387. qui ampliat eiusmodi de-
cisionem, vel etiam ad debirorem iu-
40 dæum, & vsurarium. Hæres vero, qui
defuncti sepulturam neglexerit tan-
quam indignus hæreditate priuabi-
tur *glo. ex eo. tex. in d. l. cum sit Boer. lo-*
co citato.
41 Qui iusta mortuis persoluerit, bu-
sta curauerit, vel funus duxerit im-
munis ciuili ratione habetur, adeo
vt laudatissimę pietati deditus, non
fit in ius vocandus, aut aliter præpe-
diendus, quin magis is, qui funus dũ-
taxat sequutus fuerit, ea immunitate
gaudebit, *notab. est tex. in l.* 2. *in fi. cũ*
seq. ff. de in ius voc. quod tamen non
legimus de ijs, qui in viuorum offi-
cijs, & ministerijs occupantur.
42 Mortuorum quoque memoriam,

vsq;

vsq; adeo sacratissima iura venerantur, vt eorum hæredes, & coniunctos ante nouem dierum excursum in iudicio conueniri, & molestari minimè patiantur, cum potius id tempus lacrymis, & luctui, atq; adeo erga mortuos pietati, & veneratione debeatur, *§. meminimus. auth. vt cum de app. cogno.* Quicquid vero intra tempora exequiarum creditores egerint, nullius erit momenti, adeo, vt si eo tempore creditori fideiussor accedat, fideiussio sit nulla *auth. sed neq; C. de sepul. viol. Franc. Ripa in tract. quē de Peste inscripsit tit. de rem. praser. nu. 105.* quem refert, & sequitur *Menoch. de arb. iud lib. 2. cent. 4. casu 387.* Nimirum pietatis ratio postulat, vt pro
43 mortuis lugeamus, *tex. est in l. parentes ff. de his qui not. infam.*

Amplius tanta est maiorum in mortuos religio, tanta pietas, & veneratio, vt eos sacros prisci appellēt, atque ceu sacros venerentur, vt tradit
44 *Plutar. in Numa. & Plin. lib. 2.* Hinc locos per mortui illationem sacros religiososq; fieri quis nescit? *l. cum in diuersis ff. de reli. l. fin. ff. de mor. infere. l. quid ergo §. sed si mortuum ff. de leg. 1. l. pergit C. de sepul. viol. § religiosum, vbi Accurs. Inst. de rer. diuis.* Quod eatenus verum est, vt vel etiam in communem fundum, ab vno, inuitis cæteris dominis illatum cadauer, adhuc religiosum locum efficiat *l. in tantū §. religiosū ff. de rer. diuis.* cū alioquin in re communi potior sit conditio prohibentis, *l. Sabinus ff. comm. diuid.* Quinimo, & quæ bustis, & sepulchris adhærent, religiosa efficiuntur *l. qua religiosis ff. de rei uend.*

45 Ideoque mortuorum ædes plus iuris, & venerationis habent, quàm viuentium domus, imò plusquam Curia, plusquam forum, plusquam senaculum, cæteraq; publica loca, deniq; plusquam Regia, & Basilica *tex. est in l seruitutes 2. §. fin. vbi Accur. notat ff. de seruit.* Religiosus vero locus, hoc est maiestatis, & venerationis plenus interpretatur *Cic.* quem refert *Gell. Noct Atti. lib. 4. c. 9.* Quin etiam ab ipsis sepulchris olim templa originem duxisse ex *Euseb. & Lactan. colligit Greg. in Sepulchr. & innuit Lucre. in fi. oper. de re. nat.* Quod neutiquam contingit locis, quos viuentes colunt, & inhabitant.

46 Hinc longe maiori obsequio, & veneratione dignantur mortui, quippe quos perpetua accensa lucerna, perenniq; lumine, alijsque mortis solemnibus non incongruit honestari *tex. est in l. meuia decendens ff. de manu. testa. cum quo conuenit Suet. sententia in Tib.* Tulliolæ M. Tullij filiæ sepulchrū Romę via Appia sub *Alex. 6.* post mille, & quingentos annos superstite adhuc lumine repertum monimentis traditur; quod simul atq; solem vidit extinctum est, subcalida, & fumosa aliquantisper vrneola relicta. Romę quoq; paucis ab hinc annis repertum Papiniani I. C. sepulchrū refert *Socc. in l. cum auus in princ. ff de cond et dem.* Quod profecto præcellum, ac superbissimum perpetui luminis officium, ne vel in Heroes quidem superstites vnquam decuisse legimus. Quid plura? lumen quidem meridianū, quod solius Dei est, Sanctorumq; suorum, quodque cęteris terrenis Principibus, vel ipsis quidem Summis Pontificibus incongruit, cuique tamen obeunti statim (vt videmus) debetur, vt merito sacer, & religiosus ciuili ratione habeatur. Quam peregrinam sanè eruditionem adde ad *Molfes. consf. 45. n. 37.* sicque legalem disciplinam fieri pulchriorem discant scribentes, ad quod faciunt dicta per *Andr. de Iser in fi. Prooe.* Eaque ratione licet Episcopus non vtatur pallio extra diœcesim *cap. 1. de auctio. & vsu pall.* vbi tamen mortuus fuerit, per alienas diœceses cum pallio vectari, & cum eo contumulari non prohibebitur *arg. c. 2. in fi. eo. tit.* Quod amplia

in

in Principe imperij, qui licet in alieno Regno Imp. Insignibus non vtatur, mortuus tamen in inferijs, ea gestare non sit præpediendus.

Hucque refert longe magis defunctorum, quàm viuentium scripturis esse credendum, atque fidem mortui testis, siue notarij longè adaugeri

47 *Rota Rom. apud Bellamer. decis.* 813. *par.* 1. *post Castr. cōs.* 101. & 133. 1. *vol. Alex. cons* 59. 2. *vol. Aym. Crauet. cons.* 6. *nu.* 51. vsq; adeo vt priuatū defuncti chirographum, aut Notarij instrumentum, alioquin minus solennia semiplenè probent, atque mors æquipolleat iuramento, *Bar. in l. admonendi de iureiu. Detius in l.* 1. *C. de eden. Moderni decisionum Collectores collect.* 1790. quo) latius prosequitur *Seb. Med. Mors omnia soluit, par.* 1. *n.* 168. & *par.* 3. *nu.* 37. *cum seq.* Itemque magna fides adhibetur fatenti, aut deponenti in articulo mortis, quæ alioquin salutis tempore non adhiberetur, moribundus enim non præsumitur mentiri; *Bal. cons.* 25. 1. *vol.* & *latius Hipp. Marsi. in sua praxi* §. *diligēter num.* 119. & *nouiss. Aym. loco citato nu.* 51. *Eruditissimus I. C. Io. Dom. Tassonus ad Pragm. de Antefa. fo.* 514. *qui nos allegat*.

48 Illud quoq; nō puto omittendum longè maiorem haberi impensionem factam mortuis, quàm viuentibus, magisq; meteri largientes pro mortuorum suffragio, quàm pro viuentiū salute, ex his quæ tradit *Ioann. Viguer. de sacram. poenite. cap.* 16. & *Gabr. Biel. in Canone Missæ lectione* 16. *qui ad hoc citat Dionys. Eccles. Hierarch. c. vlt.* quod sane intelligas, vbi viuentiū non immineat periculum animæ, *arg. tex.* 13. *q.* 2. *cap. defunctorum*.

49 Hinc fit, vt mulier intercedēs pro viro mortuo non iuuetur Velleiano, sed efficaciter obligetur, pro viuēte viro non vtiq; *Rom. post Bal. in auth. similiter C. ad leg. falcid. Vinc. Franch. decis.* 237. vt omittam cætera priuilegia indulta animæ defunctorum, quæ viuentibus denegantur, de quibus latè *Tiraq. de priuil. piæ causæ*.

50 Adde sacrilegos, excommunicatos, & infidelibus proximos haberi, nedum negantes defunctorum oblationes, verum etiam differentes, aut ægrè, & cum difficultate reddentes, id, quod Concilia Carthaginense, Varense, & Agathense decreuerunt *cap. si quis irascitur in fine cum seq.* 13. *q.* 2. Quam quidem seuerissimam cōstitutionem non legimus in negantes, aut differentes dona viuentium. Mortuis vero fidem fraudare in legatis, & dispositis, eatenus priscis, vel ethnicis quidem durum visum est; vt prædonum sæuitia longè sæuius crimen habitū fuerit, teste *Zona. Anna. lib.* 2 què refert *Iaco. Middendo. Academi. vniuersi orbis lib.* 3.

51 Demum eatenus vetustas, defunctorum manes, & memoriā in veneratione habuit, vt & ipsi viuentes ad mortuos summis laudibus, & honoribus honestandos, eorumq; memoriā celebrandam gymnico, & equestri certamine, atq; adeo ludis, quos gladiatorios, & funebres appellabant cruento spectaculo occumberent, excidioque se se vltro tradere non pertimescerent; ut *Liu. in Perio. Plin. Epist. lib.* 4. *Suet. in Tibe.* & *nouissimè Alex. noster Gen. Die. lib.* 3. *c.* 7. *est tex. in l. septitia ff. de pollicit. quod pia Constantini lege siluit l.* 1. *C. de gladiato. lib.* 11.

52 Præterea licet ludi spectacula, cæteraque opera, in uiuentium gratiam à testatore præcepta, & disposita, quę turpem, siue impossibilem iure, uel facto conditionem contineant pro non scriptis habeantur, & perinde ac si precepta non essent, pecunia relicta absque onere hęredi, seu legatario quæratur *l. conditiones contra edicta cum seq. ff. de condi. insti. l. legatam pecuniam ff. de admi. rer. ad Ciuit. perti.* §. *impossibilis inst. de hære. Insti.* ubi tamen

men eiusmodi ludi, uel spectacula respiciant mortuorum honorem, eorumque mem···ię conseruandę caussam, licet turpem, aut impossibilem conditionem retineant, non ita reicienda sunt, ut hęredis, uel legatarij commodo legata pecunia cedat, sed in alium licitum, honestumque usum pro arbitrio Primatum Reipub. est conuertenda, quo mortuorum memoria alioquin celebretur *l. legatum ff. de vsufr. lega. l. in testamento ita in fi. ff. de cond. & demonstr. quicquid* Accur. *Bar.* & cœteri aliter sentiant, non rectè percipientes mentem iurisconf. & priuilegium mortuorum. nimirum verus honor, ueraque gloria solis de-
53 functis debetur. *Audi Oui. 4. Trist.*

Tu mihi (quod raro est) viuo sublime dedisti.
Nomen, ab exequijs, quod dare fama solet.

Quippe cum mortuorum memoria maxime sit celebranda *d. l. legatum ff. de vsuf. leg.* Vnde cum inuidorum latratibus magnus ille sophos Andreas Alciaus subinde impeteretur, neque par uirtutibus honos tribueretur, memiueris inquit ei scholaris, & gaude nacte uir ingenio, & eruditione Magister, te quidē post funera (quæ mortuorum est dignitas) lōgè gloriosiorem euasurum, ad id Prop. *Eleg. lib. 3.*

At mihi, quod viuo detraxerat inuida turba,
Post obitum duplici foenore reddet honos.

Et Ouid. 4. de Ponto.

Famaq; post cineres maior venit.

Hucq; respexit Sulmon. *Metam. 3.*

Expectanda dies homini est, dicique beatus
Ante obitum nemo, supremaque funera debet.

Cui succinit *Auso. in solo. sent.*

Tunc dico beatam vitam, cum peracta sunt fata.

54 Hinc denique apud Drausos (teste Herodoto) longè præstabat mortuorum conditio. Siquidem læta ijs erāt funera, luctuosa natalia, sed entes .n. Drausi (ò mirum rarumque prudētiæ facinus) ad puerorum editum complorabant, & quascunque necesse contingat vitam ingredienti perpeti humanas calamitates recensebant, fato functis magna cum lętitia solnenia peragebant, vtpote omni vice, omniq; miseria solutis, *arg. tex. in l. Senatus §. mortis ff. de don. caus. mor. iuncto tex. in §. deinceps Auth. de nupt.* Quod etiā apud Romanos seruatum legimus; Nobiles, enim ac maiores natu ad tubas, minores ad tibias in sepulchra deuectos testatur *Paul. Manu. in leg. Roman. & ex Cicer. de legi refert Pet. Greg. Syntagm. iuris lib. 2. cap. 14. Pet. Vander. de Priuil. credit cap. 3. Valer. lib. 2. cap. 5. Baron in Annal. An. 31. in fin. post Ioseph. Belli. Iudaici lib. 3. cap. 15.* cum quibus videtur conuenire *tex. c. qui diuina 13. q. 2. Ias. in l. furiosum nu. 4 C. qui test. facere poss. Alex. in l. si cum dotem §. si maritus in fi. ff. sol. matr.* Neque alio Christum ad Lazári funus fleuisse, scribit *Rup. Ab.* nisi quia ad vitæ miserias illum esset reuocaturus.

En tibi quadraginta, & amplius mortuorum priuilegia hactenus non perpensa. cętera tradidi *Fest. lect. lib. 1. cap. 5.*

55 Tantorum autem priuilegiorum eæ potissimum rationes esse possunt, nimirum, vt defuncti, qui se ipsos defendere nequeunt, pijssimis iuribus defendantur *arg. l. 1. ff. de tutelis*, & in proprijs terminis est *tex. in §. fi. Auth. de hær. & falci.* Vtque mortis non simus cōremptores, & mortuis iniurij, cum sanè non multum à mortuis distemus, viuentes enim quotidie morimur *l. qui duos §. hæc conditio ff. de cond. inst. arg. tex. in §. vt autē lex Auth. de non alien. reb. eccl. l. volt in princ. C. de præscr. trigi.* Denique vt mortis memoriam iugiter colamus, semperque reco-

recolamus *arg.d.l. quidam in suo ff. de cond. inst. l. libertis*. *§. fin. ff. de alim. legat. l. legatum ff. de vsuf. lega.* Hæcq; sola, & vera inter mortales sapientia id, quod nos docet *Salom. Sap.* 7. & latius diximus *Bestiuar. lect. lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 40.



SVMMARIVM.

1 *Venditio, & alienatio rei pupillaris absque decreto est nulla.*
2 *Limita si pro soluendo debito paterno fiat.*
3 *Declara tamen, vt nu. sequ.*
4 *Cessat Decretum vbi à testatore sit data licentia alienandi.*
5 *Declara tamen nu. sequ.*
6 *Et quid si tutor sit relictus executor testamenti.*
7 *Tutor creditor an rectè sibi soluat.*
8 *Decretum Sac. Reg. Concil. Neap.*

CONS. L.

Pro Agnesina Villarosa.

ARGVMENTVM.

Venditio rei pupillaris absq; decreto an sustineatur, si fuerit facta pro soluendo debito paterno. Et quid vbi tutori alienanti fuerit à testatore indulta facultas alienandi. Et an sufficiat generalis licentia, an vero exigatur specialis facultas distrahendi certum corpus, ad soluendum certum debitum. Et quid vbi tutor alienans sit relictus executor testamenti. Et an eo casu licentia alienandi, & exequendi operetur iustam alienandi caussam, adeo, vt non sit opus decreto, ac solennibus, an vero operetur tãtummodo iustam caussam interponendi decreti, secutis tamen solennibus. Et ad hęc Decisio Sac. Reg. Concilij Neap.

Camillus de Ancora in suo vltimo, ac solenni testamento mandauit solui Magnifico Laurentio Villarosa ducatos mille eidem debitos vigore instrumenti.

Quibus sic stantibus Annibal de Ancora tutor testamentarius filiorum, & hæredum prædicti Camilli vendidit præfato Magnifico Laurentio annuos ducatos centum pro dictis ducatis mille, vt supra debitis.

Ad præsens Domina Agnesina Villarosa colendæ, semperque recolendæ memoriæ mater mea, ac filia, & hæres vniuersalis prædicti Laurentij creditoris experitur hypotecaria, petens in S. C. rescisso prius contractu præstari sibi assistentiam pro dictis ducatis mille, vna cum annatis, & interesse super certis domibus Neapoli ad Portam Nolanam, & alibi, vbi dicitur all'Horto del Conte, quæ fuerunt in bonis, & de bonis prędicti Camilli, eiusque filiorum.

1 Opponitur ex aduerso venditionẽ annuorum ducatorum centum pro pretio ducatorum mille factam per prædictum tutorem de bonis, & substantia pupillari esse nullam ex defectu decreti *l.* 2. *§. fi. vbi DD. ff. de reb. eo. qui sub tute. l. lex quæ tutores §.* 1. *vbi glo. C. de admi. tuto. l. fi. §. defensionem. vbi gl. C. eo. tit. Affl. decis.* 249.

2 Ad quod respondebam venditionem esse validam vti factam ex causa vrili, & expediente pupillis, vtpote ob soluendum debitum paternum.

l. ma-

l. magis puto §. si ex alienam ff. de reb. eo. qui sub tute. Bar. in l. 2. in fi. ff. de stip. seru. per Capy. decis. 113. post Affl. decis. 285. nu. 10. Meno. de Arb. lib. 2. cent. 2 casu 171. nu. 67.

3 Replicabant conuenti requiri de iure Decretum ob indemnitatem pupillorum, etiam quod vêditio fuerit facta pro executione præcepti paterni, & ob soluendum debitum paternum, & ita sępius decisum refert Surdus decis. Mantuani Senatus 77. cũ ibi nouissime additis per Io. Baptist. Hodierna, & latius per eundẽ in decis. eiusdem Surd. 278. quam opinionem sequitur Gratia. decis. Marchi. 131. n. 4. cum cęteris ibidem cumulatis.

4 Verumtamen ad hoc dicebam tutori testamentario, qui venditionem fecerat fuisse datam à testatore facultatem alienandi, quo quidem casu Decretum non requiri dicit tex. in l. prædium C. quando decreto opus non est, Ias. in l. 2. num. 8. ff. de offi. eius Det. cons. 208. quos refert, & sequitur D. de Franch. decis. 302. nu. 2. Mantica de Taci. & ambig. lib. 12. tit. 20. num. 40. Monter. decis. Arag. 1. num. 56. D. de Ponte cons. 1. nu. 108.

5 Replicabant conuenti non sufficere facultatem traditam per testatorem alienandi in genere, sed opus fuisse, vt de certa, & determinata specie alienationis disposuisset, nam licet eo casu non denegetur alienatio, tamen hoc est agendum cum debitis solennitatibus pro pupilli indemnitate: facultas autem tradita alienãdi operabitur iustam alienandi caussam, sed cum suo modo, nimirum adhibitis solennitatibus, de quibus per Surd. loco citato arg. l. si quando C. de inoff. testã. vbi concessa facultate testandi, non per hoc est remissa solennitas in testamentis requisita, faciunt dicta per Ias. in l. Gallus §. quidam rectè in 2. notab. ff. de lib. & posth. Nam quoties duo obstant, vt in casu nostro, facultas, & modus alienandi vno sublato, alterum non tollitur l. si non lex ff. de hær. inst. l. si domus ff. de serui. vrb. præd. alioquin pupillo non esset consultum. Et quod tali casu requiratur solennitates, non obstante alienandi facultate in genere tradita dicit Paris. cons. 85. num. 50. volu. 3. Cagno. in l. singularia nu. 72. ff. si cer. peta, quos refert, & sequitur Surdus d. decis. 77. nu. 2. cum sequ. cum cæteris ab eo congestis, vbi testatur ita per Senatum fuisse decisũ, quibus adde Gratia. loco citato.

6 Ad quod tandem dicebam nullam in casu nostro militare læsionem, imo tutorem in facto nostro fuisse à testatore relictum executorem testamenti, quo quidem casu benè poterat alienare, ex his, quæ tradit D. de Franch. decis. 204. nu. 9. & 15. & Surdus decis. 156. cum ibi additis per Io. Baptistam Hodierna, faciũt dicta per Ang. & Salicetum in l. non dubium C. de legi. & per Det. in cons. 242. in 2. dubio.

Replicabant conuenti talem exequendi facultatem intelligi seruata forma iuris, nẽpe cum causæ cognitione, ex his, quæ superius diximus arg. d. l. si quando, prout in simili. Tutor cũ sit creditor potest sibi soluere l.

7 fistulas §. 1. ff. de contr. empt. hoc tamẽ est sanè intelligendum cum decreti interpositione, nisi caperet eandem rem sibi in specie debitã d. l. fistulas, vel sibi satisfaceret de rebus, quæ seruando seruari non possunt, cæterum in alijs rebus, prout in facto nostro necessarium est decretum, non obstã-te, quod sit creditor ex contractu inito cum patre pupilli notab. est doctrina Baldi. in l cum ipse nu. 7. C. de contr. empt. quem refert, & sequitur Affl. decis. 13. n. 14. et nouiss. Reg. Cõs. D Scipio Theodo. Alleg. 6. num. 15. vbi concludit esse necessarium decretum, etiãsi adsit iusta causa, & pupilli vtilitas post Affl. decis. 87.

Nihilominus per S. C. ad relationem Regij Consiliarij D. Gregorij de Angulo

Angulo acutissimi Iurisconf. fuit decretum, quod conueti soluant annatas decursas, alias prouidebitur super petita assistentia, & rescissione con-
8 tractus, & tandem fuit promulgata sentētia, per quam rescisso prius contractu fuit Dominæ Actrici pręstita assistentia super bonis in iudicio deductis, quoniam re vera nulla suberat lęsionis suspicio, nullumque versabatur pupillorum præiudicium, arg. eorum, quæ tradit *Affl. decis. 395. nu. 11. vers. Quia si rectè &c.* anno 1628. apud Acta Borrelli.



SVMMARIVM.

1 *Donatio fundi facta Titio cum onere illum restituendi post mortem Caio, non caducatur per mortem Caij ante mortem Titij, secus in vltima voluntate.*
2 *Ratio differentiæ remissiuè.*
3 *Et quid vbi donatarius præmoriatur donanti. Et quid si dicatur ex nunc pro tunc secuta morte donantis.*
4 *Grauatus intelligitur simul honoratus & vocatus.*
5 *Per Notarium stipulantem pro absente quæritur actio absenti.*
6 *Et an quæratur actio non nato.*
7 *Et an quæratur irreuocabiliter ante acceptationem.*
Et quid vbi possessio fuerit translata in donatarium.
8 *Quilibet in dubio censetur stipulari pro se, & hæredibus.*
9 *Donatio an quæratur Caio absenti per donationem factam Titio cum onere restituendi Caio, notario pro absente minimè stipulante.*
10 *Renuntiatio non trahitur ad bona, de quibus non fuit actum.*
11 *Bona licet originaliter paterna, dicuntur tamen fraterna, attenta persona fratris vltimi possessoris.*
11 *Renuntiatio quantumuis generalis non porrigitur ad ius de futuro.*
Et quid si dicatur omnibus iuribus, quæ renuntians habere sperat, & ad hæc Decisio Reg. Cameræ.
12 *Promissio de non receptando bannitos, an intelligatur de præsentibus bannitis, an etiam de futuris.*
13 *Renuntiatio non trahitur ad ius incertum.*
14 *Renuntiatio facta patri per filiam intelligitur fauore masculorum.*
15 *Etiam quod ex verbis renuntiatio videatur realis, nam ex iuris dispositione semper præsumitur personalis, & facta fauore masculorum, & ad hoc Decisio Sac. Reg. Concil.*
16 *Renuntiatio facta patri per filiam, an comprehendat bona donata per patrem ipsi filiæ.*
17 *Renunciatio non porrigitur ad inneri- similia, & incogitata.*
18 *Renunciatio facta de bonis deuoluendis in vltima voluntate non porrigitur ad bona deuoluēda ex cōtractu.*
19 *Renunciatio est stricti iuris, & non trahitur vltra expressa.*
20 *Renunciatio non operatur vltra mentem renunciantis, etiam Notario de stylo aliter scribente.*
21 *Renunciatio etiam generalis non trahitur ad fideicommissum.*
Fideicommissum potest fieri etiam in contractu.
22 *Renunciatio fideicommissi non trahitur ad fideicommissum conditionale.*
23 *Renuntiatio non præiudicat filijs, si renuntians præmoriatur filijs.*
24 *Per Constitutum licet per actum fictum transfertur vera possessio.*
25 *Possessio intelligitur translata in donatarium per reseruationem vsusfructus factam per donantem.*
26 *Mortuo vsufructuario locatore statim extincta est locatio.*
27 *Colonus non possidet, nec ciuiliter, nec naturaliter.*
28 *Habens possessionem anteriorem per constitutum præfertur habenti corporalem postea quæsitam.*

29 *Possidens per inuestituram, seu constitutum habet ius retinendæ, & recuperandæ possessionis per interdicta uti possidetis, & unde vi.*

30 *Possidenti per inuestituram, seu constitutum licet propria auctoritate, & per violentiam intrare fundum, si per alios reperiatur occupatus.*

31 *Decretum Sac. Reg. Concil.*

CONS. LI.

Pro Aurelia Saracena.

ARGVMENTVM.

Conditionalis stipulatio transmittitur ad hæredes, stipulatore mortuo ante conditionis euentum, licet secus in ultima voluntate. Et quid si donatarius premoriatur donanti. Et quid ubi sit dictũ ex nunc pro tunc secuta morte donantis. Per Notarium acquiritur actio absenti, sed an quęratur non nato. Et an irreuocabiliter ante acceptationem. Nunquid actio quærarur Caio absenti per donationem factam Titio præsenti cum onere restituendi ipsi Caio. Renuntiatio est stricti iuris, & non trahitur ad ea, de quibus non fuit actum. Item non trahitur ad ius de futuro, uel etiam si dicatur omnibus iuribus, quæ quis habere speraret, & ad hæc Decretũ Reg. Cameræ. Itẽ renuntiatio non porrigitur ad inuerisimilia, incogitata, & incerta. Eadẽ facta patri præsumitur fauore masculorum, uel etiam si ex uerbis uideatur realis, nã ex iuris dispositione præsumitur personalis, & facta mariũ contemplatione. Et ad hæc Decisio Sac Reg. Concil. Eadem non trahitur ad fideicommissũ, nec præiudicat filijs, ubi renuntians præmoriatur ipsis filijs. Possidens per inuestituram, seu constitutũ, licet per actũ fictum, nihilominus uerè, & realiter possidet, ideoq; habet ius retinendę, & recuperandę per interdicta uti possidetis, & unde ui. Et ad hæc sententia Sac. Reg. Conc.

POlicarpus Tarallus donauit irreuocabiliter inter viuos Mario filio præsenti fundum Peranum sub conditione, quod eo moriente sine filijs, fundus perueniat ad Liuiam similiter filiam donaroris absentem, eiusque hæredes, & successores, Notario pro ea, eiusque hæredibus stipulante. Accidit, vt mortua sit Liuia, relictis filijs, & post ipsam mortuus sit Marius sine filijs. Concurrunt ad fundum Aurelia Saracena filia, & hæres Liuiæ virtute donationis; nec non, & prætensi hæredes Marij.

Plura opponuntur per assertos hæredes Marij Taralli contra Aureliam Saracenam filiam, & hæredem quondam Liuiæ Tarallæ.

Primo donationem ad beneficium Liuiæ esse caducatam per mortem ipsius Liuiæ viuente Mario. Secundo hęredes Liuiæ non esse vocatos in do-

donatione. Tertio Liuiam esse exclusam per renunciationem factam ad beneficium Policarpi patris. Quarto ipsos prætensos hæredes Marij esse in legitima possessione, non obstante decreto Sac. Conc. quod ipsa Aurelia manuteneatur in possessione. Quæ omnia frustra opponi breuibus demostrabitur.

1 Quoad primum falluntur asserti hæredes Marij prætendentes caducitatem donationis, siquidem huiusmodi caducatio procedit in vltimis voluntatibus conditionalibus *l. vn. §. sin autem aliquid C. de caduc. toll l. si ex pluribus in 2. responso ff. de suis, & leg.* At secus in actibus inter viuos, vt in casu nostro, nam conditionalis stipulatio benè transmittitur ad hæredes, stipulatore præmortuo ante conditionis euentum, *tex. ad literã in §. ex cõditionali Instit. de verb. oblig. l. necessario. §. quod si pendente ff. de peric. & com. rei vend. l. vn. vbi glos. in ver. antiquitas C. vt actio ab hær. & cõtra hær.* & in proprijs terminis donationis est *tex. in l. spem futuræ actionis* secundum *Baldum C. de donationibus Ias. in l. si sic stipulatus la 2. num. 15. ff. de verb. oblig. Decius cons. 129.* cum

2 cæteris ibidem cumularis, & ratio diuersitatis inter contractus, & vltimas voluntates colligitur ex *tex. & ibi per DD. in l. is, cui ff. de action. & obligat.* In quo tanquam in re clara, & indubitabili amplius non insisto.

3 Iteq; non caducatur donatio inter viuos per mortem substituti in donatione, viuẽte primo, & principali donatario. Quemadmodũ non caducatur donatio si donatarius præmoriatur donãti, sed transmittitur ad hæredes ipsius donatarij *Rol. cons. 75. lib. 1. Molfes. cons. 4. tom. 2.* etiamsi dicatur ex nunc pro tunc secuta morte donantis *Molfes. ad Consuet. Neap. to. 1. par. 3. q. 5. num. 8. Fontanel. de Pact. nupt. claus. 4. gl. 3. nu. 11.*

Quoad secundum dico hæredes Liuiæ esse expressè vocatos in donatione per hæc verba.

Constituens se nihilominus ipse magnificus donator dicta bona per eum vt supra donata per simplex constitutum, tenere, & possidere nomine, & pro parte dictorum Mag. Marij, & Liuiæ respectiuè, vt supra hæredum, & successorum illorum, vt supra donatariorum, donec ipsi dictorum bonorum, vt supra donatorum possessionem acceperint corporalem, quam accipiendi, intrandi, & deinceps captam retinendi auctoritate propria, & sine solennitate qualibet præfatus magnificus donator vt supra eisdem donatarys respectiuè vt supra hæredibus, & successoribus illorum liberam, & omnimodam potestatem dedit, tribuit, & concessit; prout dat, tribuit, & concedit, adeo quod quomodocũq; & qualitercũq; ac quandocũq; possessio dictorũ bonorũ vt supra donatorũ inueniretur penes ipsos donatarios respectiuè vt supra hæredes, & successores suos, illam accepisse, & habuisse, ac habere, & tenere dicatur, ex dicta sibi ipsis concessa licentia, ratione, & causa donationis prædicta. Promittens &c.

Et paulo post grauantur hæredes Liuiæ per hæc verba.

Patto etiam, che detti Mag. Mario, & Liuia respectiuè vt supra hæredi, & successori loro siano obligati dare à

4 *Sore Dianora, &c.* succedit iuris regula quod, qui grauatur, necessario intelligitur honoratus, & sic vocatus *l. ab eo C. de fideico. Crauet. cons. 134. Pereg. de fideicom art. 8. nu. 17. Surd. cons. 434. lib. 3.*

Pro qua quidem Liuia, eiusq; hæredibus stipulatur Notarius iuxta formam traditam per *Capy. dec. 73. his verbis,*

Inuestiens, immittens, ponens, & inducens ipse magnificus donator prædictum Magnificum Marium, ac dictam Magnificam Liuiam respectiuè, et pro ea me prædictum Notarium præsentem, &c. in vacuam, & corporalem pos-

possessionem ipsorum bonorum vt supra donatorum. Quam inuestituram vim, robur, & efficaciam vera, realis, & corporalis traditionis, & possessionis partes ipsę obtinere voluerunt, cedens, & transferens propterea, ac dans, & mādans ipse Magnificus donator eisdē, & in eos omne Ius, omnemque actionem, &c.

Et inferius.

Pro quibus omnibus obseruādis prædictus magnificus donator spōtè obligauit seipsū, suosq, hæredes, & successores, ac bona omnia &c. dictis magnificis donatarijs respectiuè vt supra, & mihi prædicto Notario publico, præsentibus, & vt supra recipientibus, & stipulantibus pro se ipsis, suisque hæredibus, & successoribus, &c.

Quod pluries replicatur inferius: Per quem quidem Notarium ab-
5 senti acquiritur actio. *l. non aliter ff. de adoptio. l. 2. ff. rem pup. sal. fore, vbi DD.* quod est expeditum in iure, & est communis Doctorum opinio, de qua restatur *Bertra. cons. 156. lib. 1. Gratus cons. 12. lib. 1. Decian. cons. 1. num. 21. lib. 3.* qui innumeros congerit testantes de
6 communi, *& num. 24.* ampliat, vt nedum absenti, sed etiam non nato acquiratur actio per Nota-
7 rium pro eo stipulantem. Quod eatenus est verum, vt absenti quæratur actio per Notarium irreuocabiliter, etiam ante acceptationem *Ruinus cons. 119. 126. & 172. lib. 1. Guid. Papa decis. 49. Octau. Cacher. decis. Pedam. 33.* & nouissimè *Pres. de Franch. decis. 339.* maximè in casu nostro, vbi per donatorem fuit expressè transla-
8 ta possessio, vt supra. Accedat in dubio vnumquemque censeri stipulasse, etiam pro hæredibus, & successoribus *tex. ad literam in l. si pactum ff. de probat. Bald. cons. 300. Intrigl. Sicul. decis. 39.* cum cæteris ab eo congestis.
9 Quid plura? donatio in casu nostro est quæsita Liuiæ, eiusque hæredibus per Marium præsentem, qui recepit donationem sub pacto, & conditione, quod non posset alienare, sed ipso decedente sine filijs, fundus donatus perueniret ad Liuiam, etiam, quod non interuenisset stipulatio Notarij pro Liuia absente, cui per solum Marium præsentem est quæsita donatio, & tam ipsi Liuiæ, quàm eius hæredibus, etiam extraneis sine stipulatione, & cessione, tex. est, quē singularissimū exclamant *Bart. Bald. Angel. Salyc. in l. 3. C. de dona. quæ sub modo, Soccin. cons. 236. lib. 2. Alex. cons. 133. Tiraq. de Retra. ligna. §. 1. glos. 14. num. 116.*

Quoad tertium Renunciatio facta per Liuiam in anno 1591. ad beneficium Policarpi patris dotantis non obstat ex pluribus.

10 Primo quia in ea non fit mentio de bonis fraternis, & dum fundus in eo anno 1591. iam erat Marij donatarii ab anno 1585. annumerabatur inter bona fraterna, & non paterna, licèt originaliter peruenìat à patre, quia attenditur persona vltimi possessoris *Decius cons. 265 & 298. nu. 8. idemque in l. qui se patris num. 16. & 19. C. vnde liber. Afflict. decis. 127. Napod. in Consuet. si qua mulier ver. succedunt*, & ex consequenti renuntiatio non potest trahi ad fundum donatum, tanquam bona fraterna, de quibus non fuit actum.

11 Secundo illa renunciatio, etsi generalis non porrigitur ad ius de futuro, quoniam iuri de futuro renuntiari non potest *l. si ita scriptū § si sub conditione ff. de leg. 2. Det. in l. quoties duplici ff. de reg iur. n. 5. idemque cons. 21. & cons. 86.* & quod nunquam renuntiatio porrigatur ad futura dicit *Ludouicus Romanus in suo cons. 472.* ad quod allegat *tex. in l. Paulo Callimacho §. Pomponius ff. de leg. 3.* cū cæteris allegatis per *Hip. de Marsil. in Rub. de fideiuss. nu. 29. cum seq. Specul. in tit. de inqui. §. nunc videndum ante n. 9. vers.*

aut

aut hi, quos, *Bald. in l. pactum quaest.* 13 *C. de colla. Bart. & DD. in l. qui Roma §. duo fratres ff. de verb. oblig. Decius*
12 *consl. 166. ante n.* 4. facit regula *tex. in l. si ita ff. de auro, & arg. lega.* & notab. doctrina *Ias. in l. si pater puellae nu.* 5. *C. de inoff. test.* vbi promissio de non receptãdo rebelles intelligitur de praesentibus, nõ de futuris rebellibus, latè *Hippol in Praxi crimi. §. aggredior nu.* 43. Quinimo renuntiatio nõ trahitur ad futura, etiam si esset dictum omnibus iuribus, quae habere sperat, & ita iudicatum in Regia Camera Summariae refert *Anna sing.* 439. Ideo dũ in anno 1591. tempore praefatae renunciationis nõ erat factus casus substitutionis, non potuit tal eius cõpre-
13 hendi in renũciatione, Imò nec erat certum Marium moriturũ sine filijs, ideoq; nedum erat ius de futuro, sed ius incertum, vnde ex hoc alio capite incertitudinis, renunciatio ad ipsam donationem non porrigitur. *l. si de certa. C. de transa Bar. ex eo tex. in. l. legitimam ff. de peti. hered. Albe. in l. fin. §. sin autem nescius num.* 4. *C. de fur. Ias. in l.* 1. *ante num.* 5. *ff. de cond. indeb. Viui. decis.* 316. *num.* 18. & in propriis terminis *Afflict. decis.* 350. *nu.* 4. & 5. qui allegat *Bart. in l. si domus ff. de serui. vrb. praed. Soc. Reg.* 339. *nu.* 10.
14 Tertio huiusmodi renunciatio facta ad beneficium Policarpi per Liuiam filiam intelligitur de iure facta contemplatione filiorum masculorũ tunc viuentium, quibus iam mortuis ab intestato, & sine liberis, vt in casu nostro, renunciatio non potest inferre praeiudicium Liuiae renuncianti, & tantominus Aureliae eius filiae, & haeredi *Bald. in d. l. pactum q.* 4. *C. de colla. & ibi etiam Castr. col.* 2. *vers. Item quaeritur, Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta col.* 4. *de verb. oblig. Alex. consl.* 19. & 26. *vol.* 3. *Napod. in Consuet. si moriatur. in ver. ipsi successores, per DD. in l. qui superstitis ff. de acquir. hered. & latius per Rob. Mar. in dispu.* 10. *nu.*
15 15. & 27. Quod eatenus verum est vt quamuis renunriatio videatur realis ex verbis, tamẽ ex iuris dispositione, & praesumpta voluntate contrahentium reputetur personalis, & facta contemplatione masculorũ, ita *Aret. consl.* 3. qui ad hoc allegat *tex. in c. fin. exordiẽte Titius si de feudo defu. mili. conte. fue. inter dom & agna.* & ita nuper iudicatum per Sac. Reg. Concil. Neapol. in causa sororum de Affaro apud Acta Carboni.
16 Quarto Renuntiatio Liuiae ad beneficium Policarpi patris non potest respicere bona donata ab ipsomet Policarpo ipsi renuncianti, cum alioquin Policarpus fuisset sibi ipsi contrarius, quod non est credendum *arg. c. inter dilectos vers. caeterum, vbi DD. de fide instrum. Bart. in l. fin. §. idẽ quaesiuit ff. de cond. indeb.* maximè cum hoc sit inuerisimile, & incogitabile
17 inter cõtrahentes, succedit iuris regula renunciarionem nunquam trahi ad inuerisimilia, & incogitata *l. tres fratres, vbi glos. ff. de pact. l. cum aquiliana l. qui cum § fin. ff. de transact. Bart. in l. qui Roma. §. duo fratres, num.* 12. *in fin. vers. tertius ff. de verb. oblig. Roma. consl.* 294. & tanto fortius, quia in casu nostro erat necessaria expressa mentio, & specialis retrocessio donationis, & fideicommissi, alioquin renunciatio quantũuis generalis non praeiudicat *Bald. cõs.* 54. *lib.* 1. *Rom. consl.* 303. *Alex. ind. §. duo fratres post Bart. ibi d. q.* 5.
18 Quinto Renunciatio in capitulis matrimonialibus fuit per Liuiam promissa quoad bona deuoluenda ex causa vltimae voluntatis, vt pote ex testamento, vel donatione causa mortis, vt in eis expressè habetur, & nulla sit mentio de contractu inter viuos, vnde non potest trahi ad bona debita, vel debenda ex causa donationis inrer viuos, vt in casu nostro,
19 quoniam renunciatio est stricti iuris, & non extenditur vltra expressa *Aret. consl.* 161. *Decius consl.* 265. & 266.

*Gramm.decis.*101.*n.*12. & ita in proprijs terminis fuisse iudicatum in S. C. testatur *Afflict.decis.*350.*n.*1.*&* 2.

20 Nec quicquam facit, quod notarius postea in instrumento renunciationis addiderit etiam donationes inter viuos, & fideicommissa, quoniam de illis verbis additis nulla est habenda ratio, cum per renunciantem expressè dicatur se velle conformem reddere promissionibus, & non aliter, vnde cùm hoc sit vltra promissa, non debet esse in consideratione, nã constat fuisse additum à notario, præter renunciantis intentionem, quæ protestatur velle se conformem reddere promissionibus, & non aliter, per ea, quæ tradit *Barba.inter Consf.Curtij Senioris cons* 47. *Dec.cons.*205.*Bal. in Rub.de fide instr.n.*22.*Inno.in c.fraternitatis de here.*quos ad hoc allegat *Afflict.dec.*245.*n.*7.faciũt dicta per *Bar. in l. fi. §.idem n.*4.*ff.de cond.inde.DD. in §.nos aũt,*ex eo tex *Auth.de tabellio.*

21 Sexto renunciatio quantumuis generalis non extenditur ad fideicommissum (præsupponimus fideicommissum posse fieri in contractu inter viuos, vt in casu nostro *l* 3.*C.de.don.que sub modo)vt* concludit Bar.& cum eo communis opinio *in l.qui Romę §.duo fratres qu.* 2. *de ver. oblig. Molsef. d. tom.*2.*ad Cõsuet. Neap.cons.*26.*Cuma. cons.*134.*Rom. cons.* 403. quos refert, & sequitur *Io.Dom.Tassonus ad Prag. de Antefato vers.*13.*obseru.* 7. *nu.* 28.

22 Imò dato, quod fuerit renunciatum fideicommissis debitis, adhuc talis renunciatio non porrigitur ad fideicommissum debitum sub conditione, vt in casu nostro *Bart. in d. §. duo fratres q.*4. *per tex in l.si ita scripsisset ff.de leg.* 2.*l.si stipulatus fuerim* 2. *resp. l.si à colono ff.de verb.oblig.*estq; cõmunis opinio, de qua testatur *Alex. loco citato.Paris.cons.*70.*lib.*3.& nouissimè *Cam.de Medi.cons.*35.*refert Hodiern. in Add.ad Surd.decis.*176.

23 Septimo, etsi expresse renuncias-set ipsa Liuia præfato fideicommisso (quod non fuit) nihilominus non potuisset præiudicare dictę Aureliæ eius filię, dum ipsa Liuia mortua est ante prædictum Mariũ, adeo q mortuo deinde Mario, prædicta Aurelia ex propria persona, tanquam vocata à prædicto Policarpo eius auo, potuit succedere in prædicto fideicommisso *arg.l.si arrogator, ibi quia hoc ff. de adoptio.DD. in l. qui superstitis de acq. here.Bal.in d.l.pactũ C. de colla. Paris. cons.* 69. *vol.* 3.& sic fuisse decisũ per S.C.testatur *Fre.in addit.ad Consue.si moriatur, vers.renunciatio, & in alio incip.vide quę habentur Molf. in Comment. ad Consue. Neap. de renun. q.* 7. *Pisan. in add. ad d.Consu.si moriatur littera D.Pres de Franch.dec.*67.*n.*7. *Anna cõs.*92.*Georg.alleg.*30.*n.*33.*Reg. de Ponte cons.*40.*n.*6.*Viu.dec.*211.*n.*1. Ex quibus satis constat renunciationẽ Liuiæ nullius esse considerationis respectu fundi donati, de quo agitur.

Quoad vltimum Policarpus transtulit omnẽ possessionem in Liuiam, eiusq; hæredes, & constituit se possidere nomine ipsius Liuię, & successorum, per hæc verba.

Inuestiens, immittens, ponens, & inducens ipse magnificus donator, prædictum magnificum Marium, ac dictam magnificam Liuiam respectiuè, & pro ea me prædictum Notarium præsentẽ, &c. in vacuam, & corporalem possessionem ipsorum bonorum, vt supra donatorum. Quam inuestituram vim, robur, & efficaciam verę, realis, & corporalis traditionis, & possessionis partes ipse obtinere voluerunt, cedens, & trãsferens propterea, ac dans, & mandans ipse magnificus donator eisdem, & in eos omne ius, omnemque actionem, &c.

Et paulo post.

Constituens se nihilominus ipse magnificus donator dicta bona per eum, vt supra donata per simplex constitutum tenere, & possidere nomine, & pro parte dictorum mag.Marij, & Liuia re-

spe-

spectiuè, vt supra hæredum, & successorum illorum, vt supra donatariorum, donec ipsi dictorum bonorum, vt supra donatorum possessionem acceperint corporalem, quam accipiendi, intrandi, & deinceps captam retinendi auctoritate propria, & sine solennitate qualibet, præfatus magnificus donator, vt supra eisdem donatarijs respectiuè, vt supra hæredibus, & successoribus illorum liberam, & omnimodam potestatem dedit, tribuit, & concessit, prout dat, tribuit, & concedit, adeo quod quomodocunque, & qualitercunque, ac quandocunque possessio dictorum bonorum, vt supra donatorū inueniretur penes ipsos donatarios respectiuè, vt supra hæredes, & successores suos, illam accepisse, & habuisse, ac habere, & tenere dicantur ex dicta sibi ipsis concessa licentia, ratione, & causa donationis prædictę. Promittens, &c.

24 Ex quibus constat vtranque possessionem tam ciuilem, quàm naturalem transtulisse in hæredes Liuiæ, nam per constitutum, licèt per actum fictum, vera, & realis transfertur possessio, *Bar. in l. interdum* ex eo *tex. ff. de acq. poss. idemque in l. ab emptione* ex eo *tex. ff. de pact. l. quędam mulier ff. de reiuend. l. quod meo ff. de acq. poss. cap. cum venissent, vbi Innoc. de restit. spoliat. Bar. in l. si is, qui pro emptore q. pen. ff. de vsucap. Guid Pap. decis. 354. in prin. Menoc. de Arb. iud. lib. 2. cent. 1.*

25 *casu 89. nu. 14.* Quæ possessio fuit etiā trāslata à Policarpo donatore per reseruationem vsusfructus sua vita durante, *tex est in l. quisquis C. de donat. gl. in d. cap. cum venissent ver. pensionē;* Itaque omnis possessio tam ciuilis, quàm naturalis est penes Aureliam, quæ ad maiorem cautelam ingressa est corporalem possessionem fundi donati, vt constat ex instrumento.

26 Nec quicquam facit protestatio illorum de Grofoglieto conductorū, causam habentium à quondam Mario, quoniam statim mortuo Mario vsufructuario, extincta est conductio, resoluto enim iure datoris, resoluitur ius acceptoris *vulg. l. lex vectigalis ff.*

27 *de pignor.* & tanto magis cum coloni nullo modo possideant, nec ciuiliter, nec naturaliter *l. 1. C. com. de vsucap. l. 2. C. de prescript. 30. ann. Bar. in d. l. interdū post n. 2.* vnde cū possessio post mortem Marij esset vacans, & aperta ad beneficium Aureliæ, statim translata est in ipsam Aureliam, quæ verè, & realiter possedit, & possidet, nec potuit sibi impediri possessio per colonos, seu conductores, qui nec possident, nec domini possessionem interuertere possunt *l. fin. C. de acq. poss.*

Minus obstat prætēsa possessio hæredum quondam Marij, nam præterquam non sunt hæredes, & prætensum præambulum est suspensum; dato, quod esset, adhuc nullam habēt possessionem: Quod enim dicimus hæredes vsufructuarij esse audiendos, & nō posse de facto priuari, vt per *Boer. dec. 28. per gl. & DD. in c. licet Episcopus de prębend in 6.* est sanè intelligendum, quoties per Policarpum dominum non esset per prius trāslata possessio in ipsam Liuiam, eiusque hæredem Aureliam per inuestituram, & constitutum, per quod quidem constitutum vera, & realis possessio in Aureliam translata est, vt iam dixi-

28 mus, succedit iuris regula, quod habens possessionem anteriorem per cōstitutum, & inuestituram, præfertur habenti corporalem possessionē postea quęsitam *Guid. Pap. decis. 22. n. 3. & 122. per totum, Alber. in l. quoties C. de reiuēd. Io. And. in add. ad Specul. tit. de empt. & vend. §. 1. in verb. nota, quod si res, gl.* cōmuniter recepta *in l. ab emptione in ver. constituantur ff. de*

29 *pact.* Vnde cōcludunt DD. possidēti per inuestituram, seu constitutum competere remediū possessoriū retinendæ possessionis, per interdictū vti possidetis, *Faber. in §. in sūma instit. de interd. Cassan. in Consuet Burgund. Rub.*

Rub.7.§.1.Milan.decis.3.nu. 185. *lib.* 1.*optime Intrig.ficulus decis.*42 *nu.*3. Ideoq; Aurelia omni iure est manutenenda in sua possessione, & quatenus reperiretur eiecta, debet per interdictũ vnde vi statim restitui.*l.*1.*§. eijcitur ff.de vi,& vi arm.optimè Guid. Pap.decis.*346. *vers.quartus*, nam qui taliter possidet, hoc est per inuestituram, & constitutum, vtroque remedio potest se tueri, nimirum retinendæ, & recuperandæ per interdicta vti possidetis, & vnde vi, prout superius dictum est.

30 Quadere possidenti virtute constituti, & inuestituræ licitum est intrare possessionem, etiam per violentiam, si ab alio reperiatur occupata. *l. clam possidere* §. *qui ad nundinas, vbi DD.de acqu. poss.* quẽ tex. ita intelligit *Guid.Pap.d.decis.*356.*vers. tertius, Bar. in l. creditores* ex eo tex. *C.de pigno.idemq;in l. fin.C. de edict.diu.Adr. toll.* quem refert, & sequitur *Guid. Pap.d.vers.tertius*, & eo magis virtute licentiæ, & potestatis traditæ per Policarpum ipsi Liuiæ, & successoribus intrandi, & capiendi possessionẽ, eamque retinendi propria auctoritate sine aliqua solennitate, & cum expressa facultate, quod possessio quomodocunq;& qualitercũq;capta intelligatur legitimè capta vigore prædictæ licentiæ eisdem concessę, vt supra retulimus.

Ex quibus satis, superq; fundatum est in iure, & in facto Aureliam filiam, & hęredẽ Liuiæ esse conseruandam, & manutenẽdam, & quatenus opus est, statim esse restiruẽdam in sua debita, & legitima possessione, etiã contra Clericos forte intrusos in possessionẽ facto prætẽsorum hæredum quond. Marij per remedia Constitutionum, & Capitulorum Regni, quæ competunt tam contra clericos inuadẽtes possessionem, quàm etiam contra eos, ad quos possessio vitiosè peruenerit, vt cõcludit *Afflict. dec.* 24.*n.* 4. *in fin.vers.&* per cõsequens. Cętera remittũtur prudentię dominorum iudicantium, quorum est supplere, quæ aduocatis desunt.

31 Ex his fuit lata sententia per S.C.ad fauorẽ Aurelię. Apud Acta Simeoni.



SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas, seu Communitas, eiusq; administratores non possunt vendere bona vniuersalia, seu publica, sine Regio assensu, & Decreto.*

2 *Et in spetie super rebus vniuersitatis non potest constitui census, siue annuus redditus, sine debitis solẽnitatibus, præcipuè vero sine Decreto Principis, accedente vtilitate publica.*

3 *Quod amplia tam in rebus stabilibus, quàm etiam in pecunia, & annuis redditibus ipsius vniuersitatis.*

4 *Non sufficit Præsidis Decretũ, sed requiritur Principis licentia, imo nec Principis licentia sufficit, nisi pecunia sit versa in euidentem vtilitatem Reip.*

5 *Tenetur creditor ostendere pecuniam esse versam in publicam vtilitatem, alioquin Vniuersitas restituitur in integrum aduersus nullitatem obligationis, imo potest repetere quicquid fuerit solutum.*

6 *Promittens impetrare assensum Regium non tenetur, tanquam promittens factum alienum imo tanquam promittens rem impossibilem.*

7 *Ciuitas tenetur si conuocato concilio se obligat.*

8 *Quod declara in Ciuitate libera habente iura imperij, & facultatem legis condendę, secus in subdita.*

9 *Item declara hoc verum, si pecunia soluatur Concilio, vel alijs de spetiali mandato Concilij.*

19 *Item declara si tempore obligationis suberat legitima caussa.*

11 *Item declara si absit dolus, & fraus, alio-*

alioquin nunquã inducitur obligatio.
12 *Dolus ex proposito annullat actum ipso iure.*
Vniuersitas de facili decipitur.
13 *Vniuersitas seu Ciuitas lęsa restituitur infra quadriennium.*
Quod quidem est tempus vtile, & non currit impedito.
14 *Impeditus dicitur, qui non potest commodè agere, impossibile enim habetur, quod incommodè, & cum magna difficultate agitur.*
15 *Quod dicimus ex diuturna solutione vsurarum acquiri ius creditori, limitatur in pupillo, & multo magis in Vniuersitate.*
16 *Item fallit in contractu, cui lex resistit, vtpote in contractu de iure nullo.*
17 *Item fallit in solutione vsurarum facta per vim, & metum.*
Decretum Regia Iuncta, quod Vniuersitates teneantur, si soluerint per 20. annos.
18 *Vbi principalis obligatio est nulla, fideiussor ad nihilum tenetur.*
19 *Fideiussoris loco habetur etiam principalis obligatus, si pecunia ad eum non perueniat.*
20 *Omnes exceptiones competentes principali, competunt fideiussori.*
21 *Fideiussor non potest accedere, vbi nulla subest obligatio.*
22 *Obligatio metu carceris extorta est nulla.*
23 *Testes ciues benè probant pro sua Ciuitate, seu Vniuersitate. Redditur ratio, quia negotium non pertinet ad ciues tanquam singulos, sed tanquã vniuersos, et ad bursam communem.*
24 *Ciues Sacerdotes probant pro sua Vniuersitate, etiam quod negotium spectet ad eos tanquam singulos.*
25 *Ciues semper probant, vbi veritas aliter haberi non potest.*

CONS. LII.

Pro Commune Antij.

ARGVMENTVM.

An Ciuitas, seu Communitas ualeat alienare bona uniuersalia, seu publica, et an in eorũ distractione, siue obligatione satis sit Pręsidis Prouinciæ Decretũ, an vero exigatur Principis placitũ. Et an solius Principis placitũ sine euidenti utilitate sufficiat. Nunquid creditori incũbat ostendere alienationem respicere euidens Communitatis commodum. Et an, & quãdo Communitas conuocato concilio efficaciter obligetur, declarata Bart. doctrina in l. Ciuitas ff. si cer. pet. Quadriennij tempus indultum ad implorandam in integrum restitutionẽ, an currat impeditis agere, & agendi incommodũ excuset. Ex diuturna vsurarum solutione an, & quando quæratur ius creditori aduersus Communitatem, ad intellectum Decreti Regiæ Iunctæ, Fideiussor Communitatis an teneatur, vbi principalis obligatio corruat. Deniq; an & quando Ciues pro sua Communitate iure testificentur.

Vni-

Vniuersitas Terræ Antij, congregato Concilio vendidit D. Alphonso Gaetano de Aragonia annuos duc. 595. pro capitali pretio duc. septem millium super nemore, gabellis,& datijs ipsius Vniuersitatis, sub prætextu, quòd de prædicta pecunia intendebat satisfacere creditoribus,& reemere nonnullas partitas, quæ figurabantur deberi, Et fuit expressè conuentum, quòd ipsa Vniuersitas infra menses tres procurare debuisset interpositionẽ decreti Regij Assensus, aliàs termino elapso, teneretur ad capitale prædictum, & tertias inde decursas, quod quidem decretum Regij assensus non fuit impetratum.

Verum post multos annos Iulius Cæsar Cernechiarius, & Ioannes Dominicus de Balio, asserti procuratores Vniuersitatis prædictæ, vendunt Fabio Barono annuos ducat. 850. super nemore,& gabellis ipsius Vniuersitatis pro pretio duc. 10. mil. ex causa cessionis, prædicto Fabio factę per dictum D. Alphonsum Gaetanũ duc. 7000. capitalis, qui vna cũ alijs ducatis 3000. tertiarum (vt asseritur) decursarum, summam faciũt. duc. 10. mil. in quo quidem instrumento prædicti asserti Procuratores promiserunt ratificationem Syndici, Electorum, & nonnullorum particularium designatorum.

Subsequitur instrumentum ratificationis, factę per Syndicum,& Electos,& illos particulares, qui quidem particulares noscentes iniustitiam pretensi debiti, renuerunt se obligare, ac tandem coniecti in carcerem per vim, & metum carceris se obligauerunt, vt inferius demonstrabitur.

Cumque vigore talis instrumenti Iulius Baronus pretensus creditor, vti frater,& heres prędicti Fabij, processisset in Regia Audientia Basilicatæ ad incusationem,& liquidationem contra Vniuersitatem, seu particulares prędictos, fuit pro parte Vniuersitatis, dictorumq; particularium appellatum ad Magnam Curiam, & instãtum pro nullitate liquidationis ex defectu decreti Regij assensus.

Et seruatis seruandis, audito pretenso creditore, per M.C. fuit declarata liquidatio nulla, & prouisum, quod pro causa prædicta Vniuersitas, & particulares Terræ Antij non molestentur ad instantiam Iulij Baroni, nec pro debito, nec pro pœna.

Quibus sic stantibus, Vniuersitas, & particulares prædicti adeuntes Sacrum Concil. per viã principalis petitionis petierunt absolui, & liberari à pretenso, & figurato debito duc. 10. mil. capitalis, annullato contractu,& condemnari Iulium Baronum, pretensum creditorem, etiam vti hæredem quondam Fabii eius fratris, ad restituendum quantitates indebitè solutas, stante nullitate obligationis ob defectum Regii assensus.

Pro iustificatione talis petitionis considerare oportet, venditionem prædictam annuorum duc. 595. pro pretio ducar. 7000. factam ab Vniuersitare,& Communi Terræ Antii super nemore, gabellis,& datiis ipsius Vniuersitatis ad beneficium quond. D. Alphonsi Gaetani, & consequenter secundam venditionem duc. 850. pro pretio aliorum duc. 3000. tertiarum, ad complementum duc. 10. mil. capitalis in beneficium Fabii Baroni cessionarii, esse nullã, & nullius momenti.
1 Absolutum est enim in iure non posse per communitates, eiusq; administratores fieri venditionẽ rerum vniuersalium, & publicarum absque Regio assensu, *tex. est in l. vlt. C. de vendend. reb. Ciuit. lib. 11. vbi Luc. de Penn. Iac. Rebuff. Ioan. de Plat. & cęteri. per Bal. & Castr. post glos. in l. centinuus. §. cum quis ff. de verb. oblig.. Greg. Lopez par. 5. tit. 11. l. 55. glos. 2. Alex.*

Alex.conſ.1.vol.4. Capyc.deciſ.93. nu.
2 *1. & 2.* & in ſpecie non poſſe ſuper rebus Vniuerſitatis conſtitui annuum cenſum, ſiue redditum, niſi adhibeantur debitæ ſolennitates, & præcipuè conſenſus Principis,& euidens vtilitas Reipub. tradit *Foller. in pragm.de cenſib.verſ.huiuſmodi cenſus num.24.* quem ſequitur *Felician. eod. tit. lib.2.cap.3. Benedict. Bon. eod. tit. cap.18.Gaſp.Roderi. de ann.reddit.lib.*
3 *1.q.14.*Qui ampliant huiuſmodi cõcluſionem, nedum ad immobilia deſtinata ad vſum publicum,vt paſcua, nemora, ſyluæ, montes, & id genus prædia,cęteraque bona ſtabilia; Verum etiam ad pecunias, & redditus
4 vniuerſales. In quibus diſtrahendis, ſiue obligandis concludunt non ſufficere Præſidis decretum, ſed neceſſariò requiri licentiam Principis per *tex.in d. l.fin.* Quinimò neque ſolam Principis licentiam ſufficere ad obligandam communitatem, niſi pecunia mutuata ſit verſa in eius euidentem vtilitatem,dicit *gloſ. notab. ex eo tex.in Auth.de alienat.& empbyteu. §. ſi vero quis aut Epiſcopo, in verb. profecerunt per DD.in ſpecie Angel.& Fulgoſ.in l.Ciuitas ff.ſi cert. pet. Innoc. & Hoſtienſ.in c.1.de depoſit.* quos refert, & ſequitur *Alex. in d.l.Ciuitas nu. 12.*
5 *Rodoric.loco cit.num.63.*Debet autem prætenſus creditor oſtendere, eique incumbit onus probandi pecuniam eſſe verſam in vtilitatem Communitatis,& Reipub.*gloſ.in d.l. Ciuitas,*cõſocia *in d § ſi vero,aut Epiſcopo, Auth.de alienat.& emphyteu.Eſt tex.in l.1.& 2.priori tit.C.ſi adu.credi* qui licèt loquatur in minore, idem tamen iuris eſt in Vniuerſitate, in qua ſunt plures minores, *tex.in l.Rempub.C.de iur.Reipub.lib.11.Bart.in l.1. §.fin ff. quod cuiu. Vni. nom.* Quicquid *Anna ſing.620.* cuius opinio nõ eſt tuta, vt ex ibi additis per Fabium filium, & tanto minus in Vniuerſitate, quæ de facili circumuenitur, & decipitur, vt infra *nu.12.*

Alioquin aduerſus huiuſmodi vẽditionem poſſe Vniuerſitatem reſtitui,dicit *tex.in l.Reſpub.vbi Cyn.Bald. Iaſ. Butrie. & Petr. de Bellaper. C. ex quib.cauſ.maior.d.l. Rempub. C.de iur. Reipub.lib.11. Azo. in ſumma C.ſi aduerſ.vſucap.in fin.Alberic.*ex eo tex.*in l.1.C de offic.eius, qui vic.alter.ger.Io. Andr.in c. 1. de reſt. in integr. Alex. d.conſ.1.uol.4.Dec.conſ.42.in fin.* & ita ſeruari in practica teſtatur *Afflict. q. 5.principal.in prælud.Conſtit. Regni.* Et in ſpecie poſſe,nedum huiuſmodi vẽditionem infringi, & annullari, ſed etiam ſolutum repeti, vt in caſu noſtro ſcribit *Ioa.de Plat.in d. l.fin. n.3. Ben. de cenſ. d.c. 18.* cum cæteris per eos cumulatis.

6 Nec quicquam refert, quod Vniuerſitas promiſerit impetrare regium aſſenſum: nam talis promiſsio non obligat: promittit enim factum alienum, & quod eſt impoſsibile, cum hoc pendeat à Regis voluntate,*vulg. l.ſtipulatio iſta, & l. inter ſtipulantem in princ.de uerbor.oblig.l. ſicut,ff.de fideiuſſ.* & in propriis terminis, quòd promittens impetrare Regium aſſenſum,ad nihilum teneatur dicit *Afflic. in c.Imperialis de probib.feud alienat. per Lothar.nu.13.*

7 Et licet *Bart.in d.l.ciuitas,ff.ſi cert. pet.in princ.* videatur velle, quòd Ciuitas efficaciter obligetur, ſi contrahat conuocato concilio; hoc tamen non militare in caſu noſtro ex his, quæ ſubnectentur patebit.

8 *Primò* quia dictum Bartoli procedit in Ciuitate libera, habente iura Imperii, & abſolutam facultatem legis condendæ,vt ipſemet *Bart.innuit;* ſecus verò in Ciuitate ſubiecta, vt in caſu noſtro, prout ſic intelligit *Alex. in d.l.ciuitas n.20.in fin.* quem ſequitur *Gregor.Lopez par.5.tit.1.l.3.gloſ.6*

9 Secundo Bartolus loquitur, cum pecunia ſoluitur Concilio, vel alteri de ſpeciali mandato ipſius Concilii, vt expreſsè dicit ibi *nu. 7.* At in caſu

noſtro

nostro pecunia fuit soluta per prætensum creditorem nonnullis particularibus sub simplici,& figurata assertione,quod id faciebat de ordine à Syndico sibi dato.

10 Tertio doctrina Bartoli posset procedere,vbi subesset causa, & occasio recipiẽdi mutuum, vtpote, si tẽpore mutui vigeret aliqua necessitas,quod ipsemet *Bart.*fatetur *num.* 13. Cum quo conueniunt *Cyn.Iacob.de Arena, Salycet.Castrens.Roman.* quos refert, & sequitur *Alex.in d.l. Ciuitas nu.*11. At in casu nostro contrarium abundè fundatum est.

Ideoque ex ea falsa causa, & figurata assertione in fraudem pauperrimæ Vniuersitatis redditur instrumentum ipso iure nullum, vt post *Dyn. notant DD.ex eo tex.in l qui testamento ff.de excusat.tutor.Angelus conf.*144

11 Quarto dictum Bartoli potest procedere,vbi absit dolus, qui ab omni dispositione videtur exceptus *l. non solum* 2.*§ fin.l. Aurelio §.*1.*ff. de liber. legat. l.quidam decedens, vbi Bart. & DD ff.de admin.tutor.l.creditor §. Lucius.ff.mand. Alex.conf.*62.*lib.*4.*& cõs.* 164 *lib.*5.*Bald.conf.*40. *lib.*1. vbi dolum in nulla latitudine includi notabiliter scriptum reliquit. At in casu nostro,quis non videt potentiores illos ciues omnia per dolum, & fraudem fuisse machinatos ad vsurpandum bona Vniuersitatis? vt ex probationibus liquet, *arg. l. illicitas ff. de off.præs.l.fi.C.de his, quæ vi.met.ca.*

12 Quinimò in casu nostro apertus dolus ex proposito, qui quidem dedit causam obligationi, annullat cõtractum ipso iure *vulg. l. & eleganter, vbi latè DD.ff. de dol.* Posse autem facillimè decipi, & circumueniri pauperculas Vniuersitates tradit *Alex. in d.l.Ciuitas in prin.ff.si cert.pet.*

13 Quintò nemo vnquam negauit vniuersitatem saltem restitui; siquidem appareat læsa, vt iam dictum est,& habetur per *Dec.in d.conf.*42.*in fin.* hisce verbis, *Et quando prædicta non haberent locum, ne Ciuitas Suana, & Respub. pateretur damnum, competit sibi restitutio in integrum. l. Respub. C. ex quib. caus.maior.Quæ lex secundum communem opinionem habet locum in qualibet Ciuitate, vt ibi tenet Bart. & Salycet. post glos. facit tex in l.* 1.*&* 2.*C.de offic.eius,qui vic.alter.Nec obstat, quòd sit elapsum quadriennium, quod datur ad petendum restitutionem l.fin. C. de tempor. in integ. rest. pet. Nam tale tempus est vtile à principio (quia nõ incipit currere nisi remoto legitimo impedimento iuris, vel facti) d. l. fin. ita Bald. decidit in l. falsam C. si ex fals. instr. Card. in Clemen.*1.*quæst.*25. *de in integr. resti.* Quod optimè facit ad casum nostrum; quoniam de prædicto quadriennio vtili excipitur omne legitimum impedimentum,vt expressè dicit *tex. & ibi Bald. post Glos. in d. l. fin.* Et in facto nostro plenissimè fundatum est, quòd quandiu vixerunt illi potentes, qui pecuniam imbursarunt, ne ipsorum fraus detegeretur, ac etiam ne molestarentur tanquam fideiussores, & insolidum obligati procurauerunt solutionem tertiarum per vim, & potentiam; adeò quòd non potuit Vniuersitas agere: illis verò mortuis statim Vniuersitas conuolauit ad M. C. annullando liquidationem instrumenti,factam per prætensum creditorem in Regia Audientia,& postea ad S. C. petendo nullitatem contractus.

14 Succedit iuris regula, quòd, non valenti agere impedimento iuris, vel facti,non currit præscriptio. *l.*1. *§. ne autem, vbi Bald. not. C. de anna. except.* Et in proprijs terminis, quod vel etiam, qui potest agere, sed non commodè restituatur in integrum, dicit *Bald. in d. §. ne autem vers. nota, quòd impedito,* per *tex. notab. in l. & Attilicinus.ff. de seruit.rust.præd.* Id.n. possumus,quod commodè possumus *l.nepos Proculo ff.de ver. sign.notat glo. singul.*

singul.in l.Senatusconsulto, ex eo tex.in ver. restituerentur ff. de offic. Præsid. Impossibile enim habetur, quod in commodè, & cum magna difficultate agitur *l.si vehēda ff. ad le.rho.de iactu* Bar. *in l. quæsitum ff. de re iudi. idemque in l. si homo in princ. ff. de verb.signi. Meno.de Arb.iudi.lib.2.casu 237.nu.24.arg. l.impossibilium, vbi Det.& DD ff.de reg.iuris.*

Quadere nihil facit, quod Vniuersitas soluerit tertias per aliquos annos;nam præterquam hoc negatur, cum potius fuerint solutæ per vim, & potentiam illorum particularium, contra expressam voluntatem Vniuersitatis, ipsa reluctante, conquerente, & impedita agere, vt iam dictum est;dato quòd sic esset, non per hoc infertur aliquod præiuditium ipsi

15 Vniuersitati. Quod enim dicimus ex diuturna solutione vsurarum acquiri ius creditori, fallit in pupillo, & multo fortius in vniuersitate, in qua sunt plures pupilli, & miserabiles personæ, vt superius diximus, *tex. est in l. cum de indebito, vers.si autem ff. de probat. Bald.& Abb. in cap.fin.de caus.poss. &*

16 *propri.* Præterea quod dicimus per longum tempus solutionis vsurarum acquiri ius, procedit in contractu, qui non sit contra formam iuris: cæterum vbi lex resistit contractui, vt in casu nostro, in quo obligatio, vt diximus, est de iure nulla, nunquam per solutionem vsurarum potest intelligi quæsitum aliquod ius credi-

17 tori *cap. 1. de præscript.lib.6. Abb.in c. peruenit in fin.de censib.Bart.in l. cum de in rem verso col 1. ff. de vsu. Bart. Bald.Alex.& cæteri in l.si certis annis, ex eo tex.C.de pact.arg.l.rem alienam ff. de contr. empt.* quā ad hoc expēdit *D.Reg. de Pont.de Regal.impos.§.7 nu. 4. de Pot. Proreg.sentit glos. in d l. cum de in rem verso.* cum dicit in pacto nudo nunquam intelligi quæsitum ius creditori, vt in casu nostro, in quo nuda, & nulla pactio dici potest, quæ caret approbatione ciuili, vt pote, vestimento Regij assensus, vt habetur per *glos. & DD in l. iuris gentium §. sed cùm nulla. ff. de pact.* tempus enim non est modus inducendi obligationem, vbi nulla subest de iure obligatio, vt in casu nostro *vulg.l. obligationum ferè §.placet de action. & obligat.* Nec quicquam obstat Decretum Regiæ Iunctæ sub anno 1615. per quod fuit decisū quod vbi Vniuersitas soluerit tertias per viginti annos, ex eo tēporis cursu præsumatur Reg. assēsus, adeo q Vniuersitas sit efficaciter obligata, nā tempus 20. an. nondum est expletum, imò nec hora est elapsa, stante solutione facta per vim, & metum, vt plenissimè est probatum.

Verumtamen quia per procuratorem ex aduerso non aliud replicabatur aduersus nullitatem liquidationis, nisi quod procedebatur contra particulares obligatos, non autē contra Vniuersitatē, quasi diceret debitū esse nullum respectu Vniuersitatis ex defectu Regij assensus, sustineri tamē respectu particularium obligatorum.

18 Ad hoc facilis est responsio, si quidem de iure ad nihilum tenentur ipsi particulares, vbi principalis obligatio Vniuersitatis est nulla *l. qui cō-*

19 *tra ff de fideiussor.* habentur enim loco fideiussorum, cùm certum sit pecuniam ad eos non peruenisse *Bart.in l. in duobus.§. 1. q. 7. ff. de duob. reis Hippolyt de Marsil. singul. 2.idemq;in rubr.de fideiussor.n. 65. & 370. Guid. Pap.decis.570 nu.6.* imo sunt expressi fideiussores, vendunt enim super nemore, & gabellis Vniuersitatis, ex his, quæ scripsimus *cons.47.nu.3.*me-

20 ritò omnes exceptiones, quæ de iure competunt Vniuersitati, competunt et ipsis particularibus fideiussoribus. *l.exceptiones.§.rei l.omnes.ff.de exception.l.defensiones C.eod. l. si testamento*

21 *ff. de fideiuss.* Ideoq; cùm principalis obligatio sit nulla, quia constituitur census super eo, quod non debetur:

T quo

quo casu vsurarius est contractus iuxta formam Bullarum, vt per *Foller. in pragm. de censib. vers. huiusmodi census,* consequens est, vt & accessoria obligatio corruat, fideiussor enim nō potest accedere, vbi nulla subest obligatio. *tex est in d.l.qui contra, & l.si sub impossibili ff.de fideiussor cumq. lex venditionibus occurrere voluit, fideiussor quoq; liberatur*, verba sunt *tex.in l.cū lex ff.de fideiuss. per Gome. var.resol.tom.2 cap.12.de fideiussor.*

22 Quid plura? obligatio illorum particulatium fuit extorta per vim, & metum carceris: cum enim renuissēt fideiubere, & se obligare, noscentes iniustitiam obligationis, fuerunt per potentiam illorum particularium, qui pecuniam imbursarunt, coniecti in carcerem, quo per multos dies defatigati, ne perirent, tandem coacti se obligarunt in manu Notarij stantis in ianua carceris ad recipiendam obligationem.

Quo quidem casu obligatio est nulla tex. est ad literā *in l. qui in carcerem ff.de eo, quod met.caus. vbi Qui in carcerem, quem detrusit, vt aliquid extorqueret, quicquid ob hanc causam factum est, nullius momenti est.*

23 Testes verò, qui hæc omnia deposuerunt plenissimè probant pro Vniuersitate, non obstante quòd aliqui ex eis sint ciues, nam negotiū, de quo agitur est vniuersale, & pertinet ad ciues, tanquam ad vniuersos, non tanquam ad singulos; & ad bursam, seu cassam communem, quo casu ciues efficaciter probant pro Vniuersitate, vt refert *Capyc.dec.152. post num.5.ver.secus si effectus, & ante ipsum per Affl decis.400.nu. 1. & seq.* Nam debitū Vniuersitatis nō est debitum singulorum *l. sicut.§.1. ff.quod cuiu.vni nom.gl.in l. 1. in fin.ff.de coll. ill. Affl loco cit. nu. 2.* & tanto magis, quia vltra tres testes exteros terrarū Caluelli, & Abriolæ omni exceptio-

24 ne maiores, producūtur quinq; ciues Sacerdotes, qui plenè probant, etiam quòd negotium pertineret ad singulos. *Butr.in cap. cum nuntius de testib. Card.in cons.102.* & ita decisum refert

25 *Anna sing ul. 82.* Et eò maximè, quia multa sunt probata, quæ non potuissent sciri, nisi per ciues, & intrinsecos, quo casu efficaciter probant, cùm alioquin veritas haberi non posset *l.consensum.C.de repu. l. quoties C. de naufrag.lib.12. Abb.in cap.tertio loco. de probation.* cum cęteris allegatis *per Affl.in d.decis.400 in prin. vers.dicendum,* & nouissimè *per Farinac.de testib.q.6.illat.17.num.421.cum seq.* Cætera Iusdicentium prudentiæ remittuntur, quorum est supplere, quæ aduocatis desunt.

In hac caussa deuentum est ad transactionē inter partes, & pro prætenso credito ducat. viginti millium, & vltra, inclusis tertijs, & interesse, creditor remansit contentus de minima quantitate, quæ re vera videbatur versa in vtilitatem vniuersitatis, super qua transactione S. C. de æquitate suum interposuit Decretum. Penes acta Simeoni.



SVMMARIVM.

1 *Arbor, seu cognatio familię Saracenę ex Gabriele Torellę, & Girifalchi Domino.*

2 *Ius gaudendi Sedilis honoribus præsumitur in familia antiquum, & originarium.*

3 *In dubio pro admissione ad ordinem, siue collegium est pronunciandum.*

4 *Transuersales non demonstrata possessione stipitis, an sint admittendi.*

5 *Nobilitas familiæ Saracenę.*

6 *Caius Marius Saracenus Baro Girifalchi ante Reges huius Regni.*

7 *Monumenta, siue antiquæ inscriptiones, & dicta Historicorum de iure probant.*

No-

8 *Nobilium est gaudere in patria nobilitatis prærogatiua, atque ita in dubio præsumendum, vel etiam si iura videantur aduersari.*

9 *Iuris præsumptio transfert onus probandi contrarium in partem aduersam.*

10 *Antiquę domus familię Saracenę in Nidi regione &c.*

11 *Quoties in Ciuitate sunt diuisi honores nobilium in pluribus quarterijs, seu regionibus, vnusquisque nobilis gaudebit in suo territorio.*

12 *Et ad hoc antiqua consuetudo Ciuitatis Neapolitanę hactenus non perpensa.*

13 *Absentia à Ciuitate honores Patritiatus non tollit.*

14 *Potissimum vero vbi constat de animo absentis. Animus enim non corporis præsentia facit ciuem.*

15 *Per coniunctos eiusdem familię seruatur ius patritiatus.*

16 *Iuribus quę sunt facultatis ex non vsu non infertur præiudicium.*

17 *In his, quę generis sunt maiorum negligentia posteris non pręiudicat.*

18 *Decisiones in consimilibus factis.*

19 *Sententia Sacr. Reg. Concil. Auctore vix quindenni patrocinante.*

20 *Admonitio in iurgantes, & Iudices de huiusmodi caussis, inque cęteros veram originem, & agnationem, atque adeo seipsos mentientes.*

CONS. LIII.

Pro Barone Andrani.

ARGVMENTVM.

Arbor, seu cognatio familiæ Saracenæ Baronum Andrani ex antiquis Baronibus Torellæ, & Girifalchi, quæ tanquam originaria Neapolitana fuit reintegrata ad honores Plateæ Nidi per sententiam Sac. Reg. Concil. Neapolitani. Familiarum originalitas, eiusque argumenta, & effectus latè recensentur, & examinantur. Antiquæ ædes in Regione plateæ an tribuant ius gaudendi, ad quod ponderatur vetus cōsuetudo Ciuitatis.

IOannes Thomas Saracenus Baro Andrani, Marcellus, Franciscus, Annibal, & fratres de Saraceno petunt in Sac. Concilio reintegrari in possessionem, & honores Sedilis Nidi, in quo ad præsens gaudent cæteri de familia Saracena actoribus coniuncti, qui omnes descendunt à Gabriele Saraceno communi stipite.

1 Gabriel Saracenus stipes Torellæ, & Girifalchi dominus habuit duos filios, Ginettum primogenitum, & Ioannem Antonium secundogenitū communiter dictum *lo Barone*, quòd Regis munere adeptus fuerit castrum Andrani in prouincia Hydruntina.

Ex Ginetto primogenito natus est Michael pater Sigismundi Saraceni, qui fuit vnus ex quinque Nidi in anno 1520. Quæ omnia verificantur ex releuio, quod prædictus Sigismundus soluit ob mortem Gabrielis Saraceni eius proaui.

Ex Sigismundo orti sunt complures filij, inter quos Illustriss. Cardinalis Saracenus, Fabritius pater D. Sigismundi Archiepisc. Materensis, & Annibal auus DD. Ioannis Michaelis, & Sigismundi, qui ad præsens gaudent, & potiuntur Sedilis honoribus.

Ioannes Antonius Baro Andrani secundogenitus Gabrielis stipitis procreauit Ioannem Alfonsum, ex quo nati sunt duo filij, nempè Ioannes

nes Thomas primogenitus, & tertius Baro Andrani, necnon Ioannes Baptista secundogenitus.

Ex Ioanne Thoma primogenito ortus est Ioannes Camillus.

Qui Ioannes Camillus quartus Baro Andrani ex Iulia Carrafa filia Comitis Sanctæ Seuerinæ habuit Ioannem Michaelem patrē Ioannis Thomæ præsentis Baronis Andrani Actoris.

Ioannes Baptista secundogenitus Ioannis Alphonsi ex Isabella Palagana suscepit Ioannem Antonium primogenitum. Item Marcellum Actorem, & Ioannem Berardinum patrem Francisci pariter Actoris.

Ioannes Antonius filius Ioannis Baptistæ cum Erina Capycia habuit Annibalem, Aloysium, & Horatium fratres præsentes Actores.

Ex quibus liquidissimè constat ex Gabriele Saraceno stipite descendete Sigismundum vnum ex quinq; pro platea Nidi in anno 1520. descēdere etiam D. Ioannem Thomam Baronem Andrani, & cæteros actores, necnon DD. Ioannem Michaelem, & Sigismundum, qui ad præsens gaudent sedilis honoribus.

2 Quicquid actoribus opponi posset in eo consistit, quòd non appareat Gabrielem stipitem fuisse gauisum sedilis honoribus, ad quod respondetur hoc de iure minimè esse necessarium, siquidem tale ius gaudendi præsumitur in familia antiquum, & originarium, vnde si per sedile opponatur de aggregatione illius lineæ, quæ modò gaudet, debet ipsum sedile hoc demonstrare, etenim Sigismūdus Saracenus vnus ex quinque Nidi præsumendus in dubio antiquus, & originarius, quod pariter de eius maioribus est intelligendum, vt semper excludatur allectio, nam familia in Ciuitate, aut est originaria, aut allecta, siue aggregata *l. Ciues C. de incolis lib.* 10. non constat de allectione, nec de ea quicquam est præsumendum, cum facti si, ex regula *tex in l. si emancipati vbi Iason. C. de collatio.* ergo originaria, & propterea, vbi non apparet de aggregatione, cluis est intelligendus de antiquo, & originario *l. 1. vbi glo. ff. de tutor. & curat. datis ab his*, quam ad hoc allegat *Bald. in authen. & omninò n. 23. & 34. C. ne vxor pro mari.* sed melius *glo. & idem Bald. in l. ciues num.* 4. *C. de appellat.* & post alios optimè *Grammat. in cons.* 5. *in causa Magnifici, & strenui militis* per totum, *& in cons.* 23. *in causa vertente nu.* 6. cuius rei ea est ratio, quòd patriciatus originis dicatur competere ex causa naturali, necessaria, & immutabili, patriciatus verò allectionis ex causa contingenti, & voluntaria *l. assumptio ff. ad municip. l. origine C. de mun. & originar. lib.* 10. *Bar. in l. fi. ff. de colleg. illic.* succedit iuris regula actum in dubio tribuendum potius causæ naturali, & necessariæ *l. fideicommissum ff. de condit. & demonstr. l. miles §. fin ff. ad l. Iul. de adult. glo. in l. vendicatio ff. de rei vendit.* Hinc *Bald. in l. 3. §. hęc verba ff. de negot. gest.* quē sequitur *Alex. in cons.* 160. *an ille lib.* 5. videtur magnopere dubitare num allectus dicatur verè, & propriè ciuis. Item quia potior est causa antiquæ originis *l. 1. C. de incolis lib.* 10. *est glo. in l. 1. in vlt. verbis C. de municip. et origin. eod. lib. Alex. cons.* 34. 5. *vol.* & in iure longè est clarissimum dispositionem in potiori, & magis proprio significatu accipiendam *l. ex ea parte §. in insulam ff. de verb. obligat. l. 1. §. si is qui nauē ff de exer. actio. Alex. cons.* 4. *vol.* 4. Rursus patriciatus originis, & allectionis in eo differunt, quòd primus de iure communi, & generali, secundus verò de iure speciali, & ex priuilegio competit *d. l. ciues, vbi DD.* & in dubio quis nescit rem potius censendam attenta dispositione iuris cōmunis, & generalis *tex. est in l. fin. C. de his, qui ven. æta. impetr.* quare ag-

gre-

gregatio, vt quid contingens, & de iure speciali competens non debet esse in consideratione ex regula *tex. in d.l.fin. Decius consi.75. in causa magnifici vlt. col.* faciunt dicta per *Affl. deci.257.num.4.*

3 Nec omiserim in dubio pro admissione ad Collegium: & ordinem præsumendum, & pronunciandum, vt voluit *Bald. in cons.183 statu. ciu. Veron. lib.2. facit tex. in l. generaliter §. r. ff. de decurio, per Federicum Viualdum in suo singul. responso pro Camillo Villanoui.27*

4 Quid plura? hoc in specie firmat *Affl. in consti. intentionis nu.30. de illic. port. armorum*, vbi concludit transuersales, etiam non demonstrata possessione stipitis debere admitti ad honores sedilis, dum tamen sint personæ nobiles, & descendant ab eodẽ stipite, à quo cęteri, qui gaudent, subdens ita fuisse indicatum pro quadã familia, quæ per istos terminos fuit reintegrata in sedile Nidi, *concord. Tiraq. de nobilit. cap.17. nu.1. & seq. & cap.37. nu.14. Federic. Viual. in pręall. resp. nu.10. & 11.*

5 Accedat nobilitas actorum, ipsoruitique maiorum fundata in antiquissimo dominio feudorum, & vasallorum, atque in matrimonijs contractis cum nobilissimis familijs, præsertim eiusdem plateæ Nidi, in quo superuacuum esset insistere, cum ex arbore, & toto processu hoc liquidissimẽ constet.

Item; & fortius si hoc est verum in dubio, vt familia præsumatur originaria, non autem allecta, quanto magis erit verum in casu nostro, vbi demonstratur Actorum familiam esse antiquissimam, & originariam Neapolitanam, etiam à tempore, quo non erant sedilia, & non aliter aduentitiam, cum non legatur aliunde descendere, nec vnquam alibi fuisse gauisa, planè in Originario quid est opus allectione? constat enim quadringentis, & quinquaginta ab hinc annis Saracenam familiam fuisse in Ciuitate Neapoli nobilem, & illustrem, vt ex publico documento, in

6 quo legitur *Caius Marius Saracenus Dei gratia Baro Girifalchi, & aliorum Castellorum, &c.* quod quidem Castellum Girifalchi fuit postea possessum per eius descendentes vsque ad Gabrielem stipitem, eiusque filios, nepotes, & deinceps ad nostra vsque tempora, qui Caius Marius fuit Neapolitanus, vt apparet ex antiquissima inscriptione in Ecclesia Diui Leonis in terra Torellæ iam diù possessa per familiam Saracenam, imò à tempore, quo in Regno Neapolit. non erãt adhuc instituti Reges ad nostram vsque ætatem, quod etiam testatur *Terminius in Apologia trium sedilium in vltimo opusculo*, in qua inquam Ecclesia legitur, *Caium Marium Saracenum Neapolitanum, &c.* & ibidẽ *Robertum Saracenum de nobili genere Neapolitano anno Domini 1217.* qui Robertus Saracenus fuit filius Ioannæ Caracciolæ.

7 Et ipse Gabriel Saracenus stipes appellatur Neapolitanus, vt patet ex antiqua inscriptione in eadem Ecclesia, quæ antiquæ inscriptiones, & dicta Historicorum faciunt de iure plenam, & indubitatam fidem *cap. cũ causam vbi glo extra de probatio. Bar. in l. monumẽtorum ff. de relig. & sumpt. fun. Bald. in l 1. per illum tex. ff. de off. questor. habetur per DD. in l. 1. ff. si cert. pet.*

Vnde cum familia sit antiqua, & originaria Ciuitatis præsumitur etiã originariè, atque ex primis illis temporibus fuisse gauisa, quãdoquidem in originarijs nulla cadit allectio, *d.l.*

8 *Ciues, vbi glo. & DD.* Est enim proprium nobilibus, & in primis debitum gaudere in propria Ciuitate nobilitatis prærogatiua, atq; ita in dubio præsumendum *§. si qua verò auth. de defens. Ciuit. l. filios C. de munici-*

cip. & origin. lib. 10. Bald. in l. si non speciali 2. colum. C. de testam. Aret. cons. 77. & nouissimè *D. Io. Fr. de Ponte cons.* 107. *lib.* 2. edito post hæc à me scripta, ac typis tradita, quod eatenus est verum, vt de iure ciuis, & patritius nunquam intelligatur fraudatus honoribus in propria patria, etiam legibus quantumcumq; generaliter aduersantibus, & contra statuentibus *tex. est not in c. fundamenta vers. hac irrefragabili, iuncto* S. *fin. incip. vt autem ciues de elect. lib. 6.*

Ex quibus Actores satis habent intentionem fundatam, Gabrielē Saracenum stipitem fuisse gauisum sedilis honoribus, quod si per aduersarios negetur, ipsi probent, ex regula *tex.*
9 *in l. 2. ff. de prob.* quoniam ex allegatis præsumptionibus transfertur onus probandi contrarium in ipsum sedile *l. generaliter* S. *si petitum ff. de fideicom. liber. l. nuptura ff. de iur. dot, Dec. in l. 2.* S. *mutui datio nu* 15. *ff. si cert. pet. idem cons.* 540. *num.* 11. *Gozad. cons.* 50. *nu.* 16. *Couar lib. 2. varia. resol. c. 6. Menoch. cons.* 21. *in prin.*

10 His amplius Gabriel Saracenus stipes non solum præsumitur fuisse gauisus sedilis honoribus, ex eo quòd familia est antiquissima, & originaria Neapolitana, sed quod magis est, hoc ipsum præsumitur, imò probatur ex eo, quòd habuit antiquas domos in regione Nidi, & propriè vbi nunc habitat Ill. Dux S. Agathæ, quæ positæ sunt in regione, & quarterio sedilis Nidi, quinimò longè ante hæc tempora sub Federico Sueuo Imperatore, & Neapolis Rege Matthæus Saracenus Torellæ Dominus possedit domos in eadem regione Nidi, quas donauit Monasterio Sanctorum Seuerini, & Sosij, & in præsentiarum Ioannes Thomas Saracenus Baro Andrani Actor possidet antiquas, & hæreditarias domos propè sedile, & propriè iuxta palatium Ill. Marchionis Lauri.

11 Præsumendum itaque ex prædictis Gabrielem stipitem proculdubio fuisse gauisum sedilis honoribus, quoties enim honores sunt in Ciuitate diuisi in pluribus quarterijs, prout est videre in sedilibus Ciuitatis Neapolis, quilibet nobilis debet gaudere prærogatiua suæ nobilitatis in quarterio, in quo habitat *Bart. in l. 1. 2. col. ff. ad municip.* & ita in dubio tenendum, cum aliter ciuis diceretur grauari *l. in ecclesijs C. de episc. & cler. l. eius qui, la seconda* S. 1. *ff. ad municip. c. nullus* 61 *dist. cap. hortamur* 71. *dist. c. vlt. de parroch. Ias. in l. fin. num.* 11. *C. de iure emph. Ancbar. cons.* 171. *num.* 6. *D. Io. Fr. de Ponte cons.* 107. *lib.* 2. & nouissimè *D. Scipio Rouitus cons.* 83. Igitur quonam pacto erit credendū, vt Gabriel Saracenus nobilissimus Baro, & patritius Neapolitanus habens antiquas domos, & habitationem in quarterio sedilis non fuerit illius honoribus gauisus? quod, & iura, & ipsum factum omninò suadent.

12 Id ipsum irrefragabiliter probatur ex antiqua consuetudine Ciuitatis Neapolis iuribus consona, *vt nobiles*, imò etiam nobiliter viuentes, ac etiam exteri, & aduentitij habitantes in quarterio sedilis essent de sedile (quicquid postea in eam, quam videmus restrictionem res deuenerit) quapropter eo ipso, quo per Actores probatur Gabrielem Saracenum stipitem duxisse antiquam habitationem in sedile, & eius regione, est etiā ex necessaria consequentia probatū sedilis honoribus fuisse gauisū, quod patet ex regio Archiuio Syclæ in *Regestis anni* 1296. *decima ind littera A. fo.* 122. & *in Regestis anni* 1269. 13. *ind. littera S. fo.* 151. & *fo* 38. vbi mandat Rex Carolus Primus, quod cum quidam Ademarus de Nuceria honorificè viueret in equis, & armis deberet communicare cum militibus illius plateæ, in qua habitabat, iuxta antiquam consuetudinem Ciuitatis Nea-

Neapolis,cuius rei ea est ratio, quòd propria domus,& habitatio in quarterio, & regione plateæ, siue sedilis tribuebat ius habitanti illius honoribus gaudendi, vt expresè dictant postrema verba Regis in prææallegato Registro,quorum tenor. *In præmissis mandamus,vt cum militibus plateæ, in qua habitat communicet,et contribuat, iuxta huiusmodi antiquam consuetudinem Ciuit. Neap maximè cum in Ciuitate prædicta domos, & possessionem emerit à quodam milite, qui semper cũ militibus eiusdem plateæ communicauit,& contribuit in omnibus, &c.*

Hoc etiã testantur Rogerius Pappãsogna,& Dionysius de Sarno nobiles Neapolitani in Chronicis,quę apparent pręsentata in S.C.in processu nobilium de Guarracino cum sedile Montaneæ in Bancha Ciuitellę, ex quo patet, talem consuetudinem in posteris viguisse,quod etiam colligitur ex prædicto Archiuio Syclę in Regestris anni 1423 littera A.fo.298. vbi legitur qualiter congregabantur in sedile summę plateæ nobiles illius plateæ,& qui in ea habitabant. Porrò Neapolitana nobilitas tunc temporis distinguebatur in compluribus plateis, quæ tandem ad quinque redactæ sunt, quas modò habemus, & vocamus sedilia, vt patet ex *capitulo Regni contra rapientes Virgines sub colore matrimonij*. De quo latius scripsimus in *Historia Neapolitana*.

Quis igitur sanæ mentis affirmabit Gabrielem Saracenum patritium nobilissimum non fuisse gauisum sedilis honoribus,cum in eo antiquam habuerit in proprijs ædibus habitationem,cumque eius posteri, & descendentes in præsentiarum sedilis prærogatiua gaudeant,& potiantur? Nec mirum si cęteri descendentes, quippè Actores non reperiantur in possessione gaudendi,hoc enim contigit ex absentia à Ciuitate Neapoli in terrã Hydruntinã,vbi actores ipsi, eorumque maiores per multos annos sunt commorati, occasione Castri Andrani,aliorumq; feudorum, &
13 bonorum,quæ ibi possederunt, & licet absentes fuerint, nunquam tamẽ sibi præiudicauerunt in antiqua origine, & nobilitate Neapolitana,
14 quod patet ex contractibus, & negotijs per eos gestis,in quibus nobiles, & patritij Neapolitani semper sunt denominati,& habiti,patet etiã ex continuatis instantijs pro possessione sedilis, quibus ius conseruatur *c.illud de præscrip. Bar. & Alex. in l. mariti §. quinquennium ff. de adult.* atq; ex fide Ciuitatis Licij testantis actores,eorumq; maiores semper fuisse habitos,& reputatos nobiles,equites, & patritios Neapolitanos, necvnquam in ea nobilitate quicquam sibi præiudicasse, quamobrem talis absentia non debet actoribus nocere,cum modò sint præsentes *l. 1. C.de incolis lib.10.* Quinimò, & præsentes semper extitisse videntur, cum animus,& non corporis assistentia faciat habitatorem, & constituat domicilium *l.eius qui in 2. §. celsus ff. ad municip.l. postliminij ius,& l.nihil interest ff. de capt.& postli. reuer. optimè Barbat.consi.51.lib.2.* Sanè ex his, & alijs colligitur perpetuus animus redeundi,& gaudendi,vt consuluit *Abb.cons. 100.Ias.consi.77.3.vol. Bertran.consi.*
15 *75. 2. vol.* cumq; nobilitas vnica sit in familia,satis dicitur conseruata, & continuata possessio per coniunctos, qui gauisi sunt, & gaudent *l. cum scimus §.fin.C.de agric & censi. lib.11.l. si communem ff. quemadm. ser. amitt.*
16 Quid plura? iuribus,quæ sunt naturalis facultatis ex non vsu nullum infertur præiudicium, *Decius cons.6 Ay-*
17 *mon.de antiq.temp.fo. 173. Ripa in l. quominus num.131.ff.de flumi. Neuiza. cons.13.num.10.Rol.cons.52.num. 29.lib.3 late Bertra. cons. 234. lib. 3.* & in his, quæ generis sunt maiorum ne-

negligentia posteris non præiudicat *vulg. l.3.ff.de interd.& releg.* cum cęteris alibi per nos cumulatis.

Tandem quid est opus alijs probationibus, si alias in similibus consueuit Sacrum Concilium sępius iudicare, vt transuersales, etiam non demonstrata possessione stipitis, modò sint de familia antiqua, & originaria Neapolitana, debeant admitti ad honores sedilium, cum solùm demonstrauerint esse nobiles, & descendere ab eodem stipite, à quo cæteri, qui gaudent, & ita fuisse decisum in
18 causa nobilium de Ielualdo cum sedile Nidi testatur *D. de Pont. d. cons.* 107. *lib.* 2. quæ sententiæ faciunt ius vniuersale in Regno, & iuxta illas est iudicandum, vt dicit *Afflict. in decis.* 383. prout etiam in casu nostro pro iudicantium summa religione, & circumspectione indubitatè iudicandum speratur, & supplicatur.

19 Ex his Actores, me vix quindenni patrocinante fuerunt reintegrati ad honores sedilis. Penes Actuarium de Felice.

De Nobilitate, deq; aspirantibus ad sedilium honores omnium primus faris, superque scripsi. Illud tamen pro coronide monitū velim, in eiusmodi caussis falsas plerunq; rerū imagines irrepere, commentitias genealogias, figuratas agnationes, adulterina documenta à plerisque sępius confingi, in quos ira Dei facilè descēdit. Vidi domos per nefas litigantium, & ad istiusmodi, cęterosq; honores sese temerè ingerentium, clarasque origines, & cognationes com miniscentium (iustas causas semper
20 excipimus) protinus denigratas, & funditus euersas. Caueant, qui talia machinantur, ne superbia, & mendacio, quæ maximè Dei prouocant furorem, miserandum animæ, & corporis exitium ferant.

SVMMARIVM.

1 *Pendente lite super iudicio vniuersali debentur interim alimenta, & nu.* 10.

2 *Quemadmodum pendente iuditio super petitione hereditatis.*

3 *Item super petitione vitæ, & militiæ.*

4 *Item fratri petenti portionem paternam.*

5 *Item Sorori dotem petenti.*

6 *Pendente causa matrimonij interim debentur alimenta.*

7 *Item filiò existenti in quasi possessione filiationis.*

8 *Item Monaco cum Abbate litiganti debentur interim litis sumptus. Non secus ac seruo, & vasallo cum domino litigantibus.*

9 *Lite pendente super præbenda, interim alendus est possessor.*

10 *Ac denique in omni iudicio vniuersali.*

Quod eatenus verum est, vt si tales in iudicio postea succumbant, non teneantur restituere.

11 *Tenetur diues pauperi secum litiganti subministrare interim litis sumptus.*

12 *Debentur, vel etiam vxori, quæ nullam dedit dotem.*

13 *Quinimo etiam si aliunde habeat.*

Ac etiam non constito de iure Iudici, vt Iudici.

Imo & vxori diuertenti iusta, vel iniusta causa.

14 *Alimenta debentur vxori manenti in obsequio viri, & non aliter, tenetur enim regere familiam, domumque gubernare quoad ipsam spectet, est enim socia domus, quæ communis, & vnica est inter coniuges.*

Tunc demum laudanda cum viro suo humilis pareat.

Maximè vero vxor ill. cuius præcipuū debitum honestas est, alioquin grauissimè peccat.

15 *Vxor pars corporis viri à quo nulla vnquam pacto est separanda.*

Hinc

16 *Hinc est vt magis delinquat, qui coniugem, quam qui parentes occidat, quoniam magis delinquit, qui se ipsum, quam qui alium offendit, videtur autem vir se ipsum cędere, cum coniugem cędit.*

17 *Licet filius bannitum parentem impunè occidat, non tamen vxor bannitum virum.*

18 *Maritalis copula naturam ipsam superare videtur, naturalis enim filia non ideo legitima dicitur, quod à legitimo patre sit orta, tametsi legitimo copulata viro illico legitima efficiatur, quod amplia ad tempus viduitatis.*

19 *Item maior est coniugalis, quàm naturalis copula, nupta enim statim desinit esse de familia patris, & transit in familiam viri, licet generis origo sit immutabilis.*

20 *Caritas vxoris erga virum vincit caritatem matris erga filium, & quare.*

21 *Vxori diuertenti à viro sine legitima causa nam debentur alimenta. Et tanto minus interim lite pendente, sed sanctius est prouidendum, quod redeat ad virum.*

22 *Quemadmodum nec filio, extra patris domum.*

23 *Vxor se fundans in viri sęuitia debet ante omnia illam probare.*

24 *Tunc demum debentur lite pendente alimenta, cum constat de bono iure, alioquin semper quis posset sibi litem confingere, vt interim alimenta arripiat.*

25 *Hinc putant DD. tunc demum deberi, si actor in prima instantia obtinuerit, licet re vera etiam in prima instantia debeantur, vbi constet de bono iure.*

26 *Quid in viro notoriè concubinario.*

27 *Notoria, probatione non egent.*

28 *Sacrum Regium Concilium Neapolitanum decernit etiam ex his, quæ non sunt in iudicio, & sola facti veritate inspecta.*

29 *Anna loquitur sine lege, & ratione, ideoque eius dictum est potius ablegandum, quam allegandum.*

30 *Decretum Sacri Regij Concilij Neapolit.*

31 *Alimenta pro mensura dotis sunt præstanda.*

32 *Licet nulla sit dos constituta, adhuc debentur alimenta. Quod amplia in socero, secus vbi sit promissa, & non præstita.*

33 *Quod semper intellige pro uiribus, vbi enim vir sit inops nō tenetur, quemadmodum, nec pater filio, sed si quid modicum habeat, quod vix pro se ipsis sufficiat, non tenentur alijs dare.*

34 *Vxor tenetur ad obsequia, etiam lauādo pedes viri. Et quid in vxore nobili.*

35 *Magna Comitissa nubens ll. Doctori dicitur nubere condigno.*

36 *Vxor tenetur vocare maritum Dominum.*

37 *Non tamen maritus tenetur vocare vxorem Dominam.*

CONS. LIV.

Pro N. ll. Doctore.

ARGVMENTVM.

Pendente lite super iudicio vniuersali debētur interim Actori alimenta, sumptusq; iudiciarij, & ad id quamplurima exempla recensentur. Quod sanè intelligas, vbi constet de bono iure litigantis, alioquin posset quispiam sibi litem cōfingere, vt interim alimenta arripiat. Vxori diuertenti à viro ob allegatam sæuitiam, an,

&

& quando debeantur interim alimenta. In dubio contra mulierem facilè iudicandum ob muliebrem inconstantiam, in quo Affl. Decisio declaratur, & Annę opinio damnatur, ac Decreta Sac. Reg. Conc. subnectuntur. Vxori ab officio, & obsequio erga virum suum neutiquam abscedendũ. Hinc summa, & admiranda coniugalis copulæ virtus examinatur. Magis enim delinquit, qui coniugem, quàm qui patrem, aut matrem peremerit, ideoq; licet bannitum patrem impunè occidere liceat, non tamen bannitum coniugem. Ad hæc maritali copula naturam ipsã superari constat, Notha enim puella non ideo legitima censenda est, quod à legitimo patre sit orta, tametsi legitimo copulata viro illico legitima efficiatur. Eademq; statim desinit esse de foro, ac de familia patris, & transit in familiam viri, licet generis origo natura sit immutabilis. Denique mulier spondens pro filio carcerato non tenebitur, sed Velleiano gaudebit, at pro viro efficaciter obligabitur, adeo ut nõ sit locus Velleiano, quoniam virum redimens se ipsã uidetur redimere &c.

NVxor N. II. Doctoris ob allegatam sęuitiam viri petit alimenta extra domum in Monasterio, & interim pendente iudicio petit sibi solui saltem ducatos tercentum.

1 Pro Actrice est *tex ubi gl. & DD.*
in l. si instituta §. *de inofficioso ff. de*
inoff. testa. gl. ex eo tex. in l. si in ver. li-
tis sumptus C. de ord. cogni. facit *tex. in*
l. si neget ff. de lib. agno. l. filius ff. de iure
delib. cum simil. in quibus habetur
lite pendente deberi alimenta, & iu-
diciarios sumptus, ita quoq; *Napo-*
danus in Consuet. Neap. in omnibus de
alimentis præst. num. 83. quem refert
consumatiss. Iurisconſ. *Io. Bapt. Thor.*
in Cõp. Decis. ver. Alimenta, Caputaq.
dec. 28 *par.* 5. *Surd. de Alim. tit.* 1. *q.* 3.
& q. 118. *Duen. Reg.* 365. *Ios. Ludouic.*
decis. 46. *Franc. Milan. decis.* 17. *lib.* 1.
Giurba decis. 5. *Philip. Pasch. de Patr.*
2 *pot. lib.* 2. *cap.* 2. Hinc dicimus quod
pendente iudicio super petitione hę-
reditatis, interim debentur alimenta,
vt per *Guid. Pap. decis.* 561. *in princ.*
Craue. cons. 164. Pendente lite super
petitione vitæ, & militiæ debet frater
3 primogenitus subministrare alimen-
ta minori fratri secum litiganti *Affl.*
in Const. Regni Comitibus, Anna sing.
4 25. Quemadmodum debentur fratri
petenti portionem hæreditatis pa-
ternæ *Surdus de alim. tit.* 1. *q.* 117. *Ve-*
5 *ral. deci.* 20. *par.* 2. Debentur interim,
& sorori dotem petenti *Affl. decis.* 11.
6 *Gram. cons.* 145. *Boer. decis.* 129. Pen-
dente causa matrimonij, interim Iu-
dex laicus prouidere debet de ali-
7 mentis *Affl. dec.* 125. non secus, ac fi-
lio existenti in quasi possessione filia-
8 tionis *Caputaqu. decis.* 22. Monacho
cum Abbate litiganti debentur in-
terim litis sumptus *DD. ex eo tex in*
c. ex parte de accusa. gl. in d. l. fi. C. de
ord. cog. Ricius Collect. 850. Quemad-
modum seruo, & vassallo cum domi-
no litigantibus *d. l. fi. C. de ord. cogno.*
Meno. Præs. 35. lite pendente super
9 præbenda interim alendus est pos-
sessor

10 fessor, *Cappel. Thol. decis.* 77. Ac denique in omni iudicio vniuersali venit interim alimentorum præstatio *Ant. Corduba in l. si quis à liberis § si nō parens num. 39 cum seq. ff. de lib. agno. Cephal. cons.* 127. *lib.* 1. *Rebuf. de sent. proui. art.* 1. *gl.* 2. *num.* 29. *tom. primo* Quod eatenus verum est, vt si tales in iudicio principali postea succumbant, non teneantur aliquid restituere *gl. in l. fin. C. de carb. edi. Couar. Pract. quæst. cap. 6. Boerius decis.* 324.
11 *Franch. decis.* 614. Imo tenetur diues pauperi secum litiganti subministrare litis sumptus, *Guido Pap. d. dec.* 561. *num.* 2. *Paris. de Syndi. cap.* exordiente expensæ, *Couar. Pract. quæst. cap. 6. Riccius decis. Cur. Archiepiscop. Neapol.* 56. & latius diximus *Festi. lect. lib.*
12 2. *cap* 9. *num.* 7. *in fin.* Quod adeo videtur verum, vt vel etiam vxori, quæ nullā dotem dederit debeantur alimenta *gl. in l. sicum dotem §. fin autem ff. sol. matr.* Bal. *in l. si nu.* 11. *C. de sent. quæ sine cer. quant. DD. in l. quod in vxorem C. de nego. gestis, & in l. fi. C. de*
13 *repu.* ex eo tex. Quinimo vel etiam si vxor aliunde habeat *Bald. in l. de alimentis C. de transa.* distingue tamen, vt per *Meno. cons.* 8. *lib.* 1. & latius diximus in *Repe. l. curator ventris* ex eo tex. *ff. de ventre in poss. mit.* Tandē ad rem redeundo pro Actrice decisum refert *Afflict. decisione* 10. vbi non constito iudici, vt iudici de legitima causa discessus, interim fuit vxori prouisum de alimentis, quinimo vxori diuertenti, siue iusta, siue iniusta causa, interim fuisse decreta alimenta testatur *Anna singu.* 21. *in fi.*
14 Nihilominus aiebam vxori sine causa à viro diuertenti alimenta non deberi, & multo minus interim pendente iudicio, siquidem alimenta debentur vxori manenti in obsequio viri *glos. in cap. significasti ver. materiam de diuo. l. sicut, vbi Accu. ff. de op. libe. Spec tit. qui fil. sint leg. num.* 31. est .n. commissa familia, et vnica domus inter coniuges *l.* 1. *§. si vir ff. ad Syllan. l. aduersus C. de crim. expil. hære. Surd. loco citato tit.* 19. *qu.* 32. tenetur enim vxor regere familiam, domumque gubernare *Iob.* 10. *in fi* quem refert disertiss. Iurisconf. *Tassonus Obser. Poli. obserua. 4. in prin. post Tiraq. de legi. connub. par. 1. glos.* 1. vbi ea demum vxor laudanda, quæ viro suo patiens, humilisq. paruerit, eoque magis vxor illustris, cuius pręcipuum debitum est honestas, animique compositio *l. si qua ill. C. ad Orfici.* alioquin subtrahendo se à viri societate grauissimè peccat, ex regula *tex. in c. si tu abstines* 27. *qu.* 2. de quo diximus *in cons.* 12. quibus adde *tex. in c. vnaqueq;* 13. *q.* 2.
15 Est enim vxor pars corporis viri, à quo nullo vnquam pacto est separanda, vt i socia diuinæ, & humanę societatis *gl. ex eo tex. in l. hæres ff. de nego. gestis*, quod vel ethnici solius naturæ lumine cognouerunt, vt ex *Plato*, innuimus *Fest. lect. lib* 1, *cap.* 11. Hinc dicimus magis delinquere, qui con-
16 iugem, quàm, qui parentes occiderit, vt arguit *glos. in c. admonere* ex eo *tex. ver. existimes iuncto tex. in c. latorem* 33. *qu.* 2. cum cęteris per nos eo congestis, quoniam magis delinquit qui se ipsum, quàm qui alium occidit *c. si non licet cum seq.* 23. *q* 5. *D. Tho.* 2. 2. *q.* 64. *art.* 5. & latius diximus loco citato, qui autem coniugem peremerit, se ipsū videtur perimere, sūt enim duo in carne vna *Mat. cap.* 9.
17 *Paulus ad Ephes. c.* 5. Ideoq; licet filius bannitum parentem possit impunè occidere *l. minimè vbi DD. ff. de reli. & sumpt. fun.* non tamen vxor bannitum virum, *Vincentius de Franchis decision.* 276. *num.* 7. & 11. cum cęteris per nos relatis loco cita-
18 to. Eatenus vt maritalis copula videatur naturam ipsam superare, naturalis enim filia non ideo legitima dicetur, quòd à legitimo patre sit orta, tametsi legitimo copulata viro statim

tim legitima efficiatur *Ang. in §. quia vero Auth. qui mo nat. effi. sui. Det. in l. 2. ff. de reg. iur. Hippol. sing.* 50. quod porrige ad tempus honestæ viduitatis, vt adhuc maneat legitima *Bar. in l. fin. C. de ver. sign.* faciunt dicta per *Andr. in c. si quis miles de feu. sine cul. non amit.* & latius diximus *Fest. lect.*
19 *lib. 1. cap. 7. n. 22.* Item maior est coniugalis, quàm naturalis copula, nupta enim statim definit esse de familia patris sui, & transit in familiam viri *Cur. sen. conf. 40. Milan. dec.* 10. quod mirabile dicit *Alb. in l. foeminæ ff. de Senato.* cũ generis origo sit immutabilis *l. assumptio ff. ad munici.* faciunt dicta per *Franch. decis.* 546. & latius diximus loco citato.

Quibus adde longè maiorem haberi charitatem vxoris erga virum, quam matris erga filium, magisque debere vxorem viro, quàm matrem
20 filio. Etenim vxor promittens pro viro carcerato efficaciter obligabitur, adeo vt Velleiano non iuuetur *Bal conf. 5. vol. 4. Franch. dec. 279. n. 5.* At secus pro filio carcerato *Castr. ex eo tex. in l. si cum ipse C. ad Velleia. Franch. decis. 578. nu. 12.*
21 Itaque vxori diuertenti à viro absque legitima causa nullo iure sunt præstanda alimenta, & tanto minus est audienda in prætensa interim erogatione, sed sanctius erit pronunciandum, quod redeat ad viri obsequium, ex his, quæ tradunt *DD. in d. l. quod in vxorem C de nego. gestis, Guido Papa conf. 127. par 2. Hippo. in l. 1. §. cum quis latrones num. 8. ff. de quæst. Ab. conf. 39. lib. 2. Bertr. conf. 72. lib. 3. Costa de Reme. subsidi. reme.* 8. *Surdus loco citato q. 32. num. 18. Fontanel. de Pactis nupt. claus. 6. gl. 2. par. 4. nu. 70. Sanchez de Matrim. lib. 9. de deb. con-*
22 *iug dispu. 4. nu. 22.* quemadmodum, nec filio extra paternam domum debentur alimenta *Mogon. Rot. Flor. decis.* 113. inuito autem viro dicitur vxor abscedere quoties vir non consentit *l. in eo §. deinde ff. de ritu nupt.* Ideoq; vxor se fundans in viri culpa debet illam probare *Bald. in l. 1. n. 9. C. de legatis, Vrsil. ad Affl. d. deci.* 10. *n. 6.* qui ad hoc allegat *Aym. conf.* 64. quibus adde *Cost. d. Reme. 8. num. 3. Meno. conf. 833. n. 33. lib. 9. optimè Pe-*
23 *guer. dec.* 20. Maximè vero, qui se fundat in magna causa, tenetur illam ante omnia liquidò probare, ex regula tradita per *Inno. in c. preterea de dilatio. Det. conf* 343 *in princ.*
24 Igitur tunc demum debentur alimenta lite pendente, cum constet de bono iure actoris, saltem præsumptiuè *Lancellot. de Attenta. par. 2. cap. 41. limit. 11. num. 45. Alcia. Reg. 3. præsu. 9. num. 10. Bertr. d. conf. 72. nu. 4.* alioquin semper posset quis litem sibi confingere, vt interim alimenta arripiat, prout innuuit *Couar. pract. quæst. cap. 6. num. 7.* & in his terminis intelligas *tex. in l. imperatoris ff. de tut. & ratio distr.* Ibi enim non constabat de bono iure minoris, & ideo fuerunt pendente iuditio denegata alimenta.

Hinc *Bar. & Ang. post glo. in d. l. si instituta §. de inofficioso ex eo tex. ff. de*
25 *inoff. testa.* alijq; relati per *Milanens. d decis. 17. n.* 49. arbitrantur tunc demũ alimenta deberi, si Actor in prima instantia obtinuerit, quia sententia facit aliqualem præsumptionem, adeo vt in causa appellationis lite pendẽte possint peti de iure alimenta, & licet etiam in prima instantia deberi decernat receptior *DD.* opinio, vt post alios refert *Phil Paschal. de virib. patr. pote. lib. 2. cap. 2.* Illud tamẽ est sanè intelligẽdum, vbi subsit pro actore aliqua probabilis causa, vel præsumptio, vt iam diximus. In dubio autem facilè contra mulierem præsumendum ob sexus incõstantiam *arg. l. filia* ibi *momentarijs voluntatibus C. de inoff. testa. § quia vero Auth. vt fine probib. matr.* quod vel vocis etymon demonstrat, mulier enim

qua-

quasi mollier dicta est, nimirum à mollitie, ac fragilitate *cap. Adam 33. q. 5. c. quod proposuisti 32. q. 7. Bal. in Rub. C. de re. permu. idemque in c. 1. de iudi. & in c. significante de rescrip.* cum cęteris per nos congestis *Fest. lect. lib. 1. cap. 1. num. 5. cum sequ.* Sanè muliebris quilditas inconstantia eadē prorsus est cum iniustitia malorum omniū matre, quemadmodum cōstantia eadem est cum iustitia virtutum omniū regina, totiusq; animæ harmonia *l. iustitia ff. de iust. et iure, Auth. vt omn. obe. iudi. proui. in princ.* & latius dixi *consf. 13. nu.* 8. vt non immerito exclamet *Ecclesiasti. cap. 42. Melior iniquitas viri, quàm mulier benefaciens*, de quo latius diximus loco citato.

26 Superest vt respondeamus ad *Affl. d. decis.* 10. vbi vel etiam causa non probata decernuntur vxori alimenta, ibi enim maritus erat notorius concubinarius, quo quidem casu debentur vxori alimēta extra domū *Bal. Saly. & cæteri in d. l quod in vxorē C. de neg. gestis, idem Bal. & Ias. in l. 1. C. de lega. idemq; Bal. in Auth. hoc locū insi. C. si secu. nup. mul. Castr. cons.* 387. Imo tali casu potest mulier petere sibi dotes restitui *Cuma. cons. 775. per Det. in l. sēper in contractibus ff de reg. iur. Franch. dec.* 244. licet autem hoc non constaret Iudici vt iudici, ex quo nihil in actis, satis tamen fuit hoc es-
27 se notorium, ex regula quod notoriū probatione non eget, *c. ad nostram il 1. de iure iura. Capy. deci. 54. Ioseph Ludo. decis. Perus. 67. Guido Pap. dec. 221. n. 4.* cum ibi additis *in ver. probatione*
28 In notorijs autem Iudex potest supplere *Affl deci. 372. in fin.* cum cęteris eo cōgestis, maxime vero in caussa domestici diffidii, quod est supprimendum, *arg. l. 2. vers. quid n. C. qua. &*
29 *qui. quar. pars debe.* Nec quicquam refragatur *tex. in l. illicitas §. veritas ff. de off. prę.* vbi iudex debet iudicare secundum allegata, & probata, siquidem fallit in notoriis, vt iam diximus, item fallit in Sacro Regio Concilio Neapolitano tanquam in Consistorio Principis, quod valet rem decernere, vel etiā ex aliis, quæ non sunt in iudicio, vt latius diximus in *cons.* 34. Fallit etiam ea regula, vbi proceditur sola facti veritate inspecta, vt in eodem nostro Sac. Concilio, *Det. cons. pen. in fin.* cum cęteris ad præfatum
30 *cons.* 34. per nos congestis. Deniq; nihil facit Singulare 21. Annæ loquentis sine lege, sine ratione, ac sine auctoritate, *§. consideremus Auth. de trie. & semi.* Quod mirabile contingit in tanto viro, cuius dignitas parcat, meretur enim insulsum singulare potius ablegari, quam allegari.

31 Et merito per Sacr. Reg. Concil. Neap. fuerunt pendente iudicio denegata alimenta vxori à viro diuertēti, fuitq; processum ad termini probatorij dationem vtriq; parti. A quo cū fuisset reclamatū, & acerrimè instatū pro aliqua pecuniarum quantitate interim lite pendente, re semel, atq; iterum perpensa, fuit Decretum confirmatum, & Actrix penitus exclusa à prætenso interim. Apud acta Figliolę.

32 Deniq; pro materiæ coronide adnotandum duxi, Alimenta, quatenus debeantur, pro mensura dotium esse præstanda *l. si cum dotem §. fin autem in sęuissimo, vbi DD. ff. sol. matr. l. pro oneribus C. de iure dot.* quod prudens Iudex arbitrabitur *l. fin. C. de ordine cognition. Guido Papa cons. 127. par. 2. Caualc. decis. 22. par. 4. Io. Baptista Ferret. cons. 93. lib. 1. Marescot. var. re-*
33 *sol. lib. 2. c. 83.* Illud tamen est animaduertendū, quod licet nulla fuerit dos constituta, adhuc debentur à viro alimenta; sibi. n. imputet vir, qui inopē, & indotatā vxorē duxit *glo. in d. §. fin autē in sęuissimo, arg. l. quod si nulla ff. de reli. & sūpt. fun & l. fi. C. de repu.* Secus vero vbi dos fuerit promissa, & non soluta, tunc. n. maritus de stricto iure non tenetur ad alimenta, *Guid. Pap d. cons.*

conf. 127.*par.* 2. *idemq; decif.* 439. *Cap. Tholof. decis.* 87 cum ibi additis, deceptis .n. non decipientibus iura subueniunt *l.* 2. *ff. ad Velle.*& in proprijs terminis *est tex. in* §. *illud quoq; Auth. de non elig. secu.nub.* Vbi tamẽ mulieris culpa non verletur, æquissimum erit alimẽta præstari, ob tantam inter coniuges copulam, tantamq; caritatem, de qua diximus. Quod autem dicimus virum teneri ad alimenta vel etiam indotatæ vxoris, amplia in Socero, qui tenetur nurum alere vti eandem personã cũ filio *Guido Pap.d.*
34 *conf.* 127. Id tamẽ sane intelligas quatenus vir, & socer possint, vbi vero inopes, & impotentes fuerint non tenẽtur, eo enim casu neq; pater filio tenetur *l.fin.C.de diuo.fa.* sed si quid modicum habeant, quod vix pro se ipsis alendis sufficiat, non astringuntur aliis dare, ordinata enim caritas incipit à se ipso *Franch. decis.* 336. *post Affl. in Const. Regni dignum de iur.fu. cu.obser.in princ.& dec.*290.*num.*8.*&*
35 371. *nu.*3. Quoniam vero alimenta debentur vxori (vt diximus) manenti in obsequio viri sui, animaduertendum operæpretium duxi eatenus hoc verum esse; vt vel etiam ad lauandos viri pedes teneatur *Ab.Io.Andr.* & cęteri *in c.literas de rest.spol.facit tex.in c. hæc imago* 33.*q.*5. Hinc *Bal.in l.*1.*C.de legat.idẽq;in l.si vxorẽ C. de cond. inser.* quẽ sequitur *Capra conf.*72. inquit vxores, vel etiam nobiles viris suis operari debere, eisque cuncta exhibere obsequia, ne otiantes, & oscitantes videantur mortua corpora, quibus adde *Tiraq.de Nobil.cap.*20.*nu.*93. eundẽq; in *lege prima Connub.* maxime vero, vbi dotes tenues fuerint *Abb. & Io. Andr. loco cit. Summa Sylue. ver.vxor* cum cęteris eo congestis.
36 Neque vero vxor, vel nobilissima imparitatẽ viro Il. Doctori obiiciat, cui vel etiam magna Comitissa nupta, condigno viro copulata censenda
37 est, quem Dominum appellare debet *Saly. in l. prouidendum C. de postul. Io. Campeg.tract.de Dote.q.*13.*par.*1. quos refert, & sequitur *Surdus de Alim. tit.* 1.*q.*6.*n.*21.*cum seq.* facit. *gl.* ex eo tex. *in Auth. habita ver.domino C.ne fil. pro*
38 *patre*, nõ tamen vir Il. Doctor tenebitur vxorem vocare dominam *Bar. in l.donationes C.de dona.inter vir.et vxorem.*



SVMMARIVM.

1 *Contentio honoris, & precellentiæ apud nobiles viros maior, quàm contentio bonorum, imo vitę.*
2 *Ardua, peruetusta, ac famigerata quęstio inter arma, & literas.*
3 *Augustinus Suessanus magnus Philosophus sibi iniurius respondit pro literis aduersus arma.*
4 *Prænominatus de iure videtur dignior.*
5 *Armorum gloria maior, quàm literarum, à maiori effectu.*
Ideoq; Summi Principes sagum potius, quàm togam induunt.
6 *Ius publicum priuatorum pactis non lęditur.*
7 *Imo non potest quis sibi ipsi præiudicare contra sui ordinis dignitatem, & priuilegium.*
8 *Argumentum ab ordine scripturæ leue, ac fragile.*
9 *In his, quæ simul pertractãtur non curamus, quæ præcedant, quęue sequantur.*
10 *Ordo intellectus, & iuris præfertur ordini literæ.*
11 *Maximi, ac præcipui Principes ad literas incubuere.*
Talis est Alex. ille magnus, qui plus Arist. præceptori, quàm Philippo patri debere fatebatur.
Idemq; consilio magis, quàm armis orbis imperium adeptus.
Talis quoq; Iul.Cęsar.
12 *Sententia Alfonsi Regis Arag. de præcedentia inter arma, & literas.*

Parum

13 *Parum refert arma foris habere, nisi domi sit consilium.*
Non uiribus, corporumq; celeritate, sed consilio, & sapientia res magnę geruntur.
Plus habet ponderis intellectus, & prudentia, quàm robur, & vires.
Prudens vno consilio multas vicit manus.
14 *Cur Imperatores dicantur felices, iurisperiti vero vbiq; felices.*
15 *Nemo felix, nisi sapiens.*
Sapiens facit Imperatores, Imperatores non faciunt sapientem.
Sigismundi Imp. scomma.
16 *In Regno Neap. litera pręcedunt armis.*
17 *Naturalis quędam Synteresis, & praxis videtur suadere literarum pręcedentiam.*
Naturalis suasio magnę est vis, adeo, vt vel etiam Imperatores illiget.
18 *Imperito Doctori peritus scholaris pręfertur.*
19 *Peritiores cęteris etiam tempore potioribus pręferuntur.*
20 *Ne Doctores quidem habendi sunt indocti.*
Quoniam sola peritia facit Doctorem, quemadmodum strenuitas facit Militem.
Is demum est melior, & nobilior, qui doctior, & fortior fuerit.
21 *Cęlestis oraculi sententia pro togę victoria.*
Melior est sapientia fortitudine.
Melior sapientia, quàm arma bellica.
Melior sapientia, quàm vires, & vir prudens, quam fortis.
22 *Peroratio, & Epilogus pro Togę Victoria.*
23 *Quęstionis Decisio.*



CONS. LV.

Pro Literarum pręstantia aduersus Arma.

ARGVMENTVM.

Ardua, peruetusta, ac famigerata quæstio de præcellētia inter Arma, & Literas proponitur; nō iuris apicibus, nō argumentis, non syllogismis, non deniq; Togatorum arbitratibus directa, sed Iustiniani, et Sigismundi Aug. Cæsarum, summorumq; Principum, orbis moderatorum sententijs, quibus nil sanè dignius. Alfonsi Regis Arag. Sophorum, & Militum æquè Principis testimonio, quo nihil efficacius. Neapolitani Regni, Italiæ Areopagi constitutione, qua nil prę stantius. Sacrosanctis Romanis iuribus, quibus nihil iustius. Praxi, & experientia, naturaliq; synteresi, qua nihil tutius. Diuino demum Oraculo, quo nihil sanctius, Togę victoriam decernentibus. Iisque Massens. Principis eiusq; Senatus auctoritas nuperrimè subnectitur.

1 MAgna quidem bonorum, & fortunarum, maior sanguinis, & vitæ, maxima omnium apud Nobiles viros honoris, & præcellentiæ contentio, ex ijs, quæ latè scripsimus. *Fest. lect. lib. 1. cap. 3. num. 4.* Vnde *Aristot. 2. Politi.* Rustici, & plebei de possessione, Nobiles, et gene-

 rosi

rosi de honore, & præcellentia contendunt. Quamobrē rogatus à D. Alberico Cybo Malaspina Sacri Rom. Imp. & Massæ Principe, Carrariæq; Marchione quid de Iure esset decernendum in quæstione orta inter Militem, & II. Doctorē de præcedentia disceptantes, ęquè ambos ab ipso generosissimo Principe ad Militiæ cingulum, atq; ad Togæ fastigium euectos, æque armis, ac legibus præstantes,
2 Respondi arduam sanè, famigeratam, ac peruetustam quæstionem proponi inter Arma, & Literas; quid autem à Iurisconsulti iudicio expectādum, nisi togę victoriam? vetumtamen Miles, qui me quæstionis Arbitrum nouerat, meum iudicium non exhorre-
3 bat, vt qui audierat olim Augustinū illum Suessanum sophorū facilè Principem à Carolo V. Cæsare de quæstione interrogatum, sibi ipsi iniutium,
4 pro Armis respondisse, Aiebat etiam Miles se olim puerum à parente ad Scholas missum, primo quidē intuitu Armorū pręcellentiam lectitasse, nimirum verba illa in *Prooe. Inst. Imperatoriā Maiestatē non solū armis decoratā, sed etiā legibus oportere esse armatā*. Ex cuius literæ ordine, maiorem armorū dignitatē patere, prętulit. n. Imperator arma literis, Cur igitur Miles Litera to nō pręferatur? *l. qui soluendo, vbi gl. in ver. Apollon. ff. de har. inst. Boer. de Auctlo. magni concil. nu.* 141. *arg. l. quoties ff. de vsuf. l. generaliter §. quis ergo ff. de fideic. libert. gl. in cle.* 1. *de bapti. gl. in §. fi. ver. maximorū Auth de def. ciui. gl. in cap. alienus ver. conueniat* 24. *q.* 1. *D. de Franch. dec.* 138. Quare omissa legali disciplina ipsum ad arma proti
5 nus conuolasse, Subdebatq; in suis literis Miles longè maiorem, & ampliorem armorum esse gloriam, quippe quibus Regna expugnari, Principes debellari, Imperiaq; comparari quotidie experimur, Ideoq; summos Principes, & Imperatores ad arma incumbentes, sagum potius, quàm togam induere. Hæc Miles, cui ego siquid vlterius pro se facerer, in mediū vt proferret significaui, cumq; ille satis pro naturali iudicio ipsum dixisse, caussęq; suæ consuluisse rescriberet; Tunc ego iudicium meum audacter protuli. In primis autem Militis rationes in ipsum retorquendo, respondi Suessanū in Cæsaris gratiā contra votum rem decreuisse, vt ipsemet simulatum iudicium irridens sæpius
6 fassus est. Nec quicquam solius votum seu verum, siue fictum vniuerso Togatorum ordini præiudicare posse *arg. l. ius pub. ff. de pactis, l. fin. in fin. ff. de su. & leg. l. neq; pignus §. priuatorum conuentio ff. de reg. iur.* cum cæteris per nos congestis *Fest. Lect. lib.* 3. *cap.* 9.
7 *n.* 3. Quinimo nec sibi ipsi contra sui ordinis dignitatem potuisse Suessanū præiudicare, vt in simili arguit *Pont. summus. in c. si diligenti de foro compe. Castr. cons.* 431. *num.* 3. *cum sequenti*
8 Itemq; satis leue, ac fragile videri argumentum ab ordine scripturæ, vt quia arma fuerint prius memorata, ideo digniorem fortunam sortiantur.
9 In his enim, quæ simul, & mistim pertractantur non curamus, quæ præcedant, quæue sequantur *l. quidā testam. ff. de pecu. lega.* cū cęteris cumu
10 latis per *gl.* Quinimo literæ ordini, iuris, & intellectus ordo sēper præponitur *l. in his §. fi. vbi Bar. et l. nec. n. ff de solu. l.* 2. *§. prius ff. de vulga. l. cū pater §. fidei ff. de leg.* 2. *Io. Fr. de Pont. cōs.* 12. *n.* 26. *lib.* 2. Constat autem iura, ipsosq; Imperatores secus sensisse, & literas armis prætulisse, ex ijs, quæ subnecte-
11 mus. Maximos autem Principes, ac præcipuos Imperatores literis potissimum operam nauasse, ex quibus orbis imperium adeptos esse legimus, eatenus, vt Macedonum Reges ante prælia Musis sacrificare consueuerint, quò præclara sequerētur facinora, ex his Alexāder ille magnus plus Aristoteli præceptori, quàm Philippo patri debere fatebatur, ideq; vt Trogus testatur

statur, consilio potius, quàm armis orbis imperium nancisci promeruit; quod & Cæsar, & Tiberius, & Tacitus reliquis omissis non semel protestati sunt, vt raceam Magnum illum Ducem M. Porc. Catonē, qui tem literariam armis lōgè præferebat, teste Vegetio, quē refert *And. in Præl. feudo n.*
12 10. & ex recentioribus Alfonsus ille Rex Aragonius notioris sapientiæ, & fortitudinis vir, quàm vt nostro egeat encomio, interrogatus quęnam maior armorum, an literarū dignitas, *litera*, inquit, *docuerunt me arma tractare*.
13 Parum enim refert arma foris habere, nisi domi sit cōsilium *Ab. in cap. ex multa §. 1. de voto et. M. Tul. in Lel.* non viribus, corporumq; celeritate sed consilio, & sapientia res magnas parari. Plus enim habet ponderis, & momenti prudentia, & intellectus, quàm robur, & vires, etenim prudens vno consilio multas vicit manus ex ijs, quæ tradit *Home. Ili. lib. 23.* vti referunt *Cassan. Catal. glo. mūdi Par. 2. conf. 8. & Frec. noster de subfeu. lib. 1. cap. 3. nu. 33. cum sequ.* quod latius ex Diuino Oraculo in fine probabo. Audiat Miles vel ipsorum Principum, & Imperatorum, quos suos esse contendit testimonium. Iustinianus ille Im-
14 peratorum optimus maximus ob summam vniuersi Imperij dignitatem, maiori forsan ausu, quam par sit, felicem sese iactitauit In *Prooe. ff. Imperator Iustinianus pius felix, etc.* atqui eius tituli excelsū noscens, statim *in §. discipuli* subdidit ea verba. *Iurisperiti semper, & vbiq; felices*. Sanè de se ipso satis, superq; fuerat felicem appellari, verumtamen ad Iurisperitos descendens, non satis videbatur simplex felicitatis titulus, sed addidit *omni loco, et tempore felices*, ac si diceret se quidē à Iurisperitis propria virtute pollentibus aliquid felicitatis mutuasse, *arg. l. iurisperitos ff. de excu. tuto. Castr. ex eo tex. in l. omnium C. de testame. facit tex. in l. humanū C. de leg. & in l. quisquis C. ad le. iu. l. maie. Nemo n. felix (Platone teste de Nat. nom.) nisi sapiens*.
15 Sapiēs autē facit Imperatores, Imperatores nō faciunt sapientē. Hinc Sigismūdo Imp. de rebus arduis consultante, cum Doctores, & Milites in Concil. vna venissent, cumq; Georgius Fistellius Iurisconsultus, idemq; Miles de loco diu anceps, tandem ad Milites inclinasset, *stulte agis Georgi, (inquit Sigismūdus Cæsar) qui literis militiā præfers, Ipse enim Milites mille vna hora fecerim, Doctorem vnum mille*
16 *annis nō fecerim*. Quid plura? an non in Ciuitate Neap. Italicarum maxima quæstio est iam sopita? in quo vt praxis nos docet Togati à latere, supremiq; Ordinis Senatores, quos Cancellariam Regentes appellamus Militibus eiusdem Ordinis Senatoribus, quos status Consiliarios dicimus in actibus neutralibus, & indifferētibus, apud Principem, Regniq; Vicarium planè pręferūtur *arg. l. 1. C. de offi. Vicar. Fontanel. de Pact. nupt. par. 1. clauf. 3. gl. 1. D. Regens Tapi. decis. supr. Senatus 21. nu. 26.* Demq; quisnam Miles, vel fortissimus quidem magno Doctori, honestoq; Sopho non assurgat, locumq; cedat? quis Sagatus Togato viro præcedere non erubescat? Quod praxis quotidie nos monet in magnis Baronibus, Clarissimisq; militibus, præstanti Iurisconf. vltro cedentibus. Naturalis isthæc suasio, seu synteresis, quam passim experimur nonne rei veritatē facilè arguit, rectamq; iudicium nobis indicat? *arg. l. si id, quod ff. de cond. inde.* & in proprijs terminis *l. 2. circa med. C. de in ius voca.* quod vel ipsi celsissimi Cæsares, orbis moderatores fatentur, dū Iurisconsultos reuerentia prosecuntur, *tex. est in l. quicquid* ibi *reuerantia studiorum C. de aduo. diuer. iudicio* Quod, & Dionysius ille Syracusanus, & Alex. Seuerus *(Plutar. & Lamprid. testibus)* factitarunt, cæteras, & has quidē supremas Iurisconf. dignitates

innuimus *conf.* 1. de Iurisconsultis, non autem de inconsultis agimus. Imperitis enim Doctoribus, aut potius temerè doctoratis, vel etiam periti scholares in honoribus, inque muneribus sunt præferendi *gl.* ex eo tex. *in l.* 1. *C. de anno. ciuil. lib.* 11. *Alex. in l.* 1.
18 *C. de dignit. lib.* 12. *Fel. in Rub. de maior. & obe. arg. l. vnicuiq; C. de prox. sacr. scrin. & l. fi. C. de tyron. eo lib. Rol. à Val.*
19 *conf.* 66. *lib.* 1. Quare peritiores Doctores cęteris etiam tempore potioribus præferendos scribit *Ang. post glos. in §. ordinatione Auth. de Mona. arg. l. sed & reprobari §. valde discipli-*
20 *natos, vbi Bal. ff. de excu. tuto.* Quoniam ne Doctores quidem habendi sunt, qui leges ignorant *Ang. in l.* 1. *§. pueritiam ff. de postu.* quem concinne refert *Frec. noster de subfe. tit. quis dicatur Comes nu.* 34. *facit tex. in c. sicut eunuc. in fi.* 1. *q.* 1. *Luc. in l. vn C. de prof. qui in*
21 *vrbe lib.* 12. sola .n. petitia facit Doctorem *Meno. arb. iudi. lib.* 2. *cent.* 5. *casu* 425. *num.* 99. cum cęteris eo congestis, quibus adde eum demum meliorem, & potiorem esse, qui doctior, & fortior fuerit, contra vero eum peioris conditionis, ac ignobiliorem, dixerimus, qui indoctior, & minus strenuus fuerit, tex. est peregrinus *in l. pen.* in vlt. verbis *ibi doctior, & melior ff. ad exhib.* quod etiã de militibus intelligas, vt ij demũ honore dignẽtur, quos strenuitas commendat *l. contra publicam C. de re mil.* cũ cęteris abũdè per nos congestis ad *lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 28. *Fest. lect.* Accedat pro coronide ad quæstionis resolutionẽ cœlestis Oraculi sententia *Ecclesiaste c.* 9. *in fin.* litem hisce verbis dirimens. *Ciuitas parua, & pauci in ea viri. Venit contra eam Rex magnus, & vallauit eam extruxitq; munitiores per gyrum, & perfecta est obsidio, inuentus est in ea vir pauper, & sapiens, & liberauit vrbem per sapientiam suam, & dicebam ego meliorem esse sapientiam fortitudine. Verba sapientium audiuntur in silentio, plusquam clamor Principis inter stultos. Melior est sapientia, quàm arma bellica.* Audiamus idẽ diuinum Oraculum *Sapientia cap.* 6. *in princ. Melior est sapientia, quam vires, & vir prudens, quàm fortis. Audite ergo Reges, & in-*
22 *telligite &c.* Quid igitur sapientissime Princeps pro togæ victoria Iustiniani Inuictissimi Principis, quid Sigismundi Augustissimi Cæsaris sententijs dignius? Quid Alfonsi Regis Aragonij Sophorum, ac Militum æquè Principis testimonio efficacius? Quid lege Regni huius Neapolitani præstantius? Quid Sacrosanctis Romanis iuribus iustius? Quid praxi, & experientia optima siquidem rerum magistra, & naturali quadã synteresi tutius? Quid deniq; diuino Oraculo sanctius, excogitari vnquã possit planè nõ video, vt merito literarum victoriam testatus Ouidius ad Pisones, triumphum cecinit.

Facundis cesserunt arma Togatis,

23 Quibus perspectis rescripsit mihi Excellentissimus Princeps se quidem iuxta meam sententiam rem illicò decreuisse, summis laudibus extollens per me allegata, potissimum vero, quòd non iuris apicibus, non argumentis, aut syllogismis, quorum nullus apud togatos est finis, sed summorum Principum, imo & cęlestis Oraculi auctoritate, quibus aduersari nefas, Regnique nostri decisione, & praxi nitantur.



SVMMARIVM.

1 *Disposita pro mundanis nuptijs porriguntur ad spirituales nuptias, Ratio subnectitur.*
2 *Conditio si non nupserit an de iure prohibetur.*
3 *Vita contemplatiua nobilior actiua.*
4 *Conditiones contra publicam vtilitatem rejciuntur.*

5 *Adiu-*

5 Adiutorium debitum Baronibus pro maritanda filia, an debeatur pro illa monachanda.
6 Legatis Bertæ mille si nupserit, quingentis si efficiatur Monacha, an Berta ingressa Monasterium contra votum testatoris consequatur mille.
Verior, & receptior DD. opinio quænam sit.
7 Dispositiva fauore armatæ militiæ, an trahantur ad cœlestem militiam.
8 Expressum videtur illud, quod virtualiter inest.
9 Expressum habetur illud, quod testator interrogatus verisimiliter respondisset.
10 Sacerdotes Dij, et Angeli nuncupantur. Item sal terræ, & mundi splendor. Sacerdotalis dignitas Regali præstantior.
11 Tex. in §. sed & hoc præsenti Auth. de Sanctiss. Epi. & consimiles an loquantur de Monachis aquè ac de Clericis.
12 A Rubrica licet arguere, quæ declarat, & ampliat nigrum.
13 Appellatione Monachorum an veniant Clerici.
14 Conditio si sine liberis in tex. posita an militet in simplici conditione nuptiarum.
15 Ratio tex. in d. §. sed & hoc præsenti, quod Monasterium sit loco filiorum refellitur.
16 Germana tex. ratio redditur.
17 Fatuitas est dicere Monasterium haberi lo. o filiorum.
18 Vera tex. ratio, ne deseratur vita spiritualis pro temporali, & contemplatiua pro actiua probatur.
19 Ratio, quæ Religioni fauet de iure potior.
20 In dubio pro caussa pia, & pro Religione decernendum.
21 Destinata per testatorem ad certum vsum, an ad alium possint conuerti.
22 Testatorum placita pro lege seruanda.
23 Verba in propria, & communi significatione accipienda.
24 Vbi est textus, non est opus argumentis, & doctrinis.
25 In textu omnis ratio, omnis pietas, omnis æquitas continetur.
26 Disputare de Peincipis veritate, & iustitia, sacrilegium est.
27 Rex agit tanquam Deus in terris.
28 An dispositio tex in d. §. sed & hoc præsenti loquatur in persona certa.
29 Si legetur Titio sub conditione, quod deferat nomen, & familiam testatoris, an eidem effecto Monacho debeatur legatum.
30 An eo casu teneatur Titius deferre insignia testatoris, remissiuè.
31 Monachus est mortuus seculo.
32 An dispositio tex in d. §. sed & hoc præsenti militet, vbi testator dixerit si sine liberis ex corpore legitimè descendentibus decedat.
33 Filius substitutus, an excludat Monasterium.
34 Sacerdotes, & ingredientes Monasterium, an dicantur nubere Deo & spirituales nuptias contrahere, remissiuè.
35 Tex. in d. §. sed & hoc præsenti loquitur interpretatiuè, & præsumptiuè, ideoq; cessat quoties constat de mente testatoris aliter sentientis.
36 Tex. in d. §. sed & hoc præsenti videtur loqui etiam de personis incertis.
37 Qui omne dicit nihil excludit.
38 Verba simpliciter, non secundum quid intelligenda.
39 Tantum operatur generalis dispositio in genere, quantum spetialis in spetie.
40 Tex. in Auth. nisi rogati C ad Trebel. etiam de incertis intelligendus. Indefinitum æquipollet vniuersali.
41 Vbi militat eadem ratio, idem ius statuendum.
42 Vbi diuersa ratio reddi non potest, diuersum ius non est inducendum.
43 Non dicuntur discrepare, quæ in ratione conueniunt.
44 Ratio ampliat dictum, vel etiam in exorbitantibus.
45 Ratio est coniunctio diuersorum casuum ad idem tendentium.
46 Ratio quoties est generalior dicto, licet à ra-

ratione arguere, non obstante dicti spetialitate.

47 *Tex in d.§.sed & hoc præsenti an procedat in personis incertis coniunctis, & consanguineis.*

48 *Fauore sanguinis latior, & plenior sit interpretatio.*

CONS. LVI.

Pro Reu. D. Simone de Angelis.

ARGVMENTVM.

Dispoſita pro mundanis nuptijs an, & quando ad ſpirituales nuptias trahantur, vel etiam contra votũ diſponentis. Contemplatiuæ vitæ dignitas ſubnectitur. Conditio ſi non nupſerit de iure improbata. Diſpoſita fauore armatæ militiæ ad Cæleſtem militiã nonnunquam porriguntur, Expreſsũ quidnam dicatur in iure. Sacerdotalis dignitas quanta ſit. Appellatione Monachorum, an, & quando veniant Clerici. Germana tex. ratio redditur ad tex. in §.ſed,& hoc prædicti Auth.de Sanctiſſ.Epi. improbata Communi opinione, Monaſterium haberi loco filiorum, quem textum vel etiã de incertis perſonis ad hæreditatem, ſeu legatum vocatis ſentire, contra aliorum ſentẽtiam oſtenditur. Vbi textus loquitur ſileant argumenta, Doctorũq; ambages, in eo.n. omnis ratio, omnis pietas, omnis æquitas continetur, de quibus dubitare graue nefas. Subſtitutus an, & quando excludat Monaſterium. Rerum cauſſa, & ratio quanti ſit latè examinatur. Fauore ſanguinis latior ſit interpretatio.

ALoyſius de Angelis legauit maſculis, & fœminis de ſua familia nubentibus duc.200.nempe maſculis in ſubſidium expenſarum matrimonij; & fœminis in augumentum dotium.

Contingit, vt Simon de Angelis vnus ex deſcendentibus vocatis ad legatum, ſpretis prophanis nuptijs nupſit Deo, conſecutus Sacerdotalẽ dignitatem, quæritur, an debeatur legatum? & quòd omninò debeatur.

1 Moueor primo quia diſpoſita pro mundanis nuptijs trahuntur, & amplianter de iure ad nuptias ſpirituales, ne impediatur curſus ad vitam contemplatiuam, ità *Bar.in conſ.1. n.3. idemq; in l.ſi ita quis §. is cui ff. de leg.2.per tex.in auth.de Sanct. Epiſc. §. ſed, & hoc præſenti, & in auth. niſi rogati vbi DD. C. ad Trebell.* concordat *tex.in cap.in præſentia vbi Gloſ. vlt. & DD. de probat.latè Affl.deciſ.348. n.4.*

2 Hinc eſt, vt adiutorium de iure Regni debitum Baronibus pro maritanda filia, debeatur etiam pro filia monachanda, porrigitur enim diſpoſitio nuptiarum temporalium ad nuptias ſpirituales, *Affl. in Conſt. Comitibus. Boer.deciſ.126.* faciunt dicta per eundem *Affl.deciſ.348.poſt Napod.in Conſuetud.ſi moriatur in ver. paragium in vlt. quæſt.* & nouiſſimè *Anna ſing. 13. et Sanchez de Matrim.lib.1. diſp. 33. nu 31.in fin.*

3 Secundo eatenus hoc eſt verum, vt vel etiam ſi teſtator dixerit, relin-

quo

quo mille Bertæ si nupserit, quingentos si efficiatur monacha, adhuc cōtra voluntatem testatoris Berta effecta Monacha cōsequetur mille, ne videatur deterioris conditionis nubentes Deo, quàm seculo, ità *Bar. in l. 2. ff. de his, quæ pęna nom. Io. Andr. in addit. ad Specul. Rub. de stat. monac. Ant. Butr. in d. c. in præsentia, Alb. in 2. par. statu. q. 104. Imo. in l. Lucius ff. de her. instit. Alex. conf. 121. lib. 2. Matthesil. sing. 52. Roma. singu. 439. Cotta Mem. ver. conditio, Boer. dec. 3 num. 14. Ferrarius caut. 9.* vbi testatur hanc esse veriorem opinionem, quam secuntur *DD.* maioris auctoritatis, eamque communē etiam opinionem dicunt *Ripa in l. 1. num. 62. sol. matr. & Parif. in d. c. in præsentia. Viui. com. opin. ver. filia relinquens pater*, faciunt *tex. in l. quoties, & l. Titiæ si non nupserit ff. de cond. & demo.* vbi reijcitur conditio si non nupserit tanquam impeditiua matrimonij, ergo multo magis cōditio impeditiua religionis, & continentiæ, cū nobilior sit vita contēplatiua *§. 1. vbi gl. ver. celsiorem Auth. de mona.*
4 *Archidi. in c. scripturis 8. q* 1. præferuntur enim temporalibus spiritualia *c.*
5 *inter corporalia de transl. episc.* Quemadmodum reijciuntur conditiones contra publicam vtilitatem *l. 1. ff. de*
6 *cond. inst. l. 1. ff. de his, quæ pęna nom. vbi DD.*

7 Tertio vel etiam dispositio in fauorem armatæ, seù mundanæ militiæ trahitur de iure ad militiam cœlestē seù spiritualem, nè videatur deterioris conditionis miles cælestis, quàm secularis militiæ, ex traditis per *Bar. in l. affectionis ff. de donat. & in l. miles, §. mulier ff. de mili. testa. Additio ad Gloss. in l. 2. C. de donat. inter vir. & vxor* & diximus *in conf. 44.*

8 Quarto hoc videtur apertè præceptum à testatore, quoniam expressum est illud, quod virtualiter inest, ex his, quæ superius diximus, *Bar. post glos. in l. prætor ait in 1. notab. ff. de nou. oper. nunt. idemque in l. 1. num. 7. ff. de vulg. Couar. var. resol. lib. 1. cap. 15. num. 9. Afflict. decis. 44. nu. 14. Surd. decis. 254 num. 37.*

9 Quinto expressum est illud, quod testator verisimiliter respondisset interrogatus, *glos. not. in l. tale pactum §. fin. in fin. ff. de pact. Alex. conf. 24. lib. 2. Cur. iun. conf. 19. Surd. d. decis. 254. nu. 40.* non enim est credendum in casu nostro testatorem voluisse excludere à tali beneficio benemeritos suæ familiæ Sacerdotes, qui in diuinis elo-
10 quijs Dij, & Angeli nuncupantur *c. Sacerdotibus 10. qu. 1.* Item sal terræ, & mundi splēdor *cap. Sacerdotes 93. d.* quorum dignitas merito Regali dignitati præfertur *cap. duo sunt. 96. d.*

11 Nec opponatur *tex. in d. §. sed, & hoc præsenti*, & cōmunem DD. opinionem sentire potius de Monachis claustralibus, quàm de clericis secularibus, siquidem tex. ille tàm in rubro, quàm in nigro loquitur expressè de Clericis, in rubro hisce verbis *de Sanctissimis Episc. & Reu. Clericis, & Monachis*, licèt autem à rubro
12 arguere, quod quidem declarat, & ampliat nigrum *gl in l. vn. C. ne liceat in vna, eademque causa, Io. Andr. in add. ad Speculat. tit. de allegat. et discuss. Imo. conf. 1. lib. 4. Socc conf. 92 lib. 1. & latè per DD. in princ. ff. si cert. petat.* in nigro autem per hæc verba, *Si Monasterium ingrediantur, aut Clerici fiant*, & dicit *glos. in auth. nisi rogati C. ad trebell. in ver. venerabile*, hoc pacto *tex. in corpore, vnde sumitur loquitur etiam in Cl. seculari*, à quo *tex. in l. Deo nobis §. huius* ibi *in Monasterio vel Clericatu C. de Sanctiss. Episc.* & ne desit pūctualis decisio, ita tenet *Dec. in cap. in præsentia col. 29. de prob.* quem refert, & sequitur *Io. Dilectus* omninò videndus *de arte testa. tit. 5. caut. 18. n. 5.* qui testatur hanc esse veriorem opinionem, subdens quòd Clerici multum lætari debent, &c. Quibus

ad-

adde quod appellatione Monachorũ semper veniũt Clerici, maximè verò in fauorabilibus, vt in casu nostro, ità *Carol. de Graf. de effect. Cler. in pralud. nu.* 249. cum cæteris ab eo congestis.

14 Neq; obijciatur, quod *tex. & DD. in d. §. sed, & hoc præsenti, & in d. auth. nisi rogati, itemq; tex. & canonistæ in d. cap. in præsentia* loquantur, in fideicommisso si sine liberis, & ea quidem ratione, quòd Monasterium succedat loco filiorum, quod non congruit facto nostro, in quo non sunt nuptiæ, neq; liberi; nã respondetur quod *tex. in d. §. sed, et hoc præsenti in principio* alternatiuè loquitur, videlicet in conditione nuptiarum tantum, vt in casu nostro, & in conditione liberorum per hæc verba, *Sub conditione nuptiarum, siuè liberorum, vbi glos.* expresè dicit duas esse conditiones distinctas: ex quibus verbis omnis cessat in facto nostro dubitandi occasio. Item

15 Respondetur talem rationem, quod Monasterium succedat loco filij esse penitus falsam, & confictam à *DD.*

16 Sed vera, & germana *tex.* ratio ea est, ne deseratur vita contemplatiua, & spiritualis pro actiua, & temporali, vt in casu nostro, ita nuncupatim *Bar. d. conf.* 1. *nu.* 3. ex mente *Riccardi de Malumbra, & Cyn. in d. auth. nisi rogati. Idem Bar. in d. l.* 2. *ff. de his, quæ poenæ nom.* quem sequuntur *Castrens. in d. Auth. nisi rogati, & Roman. in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb.*

17 *oblig.* Hinc *Feli. in d cap. in præsentia n.* 58. *Fatuitas*, in quit, *est dicere Monasterium esse loco filij*, sequitur *Bal. in l. filium ff. de his, qui sunt sui. Dida. var. Resol. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 6 *Ripa in l. ex facto §. si quis rogatus nu.* 37. *ff. ad Trebell. & in l. si unquam nu.* 93. *C. de reuoca. dona. Paris. conf.* 65. *num.* 10. *lib.* 2.

18 quæ quidem ratio ne deseratur vita spiritualis pro temporali de iure obti-

19 net, vti ea, quæ magis religioni fauet *l. sunt personæ ff. de relig. & sumpt. fun.*

20 Ideoque in dubio pro caussa pia, & pro Religione est decernendum, *tex. est apertus in d. l. sunt personæ in fine ff. de Relig. & sumpt. fune.* quem ad hoc in propriis terminis expendit *Additio ad Bar in d. conf.* 1. & nouissimè *D. Reg. de Pont. conf. vltimo in vltimis verbis.*

21 Superest, vt respondeamus ad obiecta Megalij (viri alioquin religione, & doctrina insignis) in sua *Obseru.* 146. quem pro parte aduersa allegabat Doctor Frãc. Anel. Clorius. Mouetur primo, quia relicta, & destinata per testatorem ad certum vsum non sunt ad alium conuertenda, *Couar. var.*

22 *resol. lib vlt. cap.* 6. & latius diximus in *conf.* 49. *nu.* 9. *cum seq.* item testatoris voluntatem pro lege seruandam, *vulg. §. disponat Auth de nupt. c. vltima vo-*

23 *luntas* 13. *q.* 2. Itemque verba in propria significatione, & secundum communem loquendi vsum accipienda *c. ex literis* 1. *de sponf. l. labeo ff. de supe. lega.* vnde de nuptijs carnalibus, prout vulgus communiter sentit, non autem de spiritualibus testatoris dispositionem intelligendam. Verumtamẽ hæc, & similia leuiora obiecta posset forte militare, vbi pro nuptiis spiritualibus non essent aperta ratio, & expressi *tex. in d. §. sed, & hoc præsenti, & in d. Auth. nisi rogati* canonizati *per*

24 *DD. in d. c. in præsentia*; Quid enim argumenta exquirimus, vbi vtriusq; iuris apertos, clarosque textus habemus *l. ancillæ, vbi glo. in ver. quæstio C. de furt. Franch. decis.* 634. Sanè in tex.

25 omnis ratio, omnis pietas, omnis æqui

26 tas continetur, de cuius veritate disputare sacrilegium est, *l. disputare C. de*

27 *poena sacrileg.* agit .n. Princeps tãquã Deus in terris, *Dec. conf.* 699. *n.* 16. *Ias. in l à diuo §. si super rebus ff. de re iudi. Bal. in cap. Eccl. Sanctæ Mariæ de const.* cum cæteris abunde per nos cumulatis *Fest. lect lib.* 2. *cap.* 11. De-

28 niq; nititur *Megal.* respõdere *ad tex. in d. §. sed & hoc præsẽti, & in d. Auth.*

nisi

nisi rogati; inquit enim textus illos procedere quoties relinquitur certæ personæ nupturæ, tunc enim dispositio porrigitur ad Monachatum, seu Clericatum, at secus in legato facto incertis personis nupturis, vt in casu nostro, ad quod allegat *Beroum qu. 34.nu.6. Ozasch.decis Pedem.126. nu. 12. et Sanchez de Matrimo.lib.1.dispu. 33. num.32.* ad quos breuiter respondendo, patebit rei veritas.

29 Loquitur autem Berous, quoties legatur alicui sub conditione, quod appelletur, & denominetur de familia, & domo testatoris, ille vero efficiatur Monachus; quo quidem casu legato non gaudet: quid autem commune habet talis dispositio cum facto nostro? Monachus enim non habet domum, non familiam, nec defert
30 insignia, ad quæ eo casu teneretur, vt
31 diximus *conf.31.nu.16.arg.tex in c.1. iuncta glos. in ver. ingenuus de purga. Cano.*

Loquitur item *Ozasch.* vbi sit facta substitutio inter filios testatoris, qui fuerit contẽplatus mundanas nuptias, carnalemq; prolem, per ea verba, *si filij mei decedant absque liberis legiti-*
32 *mis, & naturalibus ex corpore descendentibus, & ex matrimonio legitimè procreandis, succedant inuicem*, vt apertè *nu.*24. per quæ verba disponẽs prætulit filios, & posteritatem suam
33 Monasterio, filius enim substitutus excludit de iure Monasterium, vt ibi *nu.* 17. Quid autem hæc cum facto nostro, vbi non sunt contemplati, nec substituti filij? Sed tantum testator dixit. Lego nepotibus, & consanguineis meis in casu nuptiarum, cur autem hoc denegabitur nubentibus
34 Deo; Sacerdotes enim dicuntur Deo nubere, & per ingressum Monasterij dicitur quis spirituales nuptias contrahere, vt latè probat *Sanchez loco citato vers. tertia.*

35 Fatemur *textum in d. §. sed & hoc præsenti* loqui per quandam interpretationem, & præsumptionem, quæ cessat, quoties constat de contraria mente testatoris aliter sentientis. *Det. in d.c. in præsentia num. 58. Boer. decis. 354. Couar. var. resol cap. 19.* & latius per *Ozasch. loco citato num. 11, 17, 18. 19. 24. 26.* At secus in casu nostro, in quo verosimillimum est testatorem maluisse vocare benemeritos suæ familiæ Sacerdotes, atq; ita se conformare cum dispositione iuris *d. § sed & hoc præsenti* cum concord.

Tandem *Sanchez* arbitratur *tex. in d. §. sed; & hoc præsenti* procedere quoties sit vocata certa persona, secus autem in legato facto incertis personis, in quo perpendamus quæso num verè *tex.* loquatur in persona certa, & particulari, secundo num in casu nostro sit danda differentia inter legatum factum certæ personæ, vel incertæ, tertio num hoc procedat in legato facto incertis personis coniunctis, & consanguineis, prout in casu nostro.

36 Quo ad primum *tex. in d. §. sed & hoc præsenti* non omnino videtur contemplari certam personam, inquit .n. si quis reliquerit liberis, seu cuicunque personæ, per quæ verba etiam incerta persona potest contineri,
37 quoniam qui omne dicit, nihil excludit *l. Iulianus ff de leg. 3. l. à procuratore, vbi glo. C. manda.* & in spetie illud *cuicunque personæ*, omnes personas, etiam incertas, & incognitas comprehendit *tex. est in l. si ita fuerit ff. de leg.*
38 3. Amplius verba simpliciter, & non secundum quid sunt intelligenda *vulg. l. hoc legatum, vbi Bar ff. de leg. 3.*
39 Denique tantum operatur generalis dispositio in genere, quantum spetialis in spetie, quare generaliter vocati habentur, ac si quilibet eorum spetialiter esset vocatus *l. si chorus, vbi*
40 *Bar. & cęteri ff. de leg. 3.* textus vero in *d. Auth. nisi rogati* non nisi de rogatis simpliciter loquitur, ergo de quibuscunque rogatis, siue certis, siue incertis;

tis; indefinitum enim æquipollet vniuersali *l. si pluribus ff. de leg. 2. l. si plures ff. de leg. 3.*

Quoad secundum, germana *tex.* ratio, ne deseratur vita spiritualis pro temporali, quam supra latè probaui-
41 mus æquè militat in persona certa, ac incerta; igitur vbi militat eadem ratio, idem ius erit statuendum *l. illud ff. ad le. aqui l. 1. §. 1. ff. de fonte*, ideoque, vbi diuersa ratio reddi non
42 potest, diuersum ius non est inducendum *l. 3. §. 1. ff. de iniusto testa. l. à Ti-*
43 *tio ff. de ver. obli.* non enim dicuntur discrepare, quæ in ratione conueniũt *l. 1. §. per seruum vbi Ias. 10. notab. ff. de*
44 *acq. poss.* omnis autẽ dispositio per rationis identitatem ampliatur *l. vnum §. fin. ff. de leg. 3. l. is, qui animo, vbi glo. ff. de acq. poss. l. cum pater §. dulcissimis ff. de leg. 2. l. item veniunt §. ait senatus*
45 *ff. de pet. hære.* Ratio enim est coniunctio diuersorum casuum ad idem tendentium *Bal. in l. omnes populi col. 18. ff. de iust. & iure Ias. in l. 1. §. item acquirimus ff. de acq. poss. latè Tiraquel. in tract. cessante causa par. 1. n. 151.* Quæ omnia amplia, vt fiat extensio, vel etiã in exorbitantibus eadem ratione militante *gl. in cl. 1. ver. eligatur de elect. Soc. in Rub. solu. matr. nu. 9. per tex. in l. filium habeo ff. ad macedo.* cũ cęteris co
46 congestis. Iãdem meminisse oportet, quoties ratio est generalior dicto, licere nobis à ratione arguere, non obstante dicti spetialitate *l. regula §. fin. ff. de iur. & facti igno. l. 1. §. qui vulgo ff. de vi, & vi arma. c. constitutionem de regular. lib. 6.* cum simil.

Quoad tertium, licet Sanchez in ea videatur residere sententia, vt *tex. in d. §. sed & hoc præsenti* loquatur in persona certa, secus autem in persona
47 incerta, idem tamen Auctor fatetur hoc procedere in extraneis, at secus in coniunctis, & consanguineis, vt in casu nostro, qui siue certi, siue incerti, semper intelliguntur vocati, adeo quod effecti religiosi, legatum consequantur, prout concludit loco citato
48 *vers. Hoc tamen,* quoniam fauore sanguinis latior, & plenior interpretatio facienda est *l. Aurelius §. Titius testamento ff. de libe. legata*, ibi *propter naturalem affectum omnia videri concessa*, ad hæc *Natta cons. 296. num. 6. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 15. num. 72.* Cęterum cum in facto nostro simus in legato facto coniunctis, & consanguineis, in casu nuptiarum, remanet expedita quæstio, etiam ex mente Sanchez, in quo Megalius se fundat, vt debeatur legatum R. D. Simoni Sacerdoti consanguineo spirituales nuptias assecuto.



SVMMARIVM.

1 *Pro parua re quandoque litem ingredimur, iuris articulum potius, quam rei momentum animo metientes.*
Viduis debetur lectũ viduale, & n. 12.
2 *Legatum compensatur cum debito necessario inducto à iure.*
3 *Secus vero in debito voluntario.*
4 *Qui omne dicit, nihil excludit.*
5 *Vir tenetur vxori ad alimenta.*
6 *Appellatione alimentorũ veniunt etiam lectum, & vestis.*
7 *Vidua soluto matrimonio retinet vestes ad vsum necessarium, & quotidianum.*
Et pari ratione retinet lectum.
8 *Compensatio non datur in alimentis.*
Et an compensetur legatum cum quarta Auth. præterea.
9 *Generalis clausula in fine posita restringitur ad specificata.*
Speties aliquando restringit genus.
10 *Verosimile est inspiciendum.*
11 *In generali dispositione non veniunt, quę in spetie verisimiliter non fuissent disposita.*
12 *Decretum Magnę Curiæ Vic. & Sac. Conc.*

AR-

CONS. LVII.

Pro Claudia Surrentina.

ARGVMENTVM.

Nobilibus viduis de iure Consuet. Ciuit. Neap. debetur lectum viduale, non secus, ac vestis lugubris, quasi pars alimentorum, sed an lectum viduale compensetur cum legato eisdem facto. Nunquid rectè opponatur compensatio in his, quæ respiciunt fauorem alimentorum. An, & quando cõpensetur legatum vxori factũ cum quarta eidem debita vigore Auth. præterea C. vnde vir, & vxor. Clausula generalis restringitur ad specificata, speties enim interdum restringit genus, quemadmodum generalis dispositio non comprehendit, quæ in spetie verisimiliter non fuissent disposita. Nunquid appellatione nobilium, veniant honestę personę nobiliter viuentes. Et ad hæc Decisio Mag. Cur. & Sac. Reg. Concil.

PEtrus Ant. Sophia legauit Claudiæ Surrentinæ vxori ducatos bismille pro dotibus, & antefato, ac pro omni debito. Modo vxor post legati consecutionem petit lectum viduale, quod de consuetudine Ciuit. Neap. debetur viduis, quemadmodum vestis lugubris, *Frãch. decis.* 413. post *Capy. dec.* 26. Pro parua re arma quandoque induimus, iuris veritatem, potius quàm
1 rei momentum attendentes vt in simili aiebat *Aeneas Syluius in Epist.*

2 Opponitur per hæredes lectũ nõ deberi duplici ratione, Primo, quia legatum gratuitum (tale est in casu nostro legatum pro magna parte) compensatur de iure cum debito necessario, et inducto à iure, prout est lectum viduale de iure Consuetudinario, *tex. est in l. si cum dotem §. si pater ff. sol. matri. & in l. si pater ff. de coll. dot. vbi Bar. & DD. Affl. decis.* 44. *nu.* 9. *An.*
3 *sing.* 310. Quod secus esset in debito voluntario *l. creditorem vbi gl. & DD. ff. de leg.* 2. & in propriis terminis *Molfess. in Comment. ad Consuet. Neap. par.*
4 6. *qu.* 11. *nu.* 20. *tom.* 2. Secundo quia testator legauit pro omni debito, ergo pro lecto quoque viduali, qui enim omne dicit, nihil excludit *l. Iulianus ff. de leg.* 3. *l. in fraudẽ §. si ff. de mil. testa. l. à procuratore vbi glo. C. mandati.*

Ex his Aduocati omnes concludebant pro hæredibus contra mulierẽ. Ipse vero contrarium de iure verius, & æquius arbitratus, aiebam lectum
5 vtiq; deberi, quoniã certum est virũ teneri ad alimenta *d. l. si cum dotem §. fin autem in sauiss.* vbi latè *DD. ff. sol. matr.* & latius diximus *in cons.* 54.
6 lectum autẽ, non secus ac vestis sunt pars alimentorũ *l. legatis alimẽtis ff. de alim. lega. l. quos nos §. verb. viuere, & l. verbo victus ff. de ver. signi.* de quo diximus *Fest. lect. lib.* 3. *cap. vlt. n.* 75. Vnde
7 quemadmodum vidua non tenetur restituere vestes ad vsum quotidianũ, & necessariũ *l. ex annuo ff. de don inter vir. Bald. in l. ex facto in fin. ff. de har. inst. idemque in l. pen. §. seruus ff. sol. matr. Roma. cons.* 146. *Cappel. Tholos. dec.* 336. cum cęteris ad hoc allegaris per *Surdum dec.* 166. *post Affl dec.* 315. *nu.* 3. *cum sequ.* ita nec lectum, turpe enim, & indignum videretur, vt mulier soluto matrimonio statim vestem, & stratum mendicare cogeretur, *arg. l. obligatione generali cum seq. ff de pigno.*
8 Succedit iuris regula, quod in his, quę respiciunt fauorem alimentorum nulla cadit compensatio, *l. in ea C. de compensa*

pensa. Surdus de Alimentis tit. 8. priuil. 53. Bellonus conf. 31. Polido. Ripa obser. 54. cum cęteris eo congestis. Quod eatenus verum est, vt si vir relinquat vxori inopi opulentum legatũ, adhuc non compensetur cum quarta debita vigore Auth. praeterea C. vnde vir, & vxor, vt quæ fauorem alimentorum respiciat, & ita per Senatum fuisse decisum refert Fontanel. de Pactis nupt. clauf. 5. gl. 8. par. 9. num. 52. cuius contrarium habetur apud Barz. decis. Bonon. 129. n. 20. cum seq. Ex quibus est euacuatum argumentum prætensæ compensationis.

9 Respectu vero illorum verborum pro omni debito dicebam ea verba, eamq; clausulam in fine positam quãtumuis generalem restringi ad specificata, & ad ea, de quibus fuit actum nimirum ad dotes, & antefarum, l. legatorum §. 1. vbi DD. ff. de leg. 2. Bar. post glo. in l. Meuius §. eum, qui eo. tit. l. coheredi §. qui patrem ff. de vulg. l. emptor §. Lutius ff. de pactis l. si ex pluribus ff. de solu. l. si cum fundum ff. de ver. signi. l. si de certa C. de transact. Det. conf. 660. num. 2. vbi species (inquit) Detius restringit genus, Crauet. conf. 16. Surdus decis. 217. latè Hodier. ad Surdum deci. 176. & latius Io. Fr. de Ponte conf. 88. n.

10 18. lib. 2. Eoque magis in facto nostro, in quo non est verisimile, vt vir amatæ vxori, cui tantum debere fassus est, lectum denegare voluisset, etenim à verisimili non est recedendum c. inspicimus de reg. iur. in 6. c. quia verisimile de presumpt. Bald. in l. quicunque C. de seru. fugi. Fel. in c. auditis

11 de præscrip. Hippol. sing. 298. In generali autem dispositione non veniunt de iure, quæ verisimiliter non fuissent in specie disposita glo in l. tale pactũ in fi. de pact. singularis tex. sẽperq; in pro prijs terminis allegandus in d. l. obligatione generali cũ seq. ff. de pigno. ibi non cõtinentur, quæ verisimile est &c. & ibi item vestis &c. & ibi per quam necessaria &c. & ibi ad affectionem &c. illud autẽ, quod est verisimile habetur prõ expresso Affl. deci. 44. nu. 26.

12 Ex quibus obtinui, fuitque per Mag. Cur. pronunciatum deberi lectum viduale, In quo animaduertendum duxi, quod licet D. de Franch. d. decis. 413. innuat lectum deberi viduis magnis Dominis, idem tamen militat in cęteris honestæ, & non ignobilis conditionis, faciunt, quæ scripsimus sup. conf. 35. in fi. & ita in facto nostro decisum. Apud Acta Grilli.



SVMMARIVM.

1 *Nulla maior prouidentia erga filios, quàm paterna, vel materna.*
Mater transiens ad secunda vota non omninò à filij educatione remouenda.
Nullus amor vincit paternum. Pater plus diligit filium, quam seipsum.

2 *Proximiores præsumuntur propensiores erga suorum commoda.*
Pater iure potest alienare bona filiorum, vti legitimus administrator, vel etiam sine decreto.

3 *Parentum præceptis, quasi Deo parendum.*

4 *Poetarum sententia ad caussarum decisionem iure allegari possunt.*

5 *Iurisconsulti Poetarum auctoritate res decernunt.*

6 *Mandatum Principis, ne contrahatur matrimonium ipso inconsulto, an valeat.*

7 *Constitutio Imp. Federici contra libertatem matrimonij abrogata, & improbata.*
Anima Federici in Inferno ob talem Constitutionem.

8 *Rex Carolus Secundus eam Constitutionem abrogauit.*

9 *Quod limita, vbi vasallus vellet contrahere cum alienigenis, & infidelibus Corona Regia.*
Quod intellige respectu traditionis feudi in dotem, salua semper libertate, et validi-

validitate Sacramenti.

10 *Cæterum inter Regnicolas, & fideles mandatum de non contrahendo nuptias est nullum.*

11 *Princeps secularis an possit sequestrare puellam in aliquo loco sub pœna, quod non egrediatur, neq; contrahat nuptias.*

12 *Et quid vbi iustę, & laudabiles sint nuptiæ:*

In re merè sacra, & ecclesiastica nihil potest Iudex secularis.

13 *Opinio Bartoli decernentis matrimonium esse ratum, verum deberi poenam, damnatur.*

14 *Ea tamen sententia saluari potest triplici ratione.*

15 *Quoties vasallus cum æquali, & condigno contrahit, cessat poena.*

16 *Opinio contra Bartolum tutior.*

17 *Mandatum factum minori an valeat. Et an poena exigi possit.*

18 *Poena triginta millium à Regni Vicario indicta an sustineatur de iure.*

19 *In odiosis, & poenalibus non fit extensio de persona ad personam, etiam ex maioritate rationis.*

20 *Mandatum, quod non tenet respectu principalis, multo minus tenet respectu aliorum.*

21 *Epilogus narratorum.*

22 *Decretum supremi Concilij Regni Sicilię.*

23 *Decretum Regij Collateralis Concilij Neapolitani.*

CONS. LVIII.

Pro Baronissa Mont. & Campi.

Nulla maior prouidentia erga filios quàm parentum, hinc dicimus proximiores præsumi proniores erga minorum commoda. An & quando Princeps, seu Iudex secularis possit præcipere, ne matrimonium contrahatur ipsis inconsultis. Et an sustineatur sequestratio puellæ sub pręcepto, vt locum nõ egrediatur, neque matrimoniũ contrahat inconsulta Principis Curia, explosa Regni Cõstitutione matrimonij libertatem coarctante. Et quid in sequestratione seu inhibitione inter pares genere, & natione, quidue inter impares, & alienigenas, maximè vero vbi agatur de transferendo feudo in exteros Coronę Regię infidos. declarato cap. Regis Caroli II. Et ad hæc Decisiones Supremi Concil. Regni Sicil. & Collateralis Concil. Neap.

Rogatus à D. Andrea Arduino Marchione Soreti, an Domina Baronissa Mont. & Campi Sicula, eius neptis, hæres vniuersalis eius Baroniæ, ac totius patrimonij, quæ ob magnas dotes à plerisque, & præcipuis eius Regni Proceribus exposcebatur in sponsam esset educanda in Monasterio S. Mariæ, iuxta præceptum paternum, ad quod inclinabant nonnulli agnati, an alibi, prout à cęteris agnatis petebatur, respondi paternam voluntatem sequendam, vbi aliud non appareat magis expediens saluti, ho-

1 nestati, & incolumitati puellæ, ex regula quod nulla maior prouidentia erga filios, quàm paterna, vel materna *l. decretationibus C. de epi. audi. l. si furioso puberi ff. de cura. fur. l. 3. §. etiam ff. de lib. exhib. l. in cõiunctione C. de nup. §. 1. verf. sed hoc Inst. de satisd. tuto.* & in proprijs terminis est *tex. in l. 1. C. vbi pupi. edu. debe.* ibi *nulli magis, quàm matri*

2 matri &c. Idque adeo verum est, vt nec mater transiens ad secunda vota sit omnino à filij educatione remouenda, vt ex *Plato*. refert *Meno. de Arb. iudi lib.2.cent.2.cas.* 168.*nu.*10.

Nullus enim amor vincit amorem parentum *l. fi. C. de cura fur l. nam etsi parentibus ff de inof. testa. §. fi. inst. de noxal.* Itemque nemo præsumitur magis aliquē diligere, quàm parentes *l. quidam cum filium ff. de her. inst. l. nec in ea ff. de adult. l.* 1. § *taceat C. de rei vxo act.* quinimo censetur parens magis diligere filium, quam se ipsum *l. isti quidem §. fi. ff. de eo, quod met. & l. cōtra pietatem C. de testam.* latè *Cassan. cons.* 14. *nu.* 14. & nouiss. *Paschalis de Vir. patr pote. par. 3. ca. 1. in princ.* Quo fit vt proximiores agnati, & cognati præsumantur propensiores erga minorum commoda, *arg. l. 1. §. eligitur ff. de vent. in poss. mitte. d. l. 1. C. vbi pup. edu. debe.* ibi *inspecta qualitate, & coniunctione, arg. l. si seruus plurium §. fin. ff. de leg. primo,* ubi DD. *latè Borgni. Caualca. in tract. de Tutore num.* 300. cum ceteris ab eo congestis post *Bal. cons.* 487. *lib.* 5. Ideoque pater vti legitimus administrator rerum filiorum potest alienare, vel etiam sine decreto *Bal. & Alex. in l. preses C. de transact. Azo. in summa C de bo. quæ libe. Affl. dec.* 393. *Petr. Garzia dicto mirab.* 38.

3 & latius diximus *in cons.* 18. *in fi.* cum quibus conuenit Poeta *Aene. lib.* 5. qui patris, non secus, ac Dei præcepto iubet esse parendum.

Et Iouis imperium, & cari præcepta parentis.
Edocet.

Et ante ipsum *Plau. in Sti.*

Aduersari parentibus sine dedecore, & scelere summo haud possumus.

Quē concinnè imitatur *Alexander Ventrilia* eruditiss. Iurisc. in suis *Comicis Compositionibus.* Poetarum autē sententias optimo iure ad causarum decisionem esse allegandas docet *glo.* ex eo tex. *in l. in tantum in fi. ff. de rer. diui.* cōsocia *in §. item pretium Inst. de empt. & vendi. DD. in l. 1. ff. si cer. peta. Andr. d. Iser. in fi. preglu. feudo.* & latius scripsimus *Fest. lect. lib. 3. cap.* 12. *n.* 11.

5 vbi nostros Iurisconſ. Poetarum auctoritate ad quæstiones decidendas motos esse, rerumque veritatem è Vatum sententiis nonnunquam venatos ostendimus.

Post hæc cum nonnulli ex agnatis tractarent matrimonium ipsius puellæ cum nobilissimo, & opulentissimo Barone; cęteri cognati, qui ob interesse aduersabantur, procurauerunt mandatum à Regni Vicario, quod puella non egrediatur claustra Monasterii, neque contrahat matrimonium inconsulto ipso Regni Vicario, seu Prorege, sub pœna duc. triginta millium.

Verum contracto postea matrimonio prætendebatur per Regium Fiscum puellam incidisse in pœnam, ex quo locum egressa nupserat inconsulto Prorege, & in contemptum mandati. Proinde iterum rogatus quid de

6 ea re sentirem, Respondi Mandatum esse nullum tanquam contra libertatem matrimonii, & per consequens contra ius Diuinum, Canonicum, & Ciuile, *c. gemma, c. cum locum de sponsal.* 32. *q.* 2. per totū *l. titia, & l. si diuortio ff. de ver. obli. l. cum ita ff. de cond & demo. Ab. in c. 1. de spons.* latè *Alex. in Rub. ff. sol matr. & in cons.* 97. *lib.* 1. & nouissimè *Riccius decis. Cur. Archiep. Neap.* 187.

7 Et licet Imp. Feder. in Const. Regni *Honorem nostri diadematis sub Rub. de vxore non ducenda sine permis. Reg.* statuerit contrarium, tamen illa Constitutio tanquam iniqua, & inductiua peccati mortalis est communi omnium uoto improbata, vt ibi per *Andr. de Iser.* qui dicit animam Federici torqueri in Inferno ob eam Constitutionem, & post ipsum per *Afflict. ibi nu. 3. cum seq.*

8 Ideoque Carolus Secundus Neap. Rex inter Capitula edita in planitie

San-

Sancti Martini *cap. item statuimus*, corrigendo, imo annullando prædictam Constitutionem, statuit, vt matrimonia sint omnino libera, vno tantum casu excepto, quoties vasallus vel let contrahere matrimonium cum alienigenis, & infidelibus, seu de genere infidelium coronæ Regiæ, quod maximè intelligas respectu traditionis feudi in dotem (salua semper libertate Sacramenti) *Mar. Frec. de subfe. lib. 2. q. 23.* facit tex. *in l. viduæ ibi*
10 *pares genere, & moribus C. de nupt.* Cæterum inter Regnicolas, & fideles, vt in casu nostro, mandatum est penitus nullum, latè *Reg. de Ponte de Asse. Reg. super dote nu. 7. vsq; ad nu. 12. Hora. Montanus in Repet. leg. Imperialem de probi. feudi alien per Feder.* Et licet *D.*
11 *de Ponte* ex mente DD. asserat posse Principem secularē sequestrare puellā in aliquo tuto loco, ad finē explorandi voluntatem, hoc tamen est sanè intelligendum ad euitandas subductiones, fraudes, & violentias, quæ facilè possent commiti contra simplices puellas, per *tex. in l. 1. l. in coniunctione C. de nupt.* cōsonāt sacri Canones *in cap cum locū de spons. Couar. de spons. par. 2. cap. 3. §. 6. Bal. d. conf. 487. lib. 5. Aym. conf. 190. lib. 1. Franc. Marc. decis. Delphin. 20. num. 6. & 175. num. 11. lib. 1.* et ex nostratibus, ita practicari testatur *Anna singul. 395. & D. Reg. Rouit. super Pragm. 9. de Baron.* qui adhoc allegat notab. doctrinam *Andr. in cap. 1. §. porrò in fi. qua sit*
12 *prima caus. benef. amit.* At secus postquam certa, & commendabilis est volūtas puellæ, vel quoties matrimonium fuerit iam secutum, et solenniter contractū, vt in casu nostro, tunc enim Princeps, vel Iudex secularis nullo modo potest se in negotium ingerere, sed totum spectat ad Ecclesiasticum, vt expresfsè dicit *Bal. in d. l. 1. in princ. C. de nupt.* cōsonāt, quæ scripsimus *in conf. 34. pro Camillo Brāc. n. 13*
13 Et quamuis *Bartolus in l. edicimus C. de murileg. lib. 11.* videatur velle quod licet matrimonium eo casu sit ratum, tamen pœna debeatur, eius autem opinio est penitus improbata, quoniā per indirectū angustiaretur libertas matrimonij, *Fel. in cap. 1. de spons. idemque in cap. Ecclesia S. Mariæ de Const. Ab. conf. 65. lib. 3. Card. Alex in d. c. 1. de spons. & in c. fi. de secu. nupt. Couar. Pract. quæst. lib. 2. qu. 1.* & nouiss. *Ricius decis. 178.* quod vel ipsi Ciuilistæ communi omnium voto secuti sūt, prout testatur *Alex. in l. Seius Augerius ff. ad le falci. idemq; conf. 1. & 17. lib. 3. Feder. de sen. conf. 175. Anchar.*
14 *conf. 18.* cum cæteris eo congestis. Verumtamen *Bartoli* opinio non omnino est contemnenda, loquitur enim (repetita protestatione libertatis Sacramenti) vbi prohibentur nuptiæ cum alienigenis, & diuersarum nationum hominibus, è quorum commistione adulterinis, prauisque moribus nasci prolem compertum est, ex quo Resp. maximè lædi potest, vt post Philos. tradit *Io. Paris. de Bel. Gallicano*, & latius diximus *Fest. lect. lib 1. cap 7. post n. 15.* Vnde bonus, vel malus inspectis patrijs moribus quis rectè diiudicatur *l. quod si nolit §. qui mancipium ff. de edil. edi. Luc. in l. quæcumq; C. de apo. pub. lib. 10.* quem refert, & sequitur *Frec. de subse. lib. 2. qu. 23.* cum cęteris per nos congestis loco citato. Quibus addo alienigenas esse Principi suspectos, vt qui de facili possent insidiari coronæ Regiæ, & paci inter populos, latè *Frec. loc. cit* post *Andr in cap. Imp. nu 7. de probi. feudi alien. per Fede.* Item Bartolus loquitur vbi subditi possunt cōmodè, & honestè cūm suis, & indigenis coniungi, quibus ommissis, cum exteris, & alienigenis audent immisceri, in graue Principis, ac Reip. præiudicium. Hinc ob bonum publicum Canonica præcepta aliquando mutilari, & laxari contingit, verba sunt *tex. in cap. & si ille vers. aliquando 1. qu. 7.* consonat *tex. in ca. 2. in fi. de de-*

X 3 *spo.*

spo.imp. Quo fit, vt quoties Vasallus
15 æquali, & condigno nubit, cesset pœna, *Fontanel.de Pactis nuptial.gl. 2. cla 4.tom.1.Thesaur. quæst. Forens.70. vol 1.arg.d.l.viduę & l.in coniunctione* ibi *inter honestos competitores C.de nupt.* & ita decisum refert *Cancer. variar. Resolut. lib. 3. cap.* 11. cum cæteris ab eo relatis, prout in casu nostro vbi Domina Baronissa nedum fideli, & æquali, sed dignissimo Baroni è procerum prosapia nupsit, quid ergo de pœna vlterius disceptamus? Quicquid
16 tamẽ sit (vt ad Bart.redeamus) tutiorem opinionem cõtra ipsũ Bartolum existimo, vt nec pœnæ sit locus, ne libertati nuptiarum quicquã dettahi videatur.

17 Eoque magis vana redditur Fisci prætensio de pœna exigenda, cum mandatum sit factũ puellę minori 18. annis in Regno, quo quidem casu mandatum, etiã ex iusta causa factum non ligat, nec pœna potest exigi *l.1.§. impuberes C.de falsa mone. l. fin. C.si aduer.del.l.1.C. in quibus caus. in int.rest.non est necess.* & in proprijs terminis est *tex.vbi latè Dec. & DD. in l. ferè in omnibus ff.de reg.iur. Bal.in l. 1.*
18 *in princ.C.de spons.* Adde pœnam triginta millium aureorum non posse forsitan de iure exigi tanquam immoderatam, exorbitantem, & longe vltra iustam legis mensuram, etenim Pręfectus prætorio, qui videtur comparari Proregi, seu Regni Vicario non potest mulctare vltra 50. libras auri *l. illustres C.de mod.mulcta.*

19 Quod vero circumfertur de exigenda pœna cõtra consulentes, & cooperantes in cõtrahendis nuptijs est maximè à iure alienum, quoniã in odiosis, & pœnalibus non fit extensio de persona ad personam, neque etiam ex maioritate rationis *Ias.* ex eo tex.*in l. cum quadam ff.de lib. & posth.Bal.in l. cum proponas C.de bar.inst.* Quid plu-
20 ra? si mandatũ est omni iure nullum, quo quidem casu cum non possit afficere principalem, multo minus afficiet alios *l.cum principalis,l.nihil dolo §.cum principalis ff de reg.iur.* arg. *cap. accessorium eo.tit.lib.6.l.qui contra vbi Bar.ff.de fideiusso. l. non dubium C. de legi.Bar.in l.nemo potest col 3. ff.de leg. 1.Alex.cons.*81.*lib.2.Rom. cons.* 15. & *cons.* 246. faciunt dicta per *Hippolyt. sing.*17 *et* 175.conferunt quæ scripsimus sup.*cons.*52.*nu.*18.

21 Itaque frustra agitur de pœna exigenda contra Dominam Baronissam.

Primo, quia mandatũ est contra ius Diuinum, Canonicum, & Ciuile, tanquam contra libertatem nuptiarum.

Secundo, quia domina Baronissa nupsit æquali, & condigno, quo quidem casu pœna alioquin debita de iure non exigitur.

Tertio, quia mandatũ factum puellæ minori non ligat etiam ex iusta causa.

Quarto, quia agitur de pœna longè vltra mensuram à iure permissam.

Quinto tanto minus potest agi cõtra cęteros in mandato non contentos.

22 His in Siciliam transmissis, & ab eo supremo Senatu perpensis, non fuit vlterius processum, prout rescripsit mihi Marchio Soreti.

23 Et in consimili casu, cum fuisset mandatum Dominæ Ducissæ Termulorum, ne matrimonium contraheret inconsulto Regni Vicario, eaq; nupsisset Principi Roccæ Romanę, ideoq; acerrimè instaretur pro exactione pœnę ducatorũ quinquaginta millium. Tandem re maturius examinata, per Reg. Collater. Concilium Neap. non fuit molestata. Patrocinante primario I.C. & Aduocato, viroq; Patritio D.Hectore Capicio Latto, nunc meritissimo Regio Consiliario. Penes Maiorinum Actuarium.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Debitor scriptus hæres potest repudiare hæreditatem in fraudem creditorum, & ratio, quia non dicitur ex hoc fraudare creditores, cum non teneatur quærere.*

2 *Secus vero si declarauerit velle hæredem esse. Semel hæres non desinit esse hæres. Sola animi destinatio facit hæredem. Et ex quibus animus adeundi coniiciatur.*

3 *Aditio non inducitur antequàm hæreditas sit delata.*

4 *Paria habentur esse aliquid factum, vel de proximo faciendum.*
Liquidum de iure habetur, licet illiquidum, si de proximo veniat liquidandum.

5 *De proximo acquirendum habetur pro acquisito.*

6 *Successionis casus videtur factus, vbi proxima sit caussa succedendi.*

7 *Acquisita videtur hæreditas, quæ paullo post fuerit cum effectu delata.*

8 *Potentia actui proxima pro actu habetur.*

9 *Basilica de proximo consecranda pro consecrata habetur.*

10 *Belli tempore factum censetur, quod paullò ante bellum sit &c.*

11 *Fugitiuus, & Apostata dicitur, vel etiam suspectus de proxima fuga, vel apostasia.*

12 *Hæreditatem iam quæsitam non potest quis in fraudem creditorum respuere.*

13 *In dubio contra textum in l. qui autem ff. de his, quæ in fraud. credito. est respondendum,*

14 *Et an ille tex. procedat in fraudem creditorum cum hypoteca.*

15 *Repudiatio hæreditatis non est permittenda ad obuiandum peccato capitali.*
Tenetur debitor adhibere media pro satisfaciendo creditoribus.

16 *Consulentes debitoribus institutis hæredibus, vt repudient grauiter peccant.*

17 *Non est danda materia, & occasio fraudis.*

18 *In dubio pro Christiana pietate, ac pro Religione est decernendum.*

CONS. LIX.

Pro Creditoribus Io. Hieronymi Rispoli.

ARGVMENTVM.

Debitor scriptus hæres potest de iure hæreditatem respuere in fraudem creditorum, ad hæc ratio subnectitur. Aditio quẽadmodum recusatio hæreditatis sola animi destinatione inducitur. Paria deiure habentur, esse quid factum, vel de proximo faciundum, non secus, ac de proximo acquirendum pro acquisito habetur, & ad hoc exempla subnectuntur, illud autem de proximo euenturum de iure censetur, quod paullo post reapse secutũ est. Hæreditatem quæsitam nullo pacto potest quis in creditorum fraudem respuere. In dubio respondendum cõtra tex. in l. qui autem ff. de his, quæ in fraud. credito. Et an textus ille militet in præiudicium creditoris hypotecarij. Hæreditatis repudiatio non permittenda in perniciem animarum; qui secus consuluerint vsq; ad mortem nouerint peccare. Fraudis materia vitanda. In dubio pro christiana pietate, ac pro Religione decernendum.

Ioan-

Ioannes Baptista Rispolus instituit hæredem Pernam fororem,& in casu mortis absq; liberis substituit Ioannem Hieroymum Rispolum, qui substitutus noscens proximum casũ successionis, comparuit in iudicio, declarãdo velle,& debere succedere vittute substiturionis, & proindè petijt fieri bonorum annotatiònem,& etiam sequestrum debitoribus, & rendentibus, quod non reemant in fraudem, & præiudicium ipsius. Ex quibus colligitur nedùm animus succedendi, sed etiam actus quidam positiuus circa acquisitionem rerum hæreditariarum.

1 Facto casu successionis prædictus Ioannes Hieronymus repudiauit hæreditatẽ in fraudem eius creditorum; putans hoc sibi licere, per *text. in l. qui autem ff. quæ in frau. credit.* non enim fraudantur creditores, cum debitor non teneatur quærere, *l. non fraudantur ff. de reg. iur.*

2 Sed quod non possit repudiare in præiudicium creditorum patet, quia iam declarauit eius voluntatem nedum verbis, sed facto, vt iam diximus, ex quibus inducitur aditio *l. pro hærede, l. gerit ff. de acquirenda hæred.* & semel hæres nõ potest desinere esse hæres *l. et si fine §. sed quod Papinianus in fine ff. de minor. l. ei, qui soluendo in fin. ff. de hær. inst.*

Animi autem sola destinatione quis efficitur hæres, & è contra, vt contrariorum eadẽ sit iuris disciplina *l. si auia C. de iure delib. l. recusari ff. de acq. hær. Flamin. Chartar. dec. Genu.* 73. *nu.* 4. sanè animus per actus extrinsecos conijci potest *l.* 1. *§. Diuus Adr. ff. de sicar.* & in proprijs terminis *Ios. Ludo. decis. Perus.* 109. *num.* 14. *cum seq.* vbi animum adeundi dicit conijci quoties hæditatis effectus facit quis adnotare, & sequestrare, vt in casu nostro.

3 Ad quod respondetur per partem aduersam, aditionem non potuisse induci antequam fuerit delata hæreditas, argum. *l.* 1. *ff. ad Trebell. l. delata ff. de ver. signi. l. si quis extraneus §.* 1 *ff. de acqu. hæred. l. ita tamen §. qui ex Trebelliano ff. ad Trebell. Surdus decis.* 333. *nu.* 8.

4 Replicatur per creditores, paria de iure haberi esse hæreditatem delatã, vel de proximo deferendam, per ea quæ tradit *Capycius decis.* 48. *nu.* 2. vbi Sacrum Concilium habuit instrumẽ-

5 tum illiquidum pro liquido, stante quod de proximo erat liquidandum, & latius diximus *cons.* 41. & in proprijs terminis, quod res de proximo acquirenda habeatur pro acquisita dicit *Bartol. in l. diuortio §. interdum ff. soluto matrimonio*, cum quo conuenit ibi *Iason*, *idemq; in l. admonendi colum.* 11 *vers. decimo facit ff. de iure iurando*, quod refert, & sequitur *Tiraquell de retract. ligna. §.* 1. *glos.* 7.

6 *num.* 44. *in fine*, & in proprioribus terminis successionis, quod habeatur pro facto casu successionis, si proxima, & indubitata subsit caussa, & spes succedendi, vt in casu nostro, in quo senex hęres erat iã desperata de prole, dicit *Anbaran. cons.* 430. exordiente *fuisset expediens*, qui ad hoc allegat textum in *l. sed si maritus in fine ff. qui, & à quibus*, quem refert *Dominus Præsidens Fabius Galeota in suo Consilio pro Duce Grauinæ nu.* 178. argum. *l. qui pœnæ §. Diuus ff. de manu-*

7 *miss.* Desperatus autem dicitur quis de prole, cum paulò post finè prole decessit, quemadmodum in casu nostro acquisita videtur hæreditas, quæ paulò post fuerit cum effectu delata, *tex. est in l. alumnæ §. final. ff. de adim. leg.* cum cæteris per nos cumulatis in *Cons.* 17. Potẽtia enim actui proxima pro actu habetur *gl. & DD. in l. pen.*

8 ex eo tex. *ff. de mili testa.* faciũt notata per *Ab. in cap. Ecclesia n.* 3. *de immun. Eccles.* vbi Basilica gaudet immunitate Ecclesiarum, licet non dum cõ-

9 secrata, ex quo de proximo venit con-

consecranda, cum sexcentis simil. adductis per *Sebast. Medic. de Regul. iur. regula* 5 *nu*. 163.

10 Vt omittam tempore belli factum intelligi, quod paulò antè bellum fit, item abrogatam haberi pecuniam, quæ quamprimum venit abroganda, itemque mortuum quem haberi, vel etiam moribundum, cum cæteris per nos cumulatis *d. consil*. 17. *num*. 15. & latius per *Hippol. singul*. 43. *& in l. fin. nu*. 56. *cum seq. ff. de iurisdict. omnium Iudicum*, vbi ampliat dispositionem contra debitorem fugitium, & apostatam, vel etiam contra suspectum de proxima fuga, siue apostasia, cum cæteris abundè cumulatis per *Tiraquell. de retr. conue. §.* 1 *glos*. 5. *n*. 6.

Ex quibus constat esse iam quæsitum ius creditoribus adeò, quod non licuit postea substituto in ipsorum fraudem repudiare *d. §. Diuus ibi cum futurum prospiceret. &c.* conferunt dicta per *D. de Franch. Decis*. 101.

12 *in fine*, vbi ex modica, & coniecturata caussa acquisitionis, concludit pro creditoribus, licet contrarium superius fuisset decisum; Sanè hæreditatem, vel legatum iam quæsitum, non potest debitor in præiuditium repudiare, quia tunc patrimonium suum debitor diminueret, quod prohibet *tex. in d. l. qui autē*, vt in spetie firmat *Dec. cons*. 260. *quæritur breuiter* post num. 4.

Quibus accedat in dubio contra *text. in dicta l. qui autem* tanquam durum, & exorbitantem, ne dicam irrationabilem, esse iudicandum, vt innuit *text. in l. in fraudem ff. de iure fisci*,

13 *& in l. magis puto §. fundum ff. de rebus eorum, qui sub tutela*, & latius per *Anchar. consil*. 101.

Adde, quod *tex. in dicta l. qui autē* procedit respectu creditorū in actione personali, secus verò in creditoribus hypotecarijs, vt in casu nostro, se-

14 quitu *Neguf. de pignoribus par*. 2. *membr*. 3. *num*. 5. *idemq; par*. 4. *princip. nu*. 33. *Beroius consil*. 43. *lib*. 1. *Menoch. consil*. 77. *volum*. 1. cum cæteris co congestis, quorum opinio licet alias per nos improbata *Fest. Lect. lib*. 2. *cap*. 2. *nu*. 7. in casu nostro non est aspernāda ex his, quæ modo subnectemus.

15 Non enim est permittenda repudiatio in fraudem creditorum saltem ad euitandum occasionem peccati mortalis, hæres enim repudiando in fraudem peccat mortaliter, quoniam tenetur adhibere media, vt satisfaciat, *Molin. de iust. & iure tract*. 2. *tom*. 2. *disput*. 435. *in fin. Sanchez de matrimonio disput*. 4. *lib*. 6. *Gratia. discept. fo-*

16 *rens. lib*. 2. *cap*. 271. *num*. 25. vbi inuehit contra consulentes hæredibus, vt repudient, quoniam ex tali consilio peccant mortaliter, sequitur *Paschal. de virib. patr. pote. par*. 2. *cap*.

17 4 *nu*. 174. Non enim est danda debitori materia fraudis, & peccati, *Ange.* post *glo. inl. in fundo* ex eo tex. *ff. de rei vendi. l*. 2. *in fin. vbi glo. in versic. puniunt C. de ind. vidu. toll. Io. Ludoui. de-*

18 *cis. Perus*. 65. *num*. 4. In dubio autem pro Christiana pietate, & pro religione est decernendum, *tex. est in l. sunt personæ ff. de relig. & sumpt. fun. &* latius *D. Regens de Ponte cons. vlt. in vlt. verbis*.



SVMMARIVM.

1 *Nudum preceptum alienandi sine caussę expressione non obligat.*

2 *Sed an sustineatur inter fratres inuicem vocatos.*

3 *Vltimus, seu nouissimus ex vocatis, in quo fideicommissum deficit non prohibetur alienare.*

4 *Substitutio, seu fideicommissum non transit ad hęredes.*

5 *Quod declara procedere in fideicommisso conditionali, secus in puro. Item declara, nisi ex coniecturata mente testatoris aliud constet.*

Con-

6 *Conditiones appositę in primo fideicommisso vniuersali, censentur repetitę in secundo particulari.*
7 *Filij positi in conditione an censeantur vocati.*
8 *Maximè, vbi non adsit coniectura in contrarium.*
9 *Testator non dixit, ergo noluit.*
10 *Prohibiti alienare non prohibentur alienare inter se.*
11 *Epilogus narratorum.*
12 *Decisio quęstionis.*

CONS. LX.

Pro Hæredibus Ioannis Madij.

ARGVMENTVM.

Nudum præceptum de non alienando sine caussæ expressione nunquid obliget hæredem. Et quid inter fratres inuicem vocatos. Et an vltimus ex grauatis valeat disponere. Substitutio, seu fideicommissum an, & quando transeat in hæredes. Conditio apposita in primo fideicommisso vniuersali an intelligatur repetita in secundo particulari. Filij in conditione positi an, & quando censeantur vocati. Prohibiti alienare, an prohibeantur inter se ipsos alienare. Quibus subnectitur quęstionis Decisio.



ANdreas Madius in suo vltimo, ac solenni testamento instituit suos hæredes vniuersales Ioannem, Antonium, ac Franciscum filios sub conditione, quod in casu mortis quandocunque sine liberis succedant inuicem.

Et in spetie mandat testator, quod fundus Madianus non possit uendi, alienari, nec obligari, & in casu contrarij pars alienanris applicetur cohæredibus, nulla facta mentione nepotum.

Euenit quod mortuus est Franciscus vnus ex tribus fratribus hæredibvs institutis, cui successerunt Io. & Antonius fratres cohęredes, deinde mortuus est Ioannes superstite Antonio, qui cessit partem fundi sibi obuentam filijs Ioannis fratris præmortui.

Aduersus quam alienationem veniunt filii Antonii alienantis virtute præfati fideicommissi.

1 Pro cessionatijs dicitur, quod frustra agunt isti filii Antonii, siquidem prohibirio alienandi, & substitutio facta inter fratres instituros, tanquam nudum præceptum est nulla, non enim exprimitur causa prohibitionis *l. filius familias §. Diui ff. de leg. primo. vbi latè DD. l. pater §. Iulius Agrippa vbi DD. ff. de leg. 3. glos.* omnino videnda in propriis terminis, & in expresso casu nostro *in l. quoties la prima C. de fideicom.* ibi, *& nota quod talis prohibitio &c.* Deficit enim fundamentum realis fideicommissi, nimirum perpetua alienandi prohibitio, & contemplatus familiæ fauor, quos geminos realis fideicommissi esse pedes, quibus in posterum procedat, latè ostendimus supra *cons. 48.*

2 Sed dato, quod talis substirutio inter fratres inuicem vocatos sit valida, ex his quæ tradit *glos. in d. §. diui vers. respectu*, adhuc dico Antonium vltimum ex fratribus præmortuis potuisse licito iure alienare, in ipso

enim

enim deficit fideicommissum *tex. est in d.l.quoties, vbi Bal. & DD. l. Mutianę in fi. ff. de cond. & demo. l.qui solidum §. prædium ff. de leg. 2. Castr.* quem refert, & sequitur *Iaf.in d. l. filius fam. §. diui in 2. lect. num.* 82. vbi etiam *Ripa nu.17.ff.de leg.1.*

Talis autem substitutio, seu fideicommissum non porrigitur ad filios Antonij instituti, quemadmodū non
4 transit ad cœteros filios coheredum. Hinc dicimus, quod vbi substitutus præmoriatur instituto, expirat fideicommissum, quoniam in fideicommissis est contemplata persona substituti, non autem eius hæredum, quibus nullum ius competit, vt in casu nostro, *tex. est in l. si ex pluribus in 2. resp. ff. de suis, & legit. l. quoties 2. vbi DD. ff. de acq hæred.gl.in l.vn.C.de his, qui ante aper. tab.* & hanc esse communem opinionem dixit *Salyc. in l. si in personam C. de fideicom. idemq; in l. 1. q.8.C.de his qui ante aper. tab.* eatenus, vt neque ad suos transeat tale fideicommissum, *Ripa post Bar. in l. hæredes mei §. cum ita col. prima ff. ad Trebell. Alex.conf.165. lib. 5. & conf. 574.et 593.* cum cęteris congestis per *D.de Franch.dec.91.n.28.* vbi testatur de communi, post *Capyc. decis. 115. nu. 6.*

5 Quod sanè intelligas in fideicommisso conditionali, prout in casu nostro, at secus in fideicommisso puro, *Prosper Petra in add. ad Capyc. dec. 89.num.5.vers.trasmittatur,Bal. conf. 288.lib.5.& conf.301. lib.4.* Intelligas etiam, nisi ex coniecturata mente constet testatorem voluisse fideicommissum trāsmitti, *Dec.conf.397.idemq; conf.15.et 40.Castr.conf 427.lib.2.Iaf. conf. 233.lib. 2.* In casu autem nostro constat potius testatorem noluisse, vt inferius demostrabimus.

6 Neque opponatur, quod conditio si sine filijs decesserint apposita in primo fideicommisso vniuersali, intelligatur repetita in fideicommisso particulari fundi Madiani, de quo agitur, ex regula, quod conditiones appositæ in primo fideicommisso vniuersali censeantur repetitæ in secundo fideicommisso particulari, *l.auia vbi glos.ff.de cond.& demonstr. l.prima §.fin.ff. de doli except.* prout sępius decisum testatur *Mart. decis. Pisa 69.& 175.idemque conf.18.num. 26. Grat. discept. for.c.404. Gabr.conf. 138.num.26.lib.2. Peregr.de fideicom. art.40.num.64.idemque conf.40.lib.2.*

7 Nam adhuc dico istos filios positos in conditione non censeri vocatos, sed tantum videri eis reseruatum ius legitimæ successionis ab intestato *glos.* cōmuniter recepta *in l.Lucius 2.in fin.ff.de hered.inst.* vbi *Imola* de communi testatur *Alex. conf. 91. & 108. lib.1.ac in conf.149.lib.2. Castrens.in l. cum acutissimi in principio C. de fideicom. Guid. Pap.conf.25. 27. 140. 216. 218.Boer.decis.147 post num.15. Petr. Gerar.sing.61. Cotta verb.* filij in conditione, *Socc.Iu.conf.65.nu.65. lib.1.et*
8 *conf.176.& 177. lib.2.* Quod indubitatè procedit, vbi nō adsit coniectura testatorem voluisse eos vocare, & hic est punctus quæstionis, prout in casu nostro nulla penitus adest coniectura Andream testatorem voluisse vocare nepotes in conditione positos, immò contrarium expresè patet, quoniam filij instituti tempore testamenti iam habebant filios, testatoris nepotes, quos testator ipse noluit nominare, sed eos tacuit, & omisit, & in conditione posuit, ita post alios *Iul. Clar.§.testamentum q. 77. vers. aut isti filij positi in conditione &c.* & nouissimè *Peguer. dec.* 100. qui testatur ita sępius in Senatu Cataloniæ fuisse decisum, *Guid.Pap.dec.184. Thes dec. 96. Mayn.dec.166.li. 5.* cum cœter.ab eo
9 cōgestis, ergo cum nepotes iam natos testator minimè nominauerit, præsumitur noluisse vocare ex *reg. tex. in l. vnic. §. fin autem ad deficient.in vlt. verb.C.de caduc.toll.*

Acce-

Accedat, quod Antonius alienauit filijs fratris cohæredis vocati, quo quidem casu cessar fideicommissum,
10 etiam quod testator expresse prohibuisset alienationem fundi extra familiam, ex reg. *tex. in l. pater* §. *quindecim libertis, vbi glos. verb. collibertis ff de leg.* 3. *est tex. in l. voluntas, vbi latè DD. C. de fideicomm.* faciunt dicta per *Tiraq. de Retr. in Præf. nu.* 50. cum cæteris eo congestis, & nouissimè *Camil. de Medi. conf.* 126.

11 Itaque reassumendo iam dicta iuxtam sententiam *glos. in* §. *fin. verb. dictum auth. de def. Ciu.*

Præceptum ab Andrea testatore factum filijs de non alienando fundũ est nullũ tanquam nudum, & claudũ, ita vt ad posteros non procedat.

Et quatenus esset validum, Antonius vltimus institutus, & vocatus, præmortuis cohæredibus potuit alienare.

Et tanto magis, quod illa substitutio facta inter hæredes institutos non porrigitur ad filios hæredum.

Et quatenus diceretur, quod substitutio si sine filijs in primo fideicommisso vniuersali facta, censeatur reperita in fideicommisso particulari fundi, adhuc dico, quod filii in conditione positi non censentur vocati, eo magis, vbi nulla subest coniectura testatorem eos voluisse vocare.

Maximè verò in casu nostro valida est alienatio inter fratres cohæredes, etiam si testator expresse prohibuisset alienationem extra familiam.

12 Ex quibus satis, superque fundatum est Antonium potuisse de iure alienare, & per consequens eius filios frustra agere, iuxta quam sententiam fuisse decisum per Regiam Audientiam Hidruntinam rescripsit mihi Franciscus Cardamius Iurisconf. Galateus, qui hoc responsum à me efflagitarat.

SVMMARIVM.

1 *Heres scriptus est immittendus in possessionem hereditatis, & multo magis in ea seruandus.*

2 *Fides publici libri catasti, siue estimi plenè probat.*

3 *Per locationes factas cum perceptione fructuum probatur possessio.*

4 *Imo per plures locationes probatur possessio, etiam non demonstrata perceptione fructuum.*

5 *Aditio hereditatis ex quibus probetur, & an sit necessarium decretum præambuli.*

6 *Decretum præambuli licet expediatur parte non citata, secus tamẽ vbi adsit ex aduersò possessor, & legitimus contradictor.*

7 *Fideicommissarius non est heres ante restitutionem hæreditatis.*

8 *Decretum præambuli expeditum pro fideicommiss[illegible] est nullum, & ad hoc Decisio Sac. Reg. Conc.*

9 *Fideicommissarius nullo iure potest se obijcere heredi, sed tenetur capere à manu ipsius hæredis, etiam in fideicommisso puro, vbi fideicommissarius in promptu doceat de iure suo, ac etiã vbi heredi competat detractio, seu facta detractione quartarum, ac etiã data per testatorem facultate capiendi propria auctoritate; ac etiam vbi fideicommissarius reperiatur in possessione sine vitio, ac etiam si possideat actore Pretore, quia adhuc possessio censetur de iure vitiosa.*

10 *Sequestrum tunc demum expeditur, si neutra pars possideat, alioquin parte possidente non potest procedi ad sequestrationem bonorum, etiam quod sit timor armorum.*

11 *Grauatus de restituendo non potest apponere onus.*

12 *Notarius Apostolicus nũ valeat cõficetur instrumenta in Regno Neapolitano. declara, vt infra nu.* 13.

13 *Legitima portio filijs debita non patitur onus.*

In

14 *In testamento inter liberos sufficit solennitas Iurisgentium.*

15 *Acta per Notarios Apostolicos sustinentur in Regno nostro Neap. si in eis interueniat Iudex Regius.*

16 *Producens scripturam censetur approbare omnia in ea contenta.*

17 *Disposita per filium grauatum cedunt in caussam legitimæ.*

18 *Frater, vel patruus dotantes sororem, vel neptem de bonis proprijs puellę non possunt apponere pactum, quod dos ipsis, vel alijs restituatur, maximè si illa testentur. Et ad hoc Decisio Sac. Reg. Concil.*

19 *Conditio apposita in prima substitutione censetur repetita in secunda, etiam in diuersis actibus, & orationibus, & num. 22.*

20 *Conditiones duæ, vel plures appositæ in substitutione per verba alternatiua resoluuntur in coniunctiuam, adeo vt omnes concurrere debeant, vt verificetur substitutio. Intellectus ad tex. in l. generaliter C. de inst. & subst.*

21 *Non præsumitur testator voluisse priuare hæredem facultate testandi, & disponendi. Ideoque substitutio censetur potius pupillaris.*

22 *Si in diuersis orationibus conditiones censentur repetitæ, quantò magis in vnica oratione.*

23 *In dubio contra fideicommissum est iudicandum.*

24 *Accusans testamentum cadit ab eius beneficio tanquam indignus.*

CONSILIVM LXI.

Pro Francisco Rozzera.

ARGVMENTVM.

Hæres scriptus est immittendus in possessionem, & multò magis in ea seruandus. An possessio probetur per librum publici Catasti, & an per locationes fundi hæreditarij. Et quid vbi non constet de pensionis perceptione. Aditio hæreditatis ex quibus probetur, & an sit opus decreto pręambuli. An, & quando decretum pręambuli interponatur parte nō citata. Fideicommissarius ante restitutionem hęreditatis nullo pacto est hæres, & decretum præambuli ad sui beneficium latum est de iure nullum, & ad hæc decretum S. R. C. Fideicommissarius tenetur capere à manu hęredis. Quod amplia etiam in fideicommisso puro, ac etiam vbi hæredi non competat detractio, seu facta per ipsum detractione quartarum, ac etiam data per testatorem facultate capiendi propria auctoritate. Et vel etiam si fideicommissarius reperiatur in possessione absque vitio. Immo etiam si auctore Prætore possideat, nam adhuc possessio est vitiosa, & reuocanda ad beneficium hęredis. Sequestrum an, & quando possit per Iudicem fieri. Et quid altera parte possidente. Acta per Notarios Apostolicos, an, & quando in Regno sustineantur. Dotans sororem, vel neptem

de bonis puellę, an possit apponere legem quod dos ad ipsos reuertatur, & ad hęc Decisio Sac. Reg. Concil. Substitutio per hęc verba si absque filijs, aut in pupillari ętate decesserit, an expiret pubertate, adeo vt instituto non sit adempta facultas testandi, vbi sine filijs decedat, declarato tex. in l. generaliter C. de inst. & substit. In dubio contra fideicommissum est decernendum.

CAesar Cardillus instituit hæredem vniuersalem Horatium filium sub conditione, quod ipso moriente sine filijs, succedent Laura, & Consolida filiæ.

Factus est casus mortis prædicti hæredis absque filijs, institutis hęredibus prędicta Laura, & Consolida sororibus, seruata forma dispositionis paternæ, verum testator excedendo fines præcepti paterni voluit, quòd morientibus prædictis eius sororibus absque filijs, succedant proximiores.

Consolida soror hæres vniuersalis ob mortem Lauræ sine filijs, instituit hęredem vsufructuarium Franciscum Rozzera eius virum sub conditione quòd post eius mortem succedant proximiores.

Existente prædicto Francisco hærede in possessione hæreditatis, se oppofuit quædam Portia Petrella asserta proximior, sub prætextu quod mortua prędicta Consolida absq; filijs, sit vocata virtute fideicommissi prædicti Horatij.

Ad cuius petitionem fuerunt de facto sequestrata omnia bona.

Pro parte Francisci hęredis dicitur quod omni iure est tollendum sequestrum, & ipse manutenendus in sua possessione, tùm ratione ordinis, tùm etiam ratione nototiæ iustitiæ.

1 Quoad ordinem scriptus hęres est immittendus in possessionem, & multò magis manutenendus, & conseruandus in sua possessione, si in ea reperiatur, vt in casu nostro,

2 vulg. *l. fi. C. de edic. diu. Adr. tol.* Quod aũt Franciscus hæres scriptus sit in vera, & legitima possessione, etiam à tempore mortis testatricis, patet quia statim post mortem testatricis describuntur bona hæreditaria in eius faciem, vt ex fide publici Catasti, siuè Aestimi, quę fides plenissimè fundat possessionem, vt per *Menoch. de Retin. Pos. Rem. 3. quæst. 72. nu. 573.* post *Socc. cons. 205. lib. 2. Pereg. de Fideicom. art. 44. n. 7.* cum cæteris eo

3 congestis. Item Franciscus hæres affictat, seu locat Castaneta, & Olиueta hæreditaria, de quibus percipit affictum, seù pensionem, succedit iuris regula, quod per locationem, & perceptionem pensionis probatur possessio locatoris, *l. quamuis §. 1. ff. de acq. poss. Bal. & Ang. in l. malè agitur C. de praescr. 30. ann.* quos refert, & sequitur *Ann. sing. 640. Affl. decis. 325.* & post ipsum *D. de Franch. decis. 204.*

4 *nu. 12. & seq.* Imò per plures locationes, vt in casu nostro, etiam non demonstrata perceptione fructuum benè fundatur possessio, *Menoch. loco cit. Thesaur. lib. 4. Quæst. Forens. qu. 42.* & nouissimè *Addentes* ad *Surd. decis. 10. n. 10. cum seq.* cuius Decisionis tradit rationem *Mascard. de Prob.*

5 *conclus. 1186. nu. 11.* Ex qua quidem possessione probatur etiam aditio hæreditatis, *vul. l. gerit, & l. pro hærede ff. de acq. hær. Gratian. Disc. For. cap. 352. nu. 23. lib. 4.* idemq; *cap. 542. num. 11. lib. 3.* & nouissimè per *Dom. Theod. Alleg. 17. num. 21.* Quid enim aliud est decretum præamboli, nisi probatio aditionis hæreditatis, quæ solo

solo animo aditur præall. iuribus, & multo magis ex tot immissionibus, & possessionibus, *Gratian. loco citato*, & larius diximus *in conf.* 59.

Post hæc Portia Petrella asserta fideicommissaria declaratur hæres ex præambulo de facto, & nulliter expedito, cuius præambuli colore intruditur in possessionem.

Quod autem præambulum per ipsam Petrellam expeditum sit nullum,
6 & nullius momenti, patet, quia in eo erat audiendus hæres scriptus existens in possessione, quod non solum est verum de iure, sed ita in praxi seruari testatur *Scaglion. Ritu M. C.* 163. *nu.* 64 per *Ann. alleg.* 19. *nu.* 13. & *seq.* & nouiss. per *D. de Georg. alleg.*
7 46. patet etiam, quia aduersaria asserta fideicommissaria non est hæres ante restitutionem, & per consequens non poterat expediri decretum præambuli, *Glo.* post *Bar. in d. l. fin. C. de adic. diu. Adr. toll.* est *tex. in l. facta, & l. restituta ff. ad Trebell. Glo. in l. Marcellus* §. *idem Pomp. in ver. res quæ ff. ad Trebell. Menoch. de Adipisc. poss. rem.* 4. *num.* 170. *Afflict. in Constit. Regni Eos, qui scienter qu.* 4. *Franch. dict. decis.* 204. *num.* 6. *cum sequ. Peregrin. de Fideicom. art.* 48. *num.* 12. & nouissimè *D. Rouit. conf.* 45. *num.*
8 8. idemque *conf.* 50. *num.* 13. & ita nuper decisum per Sac. Conc. refert *Thor. in* 2. *par. Compendij in verbo Præambulum factum à fideicommissario.* Idemque decisum per Reg. Audientiam Aprutinam retulit mihi optimus Iurisconf. & Historicus Nicolaus Toppius Theatinus Patritius. Ideoque fideicommissarius nullo iure potest se obijcere, sed omnino tenetur capere à manu hæredis, *Boer. dec.* 156. *Franch. dict. decis.* 204. *Farin. decis.* 115. *par.* 1. per *tex. in d. l. facta, et l. restituta.* Vel etiam in fideicommisso puro, vbi fideicommissarius in promptu doceat de iure suo, quo quidem casu videtur dominium transire
9 in fideicommissarium ipso iure absq; restitutione, vulg. *l. à Titio ff. de furt. Iaf. in l. si fundum per fideicom. ff. de leg. primo*, nam adhuc non potest capere propria auctoritate, ita *Rol. conf.* 1. *lib.* 1. *Det. conf.* 424. *num.* 18. *Alex. conf.* 42. *lib.* 2. Item & vbi hæredi non competat detractio, siue facta per eum detractione quartarum, *Marescot. var. resolut. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 30. *Surdus conf.* 7. *num.* 23. Item etiam si testator facultatem fideicommissario concesserit propria auctoritate rem capere, & ita per *Rom. Curiam decisum* refert *Marescot. loco cit. n.* 30. Item etiam si fideicommissarius reperiatur in possessione absque vitio, puta quia possessio esset vacans, quinimo etiam si possideat auctore prætore, quia adhuc talis possessio censenda est vitiosa, & per consequens reuocanda ad beneficium hæredis, *Peregrin. de Fideicommiss. Art.* 47. *num.* 60. & *Art.* 48. *num.* 17. *Rota Rom. decis.* 520. *par.* 1. *in nouiss.* de quibus omnibus per *Surd. decis.* 333. vbi nouissimè *Addentes*, ad quos me remitto.
10 Præterea sequestrum bonorum tunc demum potest expediri, si neutra pars possideat, secus vero vbi altera pars est in possessione, vt in casu nostro, tunc enim Iudex nullo modo potest procedere ad sequestrum, etiam quod esset timor armorum, ita *Bal.* ex eo *tex. in l. æquissimum ff. de vsufr.* & *in l. fin. C. de ord. cognit.* & *in l. ordinarij C. de reiuend.* & *in cap.* 1. *de seque. poss.* & *fruct.* quos refert, & sequitur *Hipp. de Marsil.* omninò vidend. *sing.* 543. *vers. prædicta tamen intellige*, faciunt dicta per *Menoch. de Recup. poss. in prælud. n.* 34. *Plot. in l. si quando nu.* 102. *C. vnde vi*, *Anna alleg.* 60. ad hæc *tex. in cap. in præsentia* vbi *Host.* & cæteri *de proba.*
11 Denique quoad iustitiam, nullum penitus ius potest competere assertæ fideicommissariæ, quoniam testatrix

Y 2 non

non potuit grauari per Horatium fratrem de restituendo proximioribus, ex quo vigore fideicommissi paterni, moriendo prædictus Horatius sine filijs, tenebatur restiruere hæreditatem ipsi Consolidæ sorori, & per consequens Horatius non potuit apponere legem in contrarium, *l. si duobus §. sed quia C. com. de leg.* & latius per *DD. in Auth. res quæ C. eod. tit.* Consolida enim recognoscit hæredi-
12 tatem à patre, non à fratre. Nec opponatur, quod testamentum Cæsaris patris sit factum per Notarium Apostolicum, quod in Regno non obtinet, *Affl. post Iser. in Const. Instrumētorū robur q.* 11. quicquid *Lucas in l. fin.*
13 *C. de loc prędi. ciuil. lib.* 10. Neque obijciatur, quod Horatius non poterat grauari in legitima, vulg. *l. quoniam*
14 *C. de iure delibe.* Nam quoad primum respondetur, quod testamentum Cęsaris est inter liberos, & per consequens in eo sufficit solennitas Iurisgentium, nempè duorum testium deponentium talem fuisse voluntatem paternam, *Glo. fin in Auth. qui sine C. de testam.* quæ est communiter recepta, vt testatur *Grat. cons.* 90. *nu.* 3. *lib.* 2. *Bart. in l. hac consultissima §. ex imperfecto*, ex eo *tex. C. de testam. Ias. in Auth. nouissima num.* 6. *C. de inoff. test.* cū cæteris ab eo cōgestis, in quo tanquam in re clara amplius non insisto. Constat autem de veritate testamēti paterni per plures testes recep-
15 tos de ordine Sac. Cōcil. Imò cōstat ex capitulis matrimonialibus Consolidæ præsentatis per partem aduersam, in quibus aduersaria fatetur
16 veritatem testamenti prædicti; producens enim scripturam, censetur approbare omnia in ea contenta, *l. Publia §. fin. ff. depo. cap. cū olim de cens. Inn. & DD. in cap. venerabilis de except. Bar. in l. post legatum de his quib. vt indi.* cum cęteris cumulatis per *Surd. decis.* 267. *in princ.* Item acta per Notarios Apostolicos sustinentur in Regno, si adsit Iudex regius, vt in casu nostro, *Affl. loco citato, & decis.* 245. *Carani. Ritu.* 166. *nu.* 8. Quoad
17 secundum respectu legitimę debitæ ipsi Horatio est animaduertendum, quod Horatius disposuit de legitima, imò vltra legitimam, vt constat ex tot legatis per ipsum factis, ad *tex. in l. Marcellus §. res quæ ff. ad Trebell.* vbi *Glo. & DD. Gramm. decis.* 53. *num.* 5. & per consequens tenebatur Horatius in cæteris parere præcepto paterno de restituendo hęreditatem Consolidæ sorori.
18 Quo verò ad capitulationem initam inter R. D. Franciscum Cardillum patruum Consolidæ, & Franciscum Rozzera virum Consolidæ, qui Reuerendus interueniendo nomine, & pro parte Consolidæ absentis, eam dotat de bonis paternis cum pacto, quod decedente ipsa Consolida sine filijs bona omnia deuoluantur ad proximiores, seruata forma testamenti Cœsaris, & Horatij. Respondetur talem pactionem, & capitulationem esse de iure nullam, & nullius momenti; non enim poterat ille Reuerendus pacisci de bonis alienis, nempè ipsius Consolidæ in eius præiudicium, coarctando liberam testandi, & disponendi facultatem ipsius Consolidæ, vulg. *l. fin. §. fin. C. de pact.* arg. *l. id quod nostrum ff. de reg. iur.* faciunt dicta per *Bar. & Alex. in l. is potest ff. de acquir. hæred.* Et in proprijs terminis, quod talis pactio de rebus alienis, tanquam iniqua, & captatoria sit nulla, & nullius momenti, est *Decis. S. R. C.* apud *D. de Franch.* 196. quam refert, & sequitur *Menoch. de præsump. lib.* 3. *cap.* 10. *nu.* 24. Maxime vbi mulier testata fuerit, prout in casu nostro, idem *D. de Franch. decis.* 491.

Tandem ad totalem exclusionem aduersariæ, dicitur, quod assertum fideicommissum Horatii expirauit post pupillare tempus Consolidæ, at-

ten-

tendamus verba testamenti, *Instituo hæredes Lauram, & Consolidam sorores, & si absq; liberis, aut in pupillari ætate decesserint, succedant inuicem, & si ambo sine filijs decesserint, succedant*
19 *proximiores*. Per quæ vltima verba, *& si ambo sine filijs decesserint, succedant proximiores*, intelligitur repetita prima substitutio, hoc est, *vt si ambo sine filijs, & in pupillari ætate decesserint, succedāt proximiores, l. auia ff. de cond. & demo.* cum cæteris inferius
20 allegandis. Quæ duæ cōditiones debent concurrere, vt verificetur fideicommissum, vulg. *l. generaliter C. de inst. & subst.* Qui tex. videtur decidere quæstionem nostram, ibi enim ponitur casus si sine filijs, vel intestatus, vel sine testamento decesserit, quæ vltima verba sine testamento, ne sint superflua, interpretanda de pupillari ætate, ac si diceret intestatus, vel intestabilis. Cœterum Consolida facta maiori (Laura decessit infans) expirauit fideicommissum, *d. l. generaliter*, ita *Fusar. de subst. qu.* 433. vbi concludit talem substitut onem censeri pupillarem, assignat rationem per hæc
21 verba, *Non enim præsumendum, testatorem voluisse priuare hæredem facultate testandi, & disponendi*, subdens hanc esse communem opinionem, et quod ea verba *in pupillari ætate*, censeantur reperita, latè *Menoch. de præsump. lib.* 4. *præs.* 178. *nu.* 30.
22 *& seq.* nam si in diuersis orationibus conditiones intelliguntur repetitæ, puta conditiones appositæ in testamento, quæ intelliguntur repetitæ in codicillis, aut appositæ in primo fideicommisso vniuersali, quæ censentur repetitæ in secundo particulari, *d. l. auia* vbi *Glo. in ver repetitā, & DD. ff. de cond. & dem. l. fin. §. fin. ff. de doli excep. cum simil.* quanto magis in vnica oratione, vt in casu nostro, prout benè concludit *Fusar. qu.* 450. *nu.* 1. 2. & 3. qui ad hoc allegat *Anchar. cons.* 137. *nu.* 2. *Dec. cons.* 227. *num.* 3. *Sfor. Od. cons.* 95. *n.* 52. & *nu.* 82. *cum seq. Menoch. cons.* 106. *n.* 292. *lib.* 2. cū
23 cæteris ibidē cumulatis. Demū illud meminisse oportet in dubio contra fideicommissum esse pronunciandum, nimirū quod remoueatur magis, quàm inducatur, & quod expirauerit potius, quàm existat, *Crauet. cōs.* 180. *in fi. lib.* 1. *Riminal. iun. cons.* 42. *nu.* 120. & *cons.* 50. *nu.* 4. & *cons.* 55. *Menoch. cōs.* 85. *n.* 30. *li.* 1. *Ioseph Ludo. com. opi. con.* 14. *vers. infertur*, & nouissimè *Anna* noster *Alleg.* 133. *n.* 10. & *Alleg. seq. nu.* 52. & *Alleg.* 137. *nu.* 27. idemq; *singul.* 628.

Ex his constat nullum ius competere aduersariæ prætensę fideicom-
24 missariæ. Imò ista assetta fideicommissaria accusando, & impugnando iudicium testatricis, quæ nullo iure cogente vocauit proximiores post mortem viri hæredis, cadit à beneficio testamenti, tanquam indigna, etiam quod aliquid iuris sibi competeret post mortem hæredis scripti, *Tiraquell. de retract. lignag. §.* 1. *glo.* 9. *num.* 267. per *tex. in l. post legatum §. sunt qui putant ff. de his quib. vt indig.* cum cæteris eo congestis.

Igitur tàm ratione ordinis, quàm etiam ratione Iustitiæ caussæ est omni iure tollendum sequestrum, ac de cœtero Franciscus hæres non inquietandus.



SVMMARIVM.

1 *Scriptura apud Acta caussæ producta, & per conuentos approbata, an reprobari possit.*
Semel approbatum amplius reprobari non potest.
2 *Et quid in tacita approbatione.*
3 *Et quid vbi ex ea oppositione, seu reprobatione colligatur animus calumniandi, seu dilatandi iudicium.*
4 *Conditio personarum summa nobilita-*

tis, & probitatis excludit falsi crimen.

5 *In iudicio possessorio exceptio falsitatis non impedit cursum iudicij ciuilis.*

6 *Et quid post conclusum in caussa.*

7 *In Regno Neapol. praeiudicialia sunt sublata.*

8 *Scriptura authentica, & solennis in iudicium producta, an possit redargui, si postea reperiatur apud Notarium, seu Actuarium in aliquo immutata, seu cancellata.*

9 *Actuario credendum, maximè si fuerit integra fama.*

10 *Fides, seu testimonium Ill. proborumque virorum multum operatur.*

11 *Non solent, quæ abundant vitiare scripturam.*

Quæ non sunt de substantia, omissa, seu deleta non vitiant.

12 *Standum expertis in arte.*

13 *Potest Iudex moueri ex alijs, quæ non sunt in iudicio.*

14 *Et tanto magis in notorijs.*

15 *Maximè vero, vbi in libello adsit clausula Omni meliori modo.*

16 *Vel clausula Deducens omne ius &c.*

17 *Iudex debet iudicare secundum allegata, & probata.*

18 *Quod intellige, vbi Iudex velit iudicare ex ijs dumtaxat, quæ non sunt in iudicio; at secus si in iudicium, & apud Acta sint planè deducta iura, quę reddantur clariora ex alijs, quę non sunt in iudicio.*

19 *Et quid hac in re seruetur in Sacro Regio Concil. Neapol. in quo agitur sola rei veritate inspecta, omni legum subtilitate posthabita.*

20 *Et ad hac Decisiones Sacri Reg. Concil. Neap.*



CONSILIVM LXII.

Pro Ioanne Francisco, & alijs de Transo.

ARGVMENTVM.

Exceptio falsitatis, præcipuè vero falsi documenti apud Acta producti, an impediat cursum iudicij ciuilis; & quid si tale documentum fuerit per conuentos approbatum tacitè, vel expressè. Et quid vbi subsit præsumptio calumniæ ex parte opponentium. Et quid vbi Actorum integra fama, probataque conditio repugnet. Et quid in iudicio possessorio, quidue post conclusum in caussa, & an in Regno eiusmodi præiudicialis actio obsit ciuiliter agenti. Num instrumentum solenne, & sine vitio apud acta productum possit redargui, vbi penes Notarium, vel Archiuarium reperiatur in aliqua sui parte immutatum, vel cācellatum, & quousque Actuario sit de iure credendum. Quæ abundant, omissa, seu deleta non uitiant. Iudex an, & quando possit moueri ex alijs, quæ non sint in iudicio, & processu, puta ex fide, seu testimonio illustrium, proborūque virorum maximè vero

ex-

expertorum in arte. Et quid in notorijs, quidue ubi adsit in libello clausula, Omni meliori modo, siue clausula Deducens omne ius &c. Quid denique in Sacr. Regio Concil. Neap. Ad interpretationem tex. vbi latè DD. in l. illicitas §. veritas ff. de off præf. Et ad hæc notabiles Decisiones Sacri Reg. Concil. Neap.

IN caussa reintegrationis familiæ de Transo ad Plateam Mont. post tot litium anfractus, tantaque contentionum discrimina per annos octo continuos. Tandem compilato processu fuit per Procuratorē Sedilis oppositum de vitio diplomatis Bonhomuli de Transo familiæ stipitis, olim Iudicis Baiulationis pro ipsa Platea Mont. sed quod frustra opponatur, ex infrascriptis satis, superque patebit.

1 Primo quia talis scriptura, ex qua constat actus possessiuus præfati Bonhomuli fuit per totum cursum iudicij ab aduersarijs approbata, succedit iuris regula, quod semel approbatum, amplius reprobari non potest, verba sunt *Iurisconf. in L. Pomponius* 1. vbi latè *Glo. ff. de negotijs gestis*, & latius per *Tiraq. de retract. ligna.* §. 1. *glos.* 9 *num.* 139. & 267. & nouissimè
2 in proprijs terminis per *Mascar. de proba. conclu.* 711. *nu.* 33. qui ampliat talem conclusionem, vel etiam ad tacitam approbationem.
3 Secundo ex ea oppositione post litem contestatam, & post approbatum diploma colligitur manifestus animus dilatandi, quo quidem casu cessat accusatio falsi, textus est ad literam in *l.* 2. in vlt. verbis, & ibi latè *DD. C. qui accusare non poss.* consonat textus in proprijs terminis eorum, qui agunt nomine alieno, vt in casu nostro, in *l. non est ignotum, vbi glos. fi.* adducit concordantia *C. de administr. tuto.*

Tertio in facto nostro Actorum conditio excludit omnem delicti suspicionem, ex his quæ tradit *Bald.*
4 *in l.* 2. *C. de falsis*, *idemque in l. quoties* §. *sed non in corpore ff. de hæred. instit.* suffragantur tradita per *Io. Andr.* & *Ant. Butr.* post *Ostiens. in c. finem litibus de dolo, & contu. Butrius*, & *Abbas in c. postremo de appellat.* Quis enim in familia tantæ nobilitatis falsi crimen suspicabitur? quibus adde *Alex. in l. properandum* §. *fin autem C de iudicijs Dec. cons.* 175. *In causa falsitatis* post *nu.* 5. quos refert, & sequitur *Grammat. decis.* 60. *nu.* 13.
5 Quarto in facto nostro agitur de iudicio possessorio, quo quidem casu ciuile iudicium non suspenditur per accusationem de falso, *glos. in l.* 2. *ver. falsum Cod. de edicto Diui Adri. toll.* quam sequuntur *DD.* inter quos *Bartol. Salycetus*, & cæteri, & latius diximus in *Repet. dicta l.* 2. ad quam me remitto.
6 Quinto post conclusum in caussa, vt in facto nostro non suspenditur actio ciuilis, neque impeditur expeditio caussæ per accusationem de falso *Bald.* vbi supra, quem refert, & sequitur *Capycius decis.* 25. *num.* 5. & ante ipsum per *Afflict. decis.* 229. *n.* 2.
7 Sexto vltra ius commune, de quo diximus, hoc est expeditum de iure Regni, in quo Prεiudicialia sunt sublata, adeò vt nunquam suspendatur, nec quicquam impediatur iudicium ciuile per criminale, ex *Const. Regni Si ciuiliter agens*, vbi latè *Afflict.* in quo tanquam in re clara amplius non insistam.
8 Septimo hæc omnia sunt ad exuberantiam, siquidem satis est, quod copia scripturae fuerit producta authentica sinè vitio, siue macula.

Parum

Parum enim refert, quod penes Archiuariũ fuerit postea reperta maculata, quoniam per hoc scripturæ fides non perit, verba sunt *Baldi* in propriis terminis omnino videnda,& perpendenda in *l. si vnus in fine verf. scias etiam C. de testamentis*, & idem tenet *Bartol. in l. 1. num. 2. verf. 2. nota ff. si tab. testa. null. exta.* & per *DD. in l. chirographis ff. de administr. tuto. & in l. sicut iniquum C. de fide instrum.* & nouissimè per *Mascar. de proba.*
9 *conclus.* 915. Quod autem copia in iudicio producta sit absq; vitio, patet ex ipsa scriptura, & Archiuarij fide, cui omnino credendum, maximè verò Actuario, siuè Archiuario integræ famæ, vt in casu nostro, *Abb in cap. ad audientiam de præscript.* quem refert, & sequitur *Capicius decis. 61. in fine*, & diximus *in cons.* 22.
10 Octauo accedat fides tot Ill. virorum testantium scripturam olim tempore extractæ copiæ fuisse in suo originali veram, realem, synceram, omniq; ex parte vitio, & suspicione carentem. Et ad præsens in sui corpore esse item realem, & absq; macula, dictantem, *Bonbomulus de Transo*, licet in summario marginis appareat prædictum nomen asperium recentioris atramenti stillula, siue casu, siue dolo illapsa, quę tamen non vitiat scripturam, cum summarium in margine non sit de substantia scrip-
11 turæ, tanquam extrà scripturam. Non solent quæ abundant vitiare scripturas, inquit *textus in l. non solent ff. de regulis iuris*, cõsonat textus *in l. testamentum C. de testam.* vbi latè *Glos. & DD. Ange. in l. qui testamento §. per contrarium ff. de testam.*
12 Quod aũt scriptura in sui corpore sit clara, certa, & indubitabilis, absq; vitio, & suspicione, satis constat ex fide expertorum, & versatorum in eo peruetusto charactere, quibus omnino credendum (sileant imperiti) *l. 1. circa medium ff. de vêtre inspici. Bar. in Proę. Digest. Inno. in c. proposuisti de proba.* Præfatæ verò attestationes tot Ill. virorum licet non sint in actis productæ, ne ex noua scripturarum productione, noua dilatandi insurgeret occasio, fuerũt tamen ad instructionem exhibitę Dominis Iusdicentibus, ex quibus rei veritas planè liquet.
13 Potest autẽ Iudex moueri ex alijs, quæ non sunt in iudicio, seù processu *Innoc. in c. tua circa finem, de cohab. cler. & mulier.* notat *Rota in antiquis tit. de fide instrumentorum*, quos refert, & sequitur *Afflict. decis.* 28. *num.* 6. faciunt dicta per *Gramm. cons.* 136. ad hæc *Detius cons.* 445. *In casu n.* 55. qui ad hoc allegat *Bal. & Felin.* & nouissimè *Cacher. decis. 1. nu.* 45. cum cœteris eo congestis.
14 Adde in facto nostro rem esse notoriam ex oculari inspectione ipsius diplomatis in suo libro originali, quo quidem casu sufficit Iudici innotescere, licet de ea nihil in processu, *l. emptorem*, vbi *Bar. et DD.* post *Glos. ff. de actio. empti. l. si vero §. 1.* ibi *euidentissimè ff. qui satisd. cogn.* arg. *c. euidentia de accusa.* & ità decisum testatur *Capicius decis.* 54. *in fine, Grammat. decis. 36. num.* 45. quem refert, & sequitur *Menoch. de arbitra. Iud. lib. 2. cent. 3. casu 234. num.* 12.
15 Eoque magis ex clausula in libello (Omni meliori modo) *Grat. consil. 58. lib. 1. & consil. 63. lib. 2. Vrsill. ad Afflict. decis. 372. nu.* 3. quoniam ea clausula sustinet actum, illumque valere facit quocunque modo de iure melius, ac tutius valere possit, vel etiam in vim iuris, quod nullo pacto sit deductum in iudicium, vt per *Bursat. consil. 47. Ant. Gabriel. de testa. conclus. 5. lib. 4. Alexand. consil. 192. num. 9. lib. 2. Viui. decis. 395. lib. 1.* Domin. *de Francbis decis. 156. num.* 2. & nouissimè per *D. Ioann. Franc. de Pont. consl. 2. n. 3. lib. 2.* & per *D. Rou. super Prag. 4. de feudis n.* 79.

Itemq;

16 Itemq; ex clausula in libello (*Deducens omne ius &c.*) ex his, quę innnit idem *D. de Franchis decision. 86. nu. 7. Ioseph Ludo. decis. 117. Fontanella de pactis nuptial. clauf. 4. glo. 21. par. 1. nu. 45.* cum cęteris cumulatis per *D. de Ponte in dicto consil. 2.* post *Gabr. Comm. Opi. conclus. 4. lib. 6.*

17 Quæ omnia sunt valde notanda ad declarationem *textus* in *l. illicitas §. veritas ff. de officio praef. & in cap. quoniam contra falsam de probat.* vbi latè *DD.* putantes Iudicem debere iudicare secundum allegata, & probata, & in iudicium deducta, & non
18 vltro. Quod sanè intelligas vbi Iudex velit rem decernere ex his dumtaxat, quę nullo pacto sunt in iudicio, & processu, quod sanè non licet, secus autem vbi in iudicio, & processu sint iura producta, quæ tamen reddantur clariora ex his, quæ non sunt in iudicio, & processu, eo enim casu ad vberiorem cautelam, maioremq; rerum dilucidationem satis est res innotescere Iusdicenti, vt priuato, bonoq; viro, licet non vt Iudici, prout in facto nostro, in quo multa sunt iura in iudicium deducta pro Actoribus, quæ tamen ex eo testimonio, licet extraiudiciali videntur augeri, & inclarescere. Vndè Imperator Adrianus Iudici Prouinciæ ita respondet *Tu magis scire potes quanta fides habenda sit &c. l. 3. §. ideoq; ff. de testi. & Vlp. Ad officium Iudicis* (inquit) *pertinere quæstionem dirimere, vt æquum est, oculisque suis, si ita res exigit, l. si irruptione §. finali ff. fin. regu.* quod probè sentit *Hector de Guido in Tract. de Viribus Iudicial. & Extraiudici. Confess par. 3. c. 3. nu. 25. cum seq.*

19 Maximè vero hoc procedit in Regno nostro Neap. atque adeo in Sacro Regio Concilio, in quo proceditur summariè, simpliciter, & de planò, sola facti veritate inspecta, attento foro interiori conscientiæ, omni legum subtilitate posthabita, & iuris ordine prætermisso, quoniam ipsum Sac. Cōcilium tanquam Principis Concistorium suprema vtitur iurisdictione, ac iudicat, prout ipse Princeps, siue Imperator, *c. dilecti* vbi *DD. de iudi. Abb. in c. dilecti de eo quo. met. caus. Io. Andr. in c. dudum de deci. Inno. in cap. 1. de libel. obla* optimè *Det. in cons. 699. Receptis reuerenter num. 16.* cum cæteris relatis per *Afflict. decis. 93. num. 7.* quem sequitur *Surdus decis. 32. num. 9.* per *Gram. decis. 19. num. 14. & decis. 76. nu. 33. De Ponte d. cons. 2. nu. 4.* & nouissimè *Riccius Collect. 343.* & latius scripsimus
20 *cons. 34. num. 7. cum sequ.* Et iuxta hanc sententiam decreuit Sac. Concilium in causa Io. Cosmæ Palombæ cum Angela Fuccia per hæc verba *Stante declaratione oretenus habita in Aula Sacri Conc. Fuit decretum &c.* apud Acta Carboni, prout retulit mihi se patrocinante obtinuisse Alexander Ventrilia Iurisconf. Capuanus, cōsonant, quæ nuncupatim scribit *Det. d. cons. 445.* post *Bal. in l. 1. nu. 6. in fin. Cod de vindi. liber. & Feli. in c. cum venerabilis num. 42. de exceptio.* Olfacta per Sac. Concilium rei veritate, perpensa in primis Actorum conditione, ipsorumque peruetusta, claraque nobilitate, audita Magna Cur. Vic. in Criminalibus, te maturius examinata in plena Aula Sac. Conc. auditis vtrisque Fisci Patronis, tam Sac. Conc. quàm Mag. Cur. Fuit decretum quod *procedatur ad expeditionē caussæ ciuilis*, nulla penitus habita ratione oppositorum, quod fuit confirmatum in caussa reclamationis. Penes Acta Figliolæ pro Amico.



SVM-

SVMMARIVM.

1 *Neapolitana nobilitas extra Sedilia ad honores Sedilium de iure allicienda.*
2 *Per incolatum animo permanendi statim contrahitur ciuilitas.*
3 *Venientes ad babitandum non possunt expelli.*
4 *Ciues obligantur ad onera.*
5 *Quod omnes tangit, ab omnibus approbandum.*
6 *Ciuitas constat ex singulis ciuibus in rebus publicis omninò vocandis, & audiendis, omnibus autem vocatis, quod maior pars maluerit attendendum.*
7 *Nobiles cum sui ordinis nobilibus conuenire debent, ne famulos, & vasallos cum suis dominis sedere cõtingat.*
8 *Nobiles cum plebeis neutiquam commiscendi.*
9 *Per Nobiles, & Ill. viros Ciuitas melius, ac dignius regitur.*
10 *Nobiles non debent esse deterioris conditionis, quàm plebei.*
11 *Interest Reip. ordinem habere plenum.*
12 *In dubio pro admissione ad ordinem est decernendum.*
13 *Olim in Ciuitate Neap. quilibet nobilis gaudebat nobilitatis prærogatiua in ea Regione, quam incolebat.*
14 *Quod militat vbi honores sunt in Ciuitate diuisi in pluribus Quarterijs, seu Regionibus.*
15 *Olim Nobiles, et Ill. viri extra Sedilia supplicauerunt Reg. Maiest. pro allectione.*
16 *In præscriptionibus negatiuis non currit præscriptio, nisi à tempore prohibitionis.*
17 *Iuribus, quæ sunt facultatis ex non vsu non infertur præiudicium.*
18 *Iuri publico pactionibus derogari non potest.*
19 *Altera pars populi alteri præiudicare non potest.*
20 *Mala, & peruersa consuetudo tempore non conualescit.*
21 *Contra publicam vtilitatem non præscribitur.*
22 *Supplicatio Patritiatus Ordinis pro allectione cęterorum nobilium ad ipsum ordinem.*
23 *Nobilitas in Regno Neapolitano triginta annorum spatio præscribitur, quicquid de iure communi immemorabilis exigatur.*
24 *Nobiles inclytæ Ciuitatis cęteris nobilioribus inferioris loci præferendi.*
25 *Italicarum Ciuitatum Statuta pro Ciuium allectione ad ordinem.*
26 *Epilogus iurium pro allectione cęterorum Nobilium Neap. ad Patritiatus Ordinem.*

CONSILIVM LXIII.

Pro Nobilibus, & Proceribus Neap. extra Sedilia.

ARGVMENTVM.

Per incolatum animo permanendi, illico acquiritur ciuilitas, qua quidem ciuilitate contracta ciues statim subsunt oneribus, quemadmodum potiuntur honoribus Ciuitatum, quas inhabitant. Quo fit vt non possit quicquam agi per publica Cõmunitatum regimina, nisi cunctis ciuibus in Concilium aduocatis. Hinc Nobiles, & Proceres Neapolitanos æquè omnes cum cęteris Patritijs in Senatum de iure cooptandos traditur, non secus, ac cęteri Ciues, & Populares cum cęteris sui Ordinis Popularibus (vt videmus) conueniunt, alioquin essent de-

deterioris conditionis Nobiles, quàm Plebei, quod neutiquam est ferendum. Eoq; magis quod Ciuitas longè melius ac splendidius per Nobiles regatur. Intersitque Reip. Ordinem habere plenum, ideoque in dubio pro admissione ad Ordinem esse facilè decernẽdũ. Quod olim peruetusta Vrbis consuetudine Neapoli seruatum testantur nostra Regesta. Vnusquisque enim nobilis statim atque vrbem incolebat cum cęteris sui Ordinis Nobilibus, & Patritijs conueniebat, & communicabat. Nec quicquam aduersatur longa possessio Patritiorum gaudentiũ Sedilium honoribus, qua fortè cæteri videantur excludi. Siquidem in præscriptionibus negatiuis non licere aliquid fieri, nulla currit præscriptio, nisi à tempore inhibitionis. Cęterum cum nunquam reliqui Nobiles, ac Reguli tulerint repulsam, consequens est vt nũquam cœperit præscriptio. Item iuribus facultatis, prout Senatum adire, per non vsum nullum inferri præiudicium. Itemq; nullã vnquam militare præscriptionem aduersus publicam vtilitatem, prauasq; consuetudines temporum curriculo nõ conualescere. Neq; vero per alteram partem Populi, altera inaudita potuit de iure introduci cõsuetudo. Deniq; vel ipsos quidẽ clarissimos Patritios Neap. Sedilium honoribus gaudentes pro allectione cæterorum Nobilium nuper supplicasse Regiæ Maiestati ostenditur.

EAtenus vero Nobiles, & Ill. familiæ sunt ad honores Sedilium nostræ Ciuitaris Neap. restituendæ, &
reintegrandæ, vt vel etiam, quæ nun-
1 quam antea gauisæ fuerint, modo nobiles sint, & per longa tempora in
Ciuitate degentes, ad eos honores
2 sint optimo iure alliciendæ, & aggregandæ. Constat enim per incolarum
animo permanendi acquiri ciuilitatem, *l. domicilium ff. ad Muncip. l. si in patria*, *l. priuilegio, & l. Ciues C. de inco. lib.* 10. quinimo & solo animo absq; longo incolatu, vt latè probauimus sup. *cons.* 15. Quod amplia vt
venientes ad habitandum non pos-
3 sint expelli, quia Mundus est com-
munis omnium patria, *Bal. in cap.* 1. *de forma fidel. Oltrad. cons.* 87. quos refert, & sequitur *Pet. Gerard. sing.*
59. cum cæteris eo congestis; suc-
4 cedit iuris regula Ciues obligari ad
onera, prçalleg. iuribus, id, quod quotidie experimur ex conclusionib. habitis per Nobiles Sedilium, imponendo gabellas, alienando bona, erogando pecunias &c. ex quibus Nobiles extra Sedilia inaudiri grauantur contra iura, & naturalem æquitatem, quod enim omnes tangit, debet ab omnibus approbari, verba sunt *tex. in cap. quod omnes de regul. iuris lib* 6. & in proprijs terminis *l. fin.* ibi (*Præsentibus omnibus*) C.
de

de vend.reb.Ciuit.lib.11. Bar. in l.nulli
6 ff.quod cui. vniu.nomi. & latius diximus in *conf.* 46. & 52. Ciuitas enim constat ex singulis Ciuibus, *Glo.in l. sicut ver. non debetur in fine eod. tit.* omnibus autem vocatis, quod maior pars decreuerit attendendum, vulg. *l. quod maior ff. ad Municip. DD.* ex eo *tex. in d. l. nulli cũ seq.* Si igitur Nobiles, & Patritij extra Sedilia subsunt oneribus cur nõ potiãtur honoribus? *§. si qua vero Auth. de defens. ciuit.* hisce verbis *Conuenit.n. vnumquẽq; Nobilẽ semper functionem agere Ciuitatũ, quas inhabitat, & hanc eis conferre habitationis repensionem*, optimè *Bal. in l. si non spetiali nu.6. Cod. de testam.* alioquin naturalia iura violarentur *l. secundum naturam ff. de reg. iur. cap. qui sentit eo. tit. in 6.* quod si verum est in quolibet nobili, vel etiam de recenti habitatore, vt iam diximus, quantò magis in tot, tantisq; Proceribus, & Regulis per tot secula Neapolitanis Ciuibus, arg. *tex. in Auth. Præsides, ibi (Nobiliores Ciuitatum habitatores) C. de epis. audi. Abb. in cap. dudum in princ. de elect.* faciunt tradita per *Bar. in Tract. de Regi. Ciuit nu.* 20. Verum enimuero cum Ciuitas ex duobus cõstet Ordinibus, altero Nobilium, Plebeiorum altero, Nobiles
7 cũ sui Ordinis Nobilibus necessariò conuenire debent, ne famulos, & vasallos cum suis dominis æquo, aut potius iniquo iure sedere contingat, quod neutiquam est ferendum, *l. fin. C. qui mili. non pos. lib.* 12. *Frecc. de Subfeud. lib. 1. cap. 3. num.* 34. argum *l. cum plures §. cum tutor*, cum
8 *l. seq. ff. de admi. tut.* Nobiles inquam virique Illustres cum plebeis non sunt commiscendi, *l. 1. §. sed & si seruus ff. de vent. inspi.* ibi *(ordinum dignitas, familiarumque salua sit) l. honores §. is qui ff. de decur.* ibi *(decurionũ honoribus plebei fungi probibentur) l. super statu C. de quæst.* ibi *(ne sordidæ stirpes splendidis natalibus audeant subrogari)* & latius diximus *Festiu. lect. lib. 1. cap.* 5.
9 *nu.* 49. *in fine.* Per quos quidem Nobiles, & Ill. viros Ciuitas melius, tutius, ac splẽdidius regitur, *d. Auth. Præsides* ibi *Nobiliores &c. l. rescripto* ibi *splendori publico ff. de mune. & hono. Ab. in d. cap. dudum n. 2. de elect.* conferunt dicta per *Arist.* 4. *Polit.* quem refert, & sequitur *Socc. in l. 1. nu. 60. ff. sol. matr.* cum cœteris, quæ latè scripsimus *Fest. lect. lib. 1. cap. 7. num.* 32. Alioquin Nobiles, & Ill. viri essent deterioris conditionis, quàm Ignobiles, & Plebei, qui omnes statim atq; habitare cœperint cum cœteris sui Ordinis in publicis functionibus cõueniunt, & communicant; Nobiles autẽ, & Ill. viri cũ cœteris sui Ordinis
10 Patritijs non vtiq;, quod absurdo absurdius contingit, non enim debent esse melioris cõditionis plebei quàm nobiles, prælleg. iuribus, quib. adde *l. capitalium §. fi. ff. de pœnis, l. decurionum C. eod. tit. l. Iudices C. de dignit. lib.* 12. *§. Sancimus Auth. de testi.* Cur ergo tot, tãtiq; clarissimi viri erũt apolides,
11 & aborigines, cur plebeis inferiores? Interest autem Reip. Ordinem habere plenũ, prçclarosq; in numero copioso habere Patritios, *l. generaliter §. 1. ff de decurio.* faciunt *tex. in d. Auth. Præsides, & in d. l. rescripto*, cum cœteris superius relatis. Deniq; in dubio pro ad-
12 missione ad Ordinem esse decernendum quis nescit? *d. l. generaliter, D. de Franch. decis. 2. nu. 28. in fine, & dec.* 207 *nu.* 8. *Anna sing.* 627. cum cœteris abundè per nos congestis sup. *conf.* 2. 14. & 20.

Superest tot claras, illustresque Neap. familias ad honores sui Ordinis admitti, abrogato abusu, quem videmus à recentioribus temporibus inualuisse, nimirum restrictionis Patriatus ad eas dumtaxat familias, quæ modo Sedilibus gaudent, cœte-
13 ris temerè exclusis, olim enim quilibet nobilis eo ipso, quo habitabat cum suis nobilibus, cumque cœteris

con-

contribulibus conueniebat, & communicabat in publicis functionibus, iuxta peruetustam consuetudinem Ciuitatis Neap. de qua testatur Rex Carolus I. alijque sequentes nostri Regni Augustissimi Reges, prout est videre ex compluribus diplomatibus in *Reg. Archiuio Sycla in Regestis anni* 1269. *Ind.* 13.*lit. S. fol.* 14. 38. 151. *&* 1296. 10. *Ind. A fol.* 122. *&* 1423. *A. fol.* 298. relatis *per Summont. Hist. Neap. lib.* 1. *cap.* 8. hisce, & amplioribus verbis, *In premissis mandamus, vt cum nobilibus, & militibus platee, in qua habitant, communicent, & contribuant, iuxta antiquam consuetudinem Ciuitatis Neapol. &c.*

34 Quoniam vbi honores sunt in Ciuitate diuisi in pluribus quarterijs, seu regionibus, prout Neapoli, vnusquisque nobilis debet gaudere prærogatiua suæ nobilitatis in Regione, quã inhabitat, *l.* 3. *S. Preses ff. de mune. & hono. Bar. in l.* 1. 2. *col ff. ad municip.* & nouissimè *D. Rouitus in suo cons.* 83. & latius dixi *d. cons.* 14. 20. *&* 53.

35 Ideoque in anno 1558. Ill. Viri, clarissimiq; Proceres, cæterique nobilissimi Barones Neap. noscentes iura sibi competentia constituerunt inter cœteros speciale Nuntiũ, & Procuratorem Hectorem è peruetusta, splendidaq; Aquina familia ex Aquini Comitibus ad hæc omnia Regiæ Maiestati significanda, implorandãque debitam admissionem ad honores, & munera suæ Ciuitatis, publico mediante Instrumento Neap. exarato per Not. Fabiũ Montorium An. iam dicto, die 27. Octobris, in quo inter cœteros interfuerunt.

D. Antonius Ruffus Comes Sinopoli.

D. Alfonsus Aierbus Aragonius Comes Simari.

D. Frãciscus Bisbal Comes Briatici.

D. Antonius Borgia Squill. Principis filius ob patris absentiam.

D. Raymundus Vrsinus Comes Pacentri.

D. Carolus Siscar Comes Aielli.

D. Franciscus de Montibus Marchio Coriliani.

D. Antonius Regina Comes Marchiæ.

Scipio Ruffus è Pistorij Principibus.

Aquini Barones, nunc Principes Castellioni, & Crucoli.

Prosper Suardus, è Bergom. Principibus Baro Castrimezani.

Ioannes Aloysius de Tufo Baro Tufij, postea Marchiones Gensani, & Lauelli.

Loysius, & Iacobus Tocchi Barones Roscigni, & Planchetellæ.

Alfonsus Torellus Baro Rignani.

Cæsar Scallonus Baro Cirellæ.

Io. Berardinus de Castrocuccho Baro Albidoni, & Castrinoui.

Iulius Sifola Baro Mirabelli.

Alfonsus Rota Baro Riscioli, & Marani.

Federicus de Sancto Magno Baro S. Cypriani.

Alfonsus Marchesius Baro Castri pagani.

D. Vincentius Sifear Baro Petræ Sturminæ.

Io. Matthæus Comite Baro Aquatij.

Io. Hieronymus Frezza Baro Bitetti.

Io. Thomas Martiranus Baro Tortoræ, & Ayetæ.

Pyrrhus Antonius Castillanus Baro Veruecarij.

Io. Andreas, & fratres de Castellis, ex Baronibus Corleti. Et alij quãplurimi, cũ cœteris de ipsorum familijs. Quibus per alia instrumenta procurationum accesserũt Princeps Sulmon.

Princeps Melphię.

Dux Montisalri.

Concubletri de Arenis ex Arenarum Comitibus.

Filangerij è Comitibus Auellini.

Gambacurtę è Pisarũ Principibus.

De Capua è Palenæ Comitibus, &

Conchæ Principibus.
De Ebulo è Triuentri Comitibus.
Beltrani Misan. Comites.
Belprati Anuersæ Comites.
Bernaudi Bernaudæ Duces.
Afflicti è Ducibus Castri Sāgri &c.
Ruffi è Calatiæ Comitibus.
Quibus accesserunt peruetusti Barones videlicet.
Palagani
Misianelli.
Pisanelli.
Galgani
Annicchini
Baldassini

Alijq; complures prænarratis non inferiores, qui post hos se subscripsere vt ex Actis, quæ seruantur per Doctorem Franc. Lauritum in exquirendis, & peruestigandis antiquitatum monumentis maximè curiosum.

16 Neque opponatur per longa tempora esse iam præscriptum per Nobiles Sedilium aduersus alios extra Sedilia, siquidem in præscriptionibus negatiuis, quod nō liceat aliquid fieri, vt in casu nostro, nunquam currit præscriptio, nisi ab eo tempore, quo fuerit tentatum, & contrad. dictū *gl.* singularis *in l. 1. in princ. C. de serui. & aqua.* ibi *Præscriptio incipit ab eo tempore, quo aduersarius fuit à me prohibitus &c.* & ibi *Bar. in 2. opp.* tāgit *Bal. in l 2. C. eo. tit. Ias. in l. quominus num. 32.* ibi *à tempore inhibitionis ff. de flu.* cū alijs per nos relatis *sup. cons. 4.* Cœterum cum Nobiles extra Sedilia nunquam tentauerint in Sedilia sese ingerere, eo sequens est, vt nunquam præscriptio cœperit currere.

17 Hucque pertinet iuribus, quę sūt facultatis, vt in facto nostro, ex nō vsu, nullū vnquā inferri præiudicium, *gl. pen. in cap. vt priuileg. de priuileg.* quā refert, & sequitur *Capy. decis. 134. post nu. 3.* ibi *non perdunt eam facultatem vllo tempore &c. Io. Andr. Domi.* & alij *in cap. fin. de consuet. lib. 6. Bertr. cons. 234 lib. 3. Ias. in d. l. quominus* post *nu. 28.* ibi *meræ facultatis ff. de flum.* cum cœteris cumulatis *sup. cons. 2.*

18 Eoq; magis, quod vbi agitur de iure publico, deq; Reip. interesse, neque expressæ pactiones, & conuentiones possūt quicquā præiudicare, *l. Iurisg. § si pacisc ar,* ibi *de Republica, l. ius publicum ff. de pactis,* faciunt *tex. in l. nec ex prætorio, l. neq; pignus § priuatorum conuentio ff. de reg. iur.* & in proprijs terminis est textus *in l. 2. §. ius Reip. ff. de admi. rer. ad ciuit. perti.* ibi *ius Reip. pacto mutari non potest.* Porrò sat est per nos probatum Reip. interesse per ampliores homines regi, plenumq; habere ordinem, *d. l generaliter § 1. ff. de decurionibus, d. Auth. præsides, d. l. rescripto, d l fin. C. de vend. reb. ciuit. lib. 11. §. interim Auth. de defe. ciu.* cum cœteris superius abundè congestis.

19 Adde per alteram partem populi, altera non consentiente non posse induci consuetudinem, siue præscriptionem, ex regula *tex. in cap. quod omnes de reg. iur. in 6.* & in proprijs terminis *Curtius in tra. de consuet. sect. 4. Bart. in l. de quibus* post *n. 10. ff. de legi.*

20 Denique prætensa præscriptio, & antiqua Sedilium possessio concernentes illaudabilem consuetudinem, ex qua Respublica potest lædi non conualescunt tempore, *§. nulli vero Auth. vt nulli Iudi. §. fin. Auth. de vsu nauti. cap. mala autem consuetudo 8. dist. glos.* ex eo *tex. in Auth. habita* ibi *peruersa consuetudine C. ne fil. pro patre* consocia *in c. 2. ver. ex consuetudine de testamentis, Bald. de Pace Constantiæ §. contra vero.* Et in specie quod praua consuetudo non tollat rationabilem legem est *tex. in l. 2. C. quæ sit longa consuet.* Et quod nullo vnquam tempore possit præscribi contra publicam vtilitatem legis, dicitur *Bart. in l. de quibus* post *nu. 5. vers. si vero est contra ff. de legi.* vbi enim lex, & publicū bonum resistunt, nulla vnquam est iuris præscriptio, vsurpatio enim potius

tius dicenda est, quàm præscriptio
21 *gl. in d. cap. 1. de testam.* Cœterum imprescriptibile nullo vnquam vsu, aut potius abusu firmari potest, *Ange. cons. 390. Andr. in Pralu. feudo nu. 30. in fin. & nu 36. in fin. Camerarius in l. Imperialem lit C. fol. 8.* per *tex. in cap. licet eum seq. & in cap. adlectio tua 9. poteſt etiam, 16. q. 3.* cum cœteris allegatis per *Andr. vbi supra*, & per *glo. in d. c. 2. de testam.*

22 Quid plura? si vel ipse quidem Illustriss. Patritiatus Ordo gaudens Sedilium honoribus nuper in anno 1628. æquitatem agnoscens in publicis, ac solemnibus Comitijs supplicauit Regiæ Maiestati pro allectione, & aggregatione ad patriatus ordinem, & ad ipsa Sedilia, vel etiam honestiorũ ciuium, qui saltem per quadraginta continentes annos nobilem, & decoram vitam duxerint, vt ex amplissima cõclusione apud Acta Ciuitatis *lib. 7. Pracedent. & Parlament. fol.* 109. de qua diximus in *Histor. Neap. lib. 1. c. 8.*
23 *prope finem*. Nimirum apud Neapolitanos Nobilitas triginta annorũ spatio quęritur ex lege Roberti olim Regis *in Regio Archiuio Sycla lib.* 1316. *Ind.* 15. *lit. C. fol.* 205. *tergo*, de qua scripsimus *Fest. lect. lib. 1. cap. 7. in fine*, quicquid de iure communi nobilitas non minori, quàm immemorabili vtpotè centum annorum curriculo pręscribatur, *Tiraq. de Nobili. cap. 14. Cas-*
24 *san. Cathal par. 8. conf.* 20. Consonant maiorum Italiæ Ciuitatum æquissima statuta, quibus prudentissimi Senatus post aliquot tempora suos benemeritos ciues recognoscentes, eosdem ad Patritiatum, atque adeo ad senatorium ordinem subinde prouehunt.

25 Quæ quidem sapientissimi Regis pijssima sanctio videtur cum sacrosãctis Romanis iuribus conuenire, quibus cautum legimus honestos populares, hoc est mediocris conditionis ciues inclytæ Ciuitatis, prout nostræ vrbis Neapolis, clara loci nobilitate fulgentes cœteris inferiorum ciuitatum, vel nobilioribus quidem parritijs præferendos, *Bart.* ex eo *textu in l. vnica C. de Alex. primat. lib.* 10. cum quo conueniunt ibi *Bal. Ang. Iacob. Rebuf & Ioannes de Platea, Lucas in l. mulieres vers.* 8. *ex loco C. de dignitatibus lib.* 12 facit *tex. in l.* 1. *ff. de cens.* Cum cœteris per nos cumulatis *Fest. lect. lib. 1. cap. 7. nu.* 15. Nostræ, inquã, Neapolis, amplitudine, claritate, felicitate nulli vnquam toto orbe secundæ, de qua latissimè in nostra Historia.

26 Si igitur Naturalis æquitas, Ciuilis ratio, Antiquissima vrbis consuetudo, Reip. dignitas, eiusdemq; vtilitas, imò, & ipsa Sedilia honestos ciues ad Patriatus ordinem aduocant, quanto magis nobilissimos Proceres, Regulos, cœterosq; illustriores ciues peruetusta nobilitate præstantes, diuitijs, feudis, cognationibus, Magistratibus, pace, belloq; conspicuos, de quibus latius in Neap. Historia scripsimus.



SVMMARIVM.

1 *Protestatio saluat, & conseruat ius, & nu. 3. & 9.*
2 *Pracedentia declarant subsequentia.*
4 *Clausula generalis restringitur ad ea de quibus fuit actum.*
5 *Liberatio generalis debitori facta restringitur ad quantitatem solutam.*
6 *Verba generalia restringuntur pro intentione proferentis.*
7 *Libelli conclusio declarat, & limitat pranarrata.*
8 *Clausula generalis restringitur ad specificata, si recto sermoni, & rei natura non repugnet.*
10 *Textus in l. si de certa C. de transact. an militet in sola transactione.*
11 *Verba generalia restringuntur pro in-*

tentione proferentis.

12 *De futuris contingentibus nulla est determinata veritas.*

13 *Actus qui potest fieri duplici intentione declaratur per iuramentum.*

14 *Generalis, & omnimoda quietatio quid requirat de communi praxi.*

15 *Consuetudo probat, & reprobat contractus.*

16 *Validum est argumentum à communiter accidentibus.*

Nam ad ea, quæ frequentius accidunt iura adaptantur.

Quę in oppido frequenter seruata sunt attendi debent.

17 *Longa consuetudo vincit legem.*

18 *Eadem ligat Principem.*

Potentior est natura quàm Principatus.

Consuetudo est altera natura.

19 *Vetus erroris consuetudo excusatur.*

20 *Vetus consuetudo sustinetur contra ius gentium.*

21 *Confessarij dicto standum, atque parendum.*

Quod sanè intelligas in re verisimili, & rationabili.

22 *Retractare dictum suum, propriamq; allegare turpitudinem non licet.*

Quod limita fauore animæ, Ecclesiæ, et Reip.

23 *Res puta negotium plures potest amplecti partes, pluraq; membra integralia, quasi plures res, pluraq, negotia.*

24 *Plura negotia vnum constant negotiū.*

25 *Appellatione vnius negotij plura quidem negotia possunt contineri.*

Numerus singularis pro plurali.

26 *In fauorabilibus verba potius in genere, quàm in specie accipienda, & extensionem faciendam.*

27 *Qui vult consequens, vult suum necessarium antecedens & è contra.*

28 *Connexorum idem est iudicium.*

Verbum posse, an, & quando inducat necessitatem.

Ratio, quæ vnica reddi potest pro expressa habetur.

29 *Verba ita interpretanda, ne reddantur frustratoria.*

30 *In dubio pro caussa pia, & pro religione iudicandum.*

CONS. LXIV.

Pro Confessario adimplente sibi commissa pro exoneratione conscientię defuncti.

ARGVMENTVM.

Liberatio generalis debitori facta an restringatur ad quantitatem solutam. Clausula vniuersalis, num ad specificata dumtaxat referatur. Protestatio saluat, & conseruat iura. Ex libelli conclusione prænarrata facilè declarantur, & limitantur. Actus qui duplici pōt geri proposito per iuramentū declaratur. Ad generalē, & omnimodam liberationem, quid nam de communi praxi exigatur. Quæ frequēter in Ciuitate seruata sunt attendi debēt. Consuetudo est altera Natura. Potentior est Natura, quàm Principatus. Hinc veteris consuetudinis vis, & effectus latè examinantur. Confessarij dicto parendum. Retractare dictum suum, propriamq; allegare turpitudinem, an, & quādo liceat. Numerus singularis pro plurali nōnunquam vsurpatur. In fauorabilibus verba potius in genere, quàm in specie sumenda, & extensionem

fa-

facilè concedendam. Consequens trahit necessarium antecedens, & è contra. Verbum posse aliquando necessitatem importat. Ratio, quę vnica reddi potest pro expressa habetur. Dispositio ita interpretanda, ne inutilis, & frustratoria reddatur. In dubio pro caussa pia facilè respondendum.

Pro Confessario adimplente sibi commissa pro exoneratione conscientia defuncti.

CVm testator præcepisset hæredi, vt solueret eius R. Cõfessario omnes, & quascunque quantitates, quas ipse Confessarius necessarias duxerit pro adimplemento eidem commisso ad exonerationem conscientiæ. Confessarius petijt ab hærede pro nunc, & in partem duc. 600. reseruans sibi facultatem petendi reliquas quantitates tempore oportuno.
Subsequitur simplex, & absoluta Cõfessarij declaratio fuisse sibi integrè satisfactum de legato prædicto, nulla facta mentione quantatis solutæ.

Modo Confessarius petit reliquas quantitates pro finali adimplemẽto. opponitur per hæredem integralis quietatio de legato prædicto. Quæritur quid iuris.

1 Contra hæredem facit præcedens Confessarij protestatio, & reseruatio iurium petendi reliquas quantitates, quæ quidem protestatio, & reseruatio iurium satis declarat eam quietationem licet generalẽ respicere quantitatem dumtaxat primo loco petitam,
2 ex regula quod præcedentia declarant subsequentia, *vulg. l. si seruus plurium §. fin. in fine*, *vbi DD. ff. de leg. 1.* ibi *Quæ præcedunt scripta sunt spectanda*, ergo præambula protestatio, & reseruatio facultatis petendi tempore oportuno reliquas quantitates declarat subsequentem quietationem, & liberationem intelligi de petita summa duc. 600. & non vltra, concordat *tex. in l. hæredes §. sed, & si ff. de testamentis* ibi *ex vicinis scriptu-*
3 *ris*. Protestatio inquam saluat, & cõseruat ius, *l. si debitor §. 1. ff. quib. mod. pi. sol. Tiraq. de Retr. ligna. §. 1. gl. 7. nu. 72.* Et in proprijs terminis est *tex. in l. emptor §. lutius ff. de pactis*, quem ita summat *Bar. liberatio generalis restringitur ad ea, de quibus fuit actum*, idemq; *Bar. in Repet. d. §. lutius num. 3.*
4 per hæc verba, *Vnde Gulielmus de Cuneo dicebat, quod clausula generalis restringitur ad præcedentia no-*
5 *minata*, ad quod est doctrina *Cyni in l. si ex maiori C. de exceptionibus*, vbi ait, quod si debitor soluat partem debiti creditori, qui in actu receptionis faciat pactum de non petendo simpliciter, tale pactum restringitur ad partem solutam, & non vltra. Licet autẽ verba videantur importare omnimodam liberationem, mens tamen pro-
6 ferentis est attendenda, vt ea verba non operentur vltra præmissam protestationem, *l. scire oportet §. aliud vers. sed, & si ff. de excusationibus tutorum vbi DD.* Quid plura? apertus ad hoc est *text. in l. at si quis §. sed interdum in fin. ff. de relig. & sumpt. fun.* ibi *oportebit testari, quo animo faciat, ne postea patiatur quæstionem*: ex quibus colligitur regula, quod præambula protestatio maximè in conclusione scripturæ, vt in casu nostro, declarat, & saluat intentionem protestantis, vt
7 talis quietatio, & liberatio intelligatur iuxta petita, & non vltra. Et in specie, quod conclusio libelli sit attendenda, vti ea, quæ limitat, & declarat omnia, dicit *Butr. in cap. fin. 5. notab. de iudicijs*, idemq; *in cap. ex parte nu. 9.* & ibi *Abbas nu. 3. de foro competenti, gl. in cap. prædicator ver. immo*

16 q. 1. *Alex. consil.* 118. *in princip. lib.* 2. Quibus addo *tex.* *in l. si ex pluribus ff. de solu. l. legatorũ* §. 1. *ff. de leg.* 2. quos ita summat *Bar. clausula generalis restringitur ad specificata tantum,*
8 *si hoc fieri potest, salua ratione recti sermonis*, & idem scribit *in l. Aurelius* §. *Gaius nu.* 10. *ff. de lib. lega.* quod optimè quadrat facto nostro, vbi ratio præcedentis protestationis coarctat generalem liberationẽ ad quantitatẽ solutã tantũ, consonat *singul. tex. in l. quoties C. famil. herci.* quem ita summat *Bar. clausula generalis sequens determinatur per specialem clausulã præcedentem*; cum cæteris, quæ scripsi-
9 mus *conf.* 57. *n.* 9. consonat *tex. in l. doli clausula* vbi latè *gl. & DD. ff. de ver. obl.*

Et in proprioribus terminis est *tex. in l. si de certa C. de transa.* quẽ ita sũmat *Bald. clausula generalis refertur ad specificata*, & ipse *tex.* per hæc verba, *si de certa re fuerit transactũ, et ita dictum, nihil amplius peti posse, etsi non sit additum eo nomine, de coeteris integra permanet actio*, quid clarius, quid euidentius, quid facto nostro congruentius?

10 Neq; opponatur eius *text.* dispositionem militare in trãsactione, secus autem in cœteris contractibus, prout post *glos.* consuluit *Alex. in cons.* 117. 1. *vol.* quem refert *Affl. decis.* 285. *nu.* 13. nam præterquam hoc negatur à *Bar. in dict. l. emptor* §. *Lutius num.* 2. *in fin.* arbitrante talem dispositionem militare in omni contractu. Dato tamen quod ita esset, meminisse oportet in casu nostro de petita quantitate duc. 600. fuisse inter partes trãsactum pro minori quantitate, in cuius solutione fuisse appositam clausulam generalis quietationis, quæ omninò venit restringenda de iure ad quantitatem solutam, & non vltra, ita vt de cœteris integra permaneat actio, *d. l. si de certa.*

11 Item verba quantumuis generalia restringuntur, vt omnis absurditas euitetur, *l. nam absurdum ff. de bon. libert. l.* 1. §. *vnde quæritur ff. de publicanis, Ias. in l. Marcellus in* 4. *notab. ff. ad trebell.* Igitur quonam pacto poterat Confessarius absoluere, & liberare hæredes de quantitatibus incertis, & nondum definitis, cum ipse Confessarius expresse dixerit, & declarauerit in præambula protestatione, quod in posterum oportuno tempore declarabit alias quantitates, sanè de
12 futuris contingentibus nulla est determinata veritas, *vulg. l. ventre ff. de acquirend. hæred.*

13 Amplius vbicunq; actus potest fieri duplici intentione, probatur intentio per iuramentum, *Bald. post glos. in l. atqui natura* §. *cũ me absente vers. Iuxta hoc ff. de negot. gestis*, & latius per *Iaco. de Aretio*. In his enim, quæ pendẽt ab animo statur assertioni cũ iuramẽto, *glos in* §. *aliæ Instit. de actionibus*, vbi post *Ias. n.* 88. & alios latissimè scripsi, *Bar. in l. Celsus* 2. *col. ff. de vsucap. idem in l. gerit, & in l. is potest ff. de acq. hær.* sufficit ergo quod Cõfessarius hoc declaret cum iuramento, cui omnino de iure parendum, vt infra.

Quod autem quietatio non sit finalis, sed pro parte, constat etiam, quia in ea quietatione non datur legatum pro casso, & nullo, vt communiter fieri solet. Si igitur legatum remanet in sui robore pro cæteris quã-
14 titatibus, quid vlterius dubitamus, quod non tollitur cur stare prohibetur? *l. sancimus in princip.* vbi *DD. C. de testamentis.* Scimus tamen hoc de communi iure nõ esse necessariũ; sufficit enim simplex, & generalis quietatio. Veruntamen de cõmuni stylo scripturę, ac de consueta, & trita consuetudine quietationum, & liberationum, semper dantur instrumenta, &
15 legata pro cassis, nullis, & irritis, succedit iuris regula, quod consuetudo potest probare, & reprobare contractus, *Bald. in l. per diuersas in principio C. man-*

C. mandati, arg. l. certi condictio §. si nũmos ver. quotidie, & ibi gl. ff. si certum petatur, Oldr. cons. 202. in fine, quem ad hoc refert *Tiraq. de Retr. Conuen. ad finem tituli n.* 151. Hinc dicimus vali-
16 dum esse argumentum à comuniter accidentibus, *l. in fideicommissi ff. de vsuris, l. si pactum in fine ibi plerumque ff. de probationibus, cap. prudentiam ver. vt solet de officio delegati, gl. in l. neque natales C. de probationibus, Bald.* post *glos. in l. cum dotem C. de iure dotiũ idemq; Bald. in Auth. habita C. ne fil. pro patre* cũ cœteris cumulatis per *Hippol. Marsil. singul.* 1. Nam ad ea, quæ frequenrius accidunt ciuilia iura adaptantur, *vulg. l. nam ad ea ff. de legi.* Si igitur de communi stylo, & consuetudine inter nos, in finali, & omnimoda quietatione dantur instrumenta pro cassis, & nullis, conse quẽs est, vt cum talis clausula in casu nostro non sit apposita, legatum remaneat in sui robore, respectu cœterarũ quantitatum, iuxta petitionis libellũ, in quo Confessarius petijt duc. 600. in partem, salua facultate petendi reliquas quantitates suo loco, & rẽpore. Parum enim refert eam clausulam de communi iure non esse necessariam, cum planè inter nos sit de communi stylo, & consuetudine; Quoniam, quæ in oppido frequenter seruata sunt attendi debent, verba sũt *Imp. in l. 2. C. de ædifi. priua.* faciunt dicta per *Iul. Cæs. Galluppum in suo Lutulento Methodo feudali par. 1. cap. 6. n.* 56. constat enim per longam consue-
17 tudinem vinci legem, vt inquit *Bald. in cap. 1. de natura feudi*, est *tex. in l. itẽ vbi Accur. ff. quod cuiu. vni. nom. per DD. in l. 1. C. quæ sit longa consuetudo, l. diuturna cõsuetudo cum seq l. minimè ff. de legibus*, cum cœteris, quæ congessimus supra *consil. 1. nu. 21.*
18 Eatenus vt longa consuetudo liget etiam Principem, potentior enim est Natura, quàm Principatus, *Andr. Iser. in rub. de consuet. recti feudi, Bald. in cap. 1. de natura feudi, idem in cap. 1. §. & quia, de his qui feudum dare poss.* nimirum consuetudo est altera natura *Bald. in Auth. omnes peregrini C. comm. de success. Tiraq de retr conue. §. 1. gl. 2. nu. 5. Andreas in Prooemio Const. Regni* quem refert, & sequitur *Affl. in prælud earumdem Const. q. 6. nu.* 4. Vt merito ante omnia sit spectãda cõsuetudo, quæ cætera vincit, *d. l. si seruus plurium §. fin. de legatis* 1. Vsque adeò vt vel etiam peruetusta erroris consue-
19 tudo sit toleranda, nec quicquam contra eam sit præsumendum, singularis *tex. in l. iusto ff. de vsucapionionibus*, ad hæc *tex. in l. finali ff. de aqua plu. arce.* quem solennem, semperque memorabilem exclamat *Iason. in l. quominus nu. 44. ff. de fluminibus*, quibus addo mirabilẽ *textum in l. venditor §. si constat ff commun. prædi.* vbi sustine-
20 tur vetus consuetudo contra ipsum Ius gentium. Si igitur ei liberationi, & quietationi, rametsi generali obstat communis stylus, & consuetudo, de ea non est habenda ratio, sed audiendus est Confessarius in cœteris per eum petitis, seruatã forma protestationis, quæ quidem protestatio saluat, & conseruat ius, *d. l. si debitor §. 1. ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. d. l. at si quis §. interdum in fi. ff. de rel. & sumpt. funer.*
21 Et in terminis, quod Confessarij dicto sit standum dicit *Couarr. in cap. cum tibi nu. 23. de testamentis, Nauarr. lib 3. cons. 16. de testamentis edi. 2.* quem refert, & sequitur *Layman. lib. 3. tract. 5. de pactis cap. 11. nu. 15. in sua morali Theologia Tit. de Iustitia, & Iure*, per hæc verba *vbi testator voluntatem suã declarauerit, quod velit quædam ad pias caussas erogari sicut Confessario mandauit, semper Confessarij dicto standũ, dummodo verisimile sit, & non irrationabile.* Quod benè procedit in facto nostro, ex his, quæ superius latè demonstrauimus. Maximè verò in nostro Confessario genere, doctrina, &

& religione præstantissimo.

22 Quibus addebat insignis Theologus, & Iurisconsultus *D. Thomas del Bene Cl. Regul.* quod quamuis regulariter non liceat cuiquam dictum suum retractare, & propriam allegare turpitudinem, *l. creditoribus*, vbi latè *Accurs. ver. non debet C. de seruo pignori dato*, latè *Bar. in l. ius iurandum §. pater ff. de iure iurando*, hoc tamen fallit, nisi fiat ob caussam necessariam ad animæ salutem, item fauore Ecclesię, & Reipublicæ, maximè vero vbi agitur de tertij præiudicio, vt in facto nostro, ita *Layman. de iustitia, & iure lib. 3. tra. 4. de Pactis cap.* 10 post *n.* 4. qui ad hoc allegat *Abbatem in cap. si quis, de rebus Eccl. non alie.* adde eundē *Abb. in cap. cum super nu. 9. de concess. præb. Nauarr. lib. 1. de rescript. edi.* 2. faciunt dicta per *Santorell. tract. de Hæres. cap. 38. dub. vnico nu.* 12. *Couar. lib. 2. variarum resolut. cap.* 13. *Paris. consil. 2. lib. 4. nu.* 78. *Mascard. de probationibus volum. 2. concl.* 858. Itaque posito quod Confessarius in ea simplici, & indefinita quietatione, & liberatione sibi præiudicauerit ex inconsideratione, vel simplicitate, siue ob iuris ignorantiam, potest tamen pro indemnitate defuncti, & aliorū, quorum interest dictum suum retractare, & proprium errorem allegare, quod sanè intelligas in assertione verisimili, & à ratione non aliena prout in facto nostro, secus vero in assertione inuerisimili, seu suspecta, ex his, quæ supra latè probauimus.

Nec quicquam facit quod testator legauerit pro negotio perficiendo, quodque non liceat pro pluribus ne-
23 gotijs petere. Id enim negotium plures potest habere partes, pluraq; membra, quasi plura negotia, quæ
24 omnia vnum complent negotium, *arg. l. 2. & l. grege ff. de leg. 2.* Potest inquam commissum negotium habere plures partes integrales, quæ tamen vnum constant negotium, *arg. l. libro-*
25 *rum §. 1. ff. de leg.* 3. quo quidem casu appellatione negotij, plura quidem negotia continentur, & perinde habetur, ac si testator plura, singulaque negotia demandasset, *l. si chorus ff. de leg. 3.* vbi latè *glos. & DD. l. proinde si seruum ff. ad le. Aquil.* Ad hæc audiamus Celsum Iurisconsl. *in l. in vsu iuris ff. de verb. signifi. In vsu iuris frequenter vti nos Cassellius ait singulari appellatione, cum plura eiusdem generis significare vellemus &c.* Itaque negotium pro negotijs, homo pro hominibus, hæres pro hæredibus, numus pro numis &c. vt in eo *textu*, cōsonat *tex. in l. cum affirmes in princ. vbi gl. C. de lib. cau. Affl. in Constit. Super incisionibus nu.* 5. Quibus illud videtur congrue-
26 re. In fauorabilibus, vt in casu nostro, verba potius in genere, quàm in specie esse accipienda, *Abb. in cap. Rodulphus* post *nu. 3. vers. & ex hoc tenementi, de rescript. Alex. conf.* 248. *Ponderatis circa fin. lib.* 6. Quinimo vbi agitur de fauore animæ, vt in facto nostro, fit extēsio, vel etiam in odiosis *glos. notab. in cap. sciant cuncti, ver. alios de electione in 6. Io. Andr. in cap. ex te-*
27 *nore qui fil. sint. leg.* Quo fit, vt testator committendo negotium, videatur cōmisisse omnia ad negotiū spectantia, accessoria, & necessaria, imo cōringētia, & congruentia, *l. si procur. indebitam vbi gl. in ver. videri ff. de cond. ind. l. oratio* vbi *Bald. ff. de sponsal. Det. conf.* 502. etiam ex trita iuris regula quod, qui vult consequens, vult suum necessarium antecedens, & è contra, *l. ad rem mobilem cum seq.* vbi latè *Accur. ff de procurato. l. 2. ff. de iurisd. omn. iudi. l. si venditor ff. de religio. & sumpt. fune. l. seruū §. fin. ff. de leg.* 1. ad quod faciunt, quæ scripsimus *cons. 23. nu. 7. cum seq.* connexorū inquam idem est iudiciū, *l. quid ergo §. iudicio ff. de contr. act. tu. Bar. in l. lutius 2. §. Paulus ff. de adm. tutor.* & latius more suo *Hippol. Marf. in suo singu.* 251. idemq; in *Rub. de fideiuss. nu.* 187. *cum seq.*

sequ. Quæ omnia ex simplici Confessarij nutu dependent, cui omnino parendum, alioquin Sacramenti arcana reuelarentur, prout latius *sup. nu.* 21.

28 Minus obstat, quod testator legando dixerit, quod vidua mater, & tutrix eius filiorum possit soluere quicquid Confessarius dixerit, & declarauerit necessarium pro negotio eidem commisso, quasi ea verba *possit soluere* essent potestatiua, quæ necessitatem nō inducant *l. sæpe ff. de off. præs. arg. l. non quicquid ff. de iudicijs*, siquidem argumentum retorquetur ex his, quæ testator subiunxit, reddens rationem eius dicti, per hæc verba, *acciocbe detta tutrice non sia tenuta à darne conto, &c.* per quæ verba præcisa testatoris voluntas, & tutricis soluendi necessitas declarantur. Sanè sciebat testator esse necessariam notabilem quantitatem ad negotium peragendum, ideoq; operæpretium videbatur præcauere non tam saluti suæ conscientiæ, quàm tutricis indemnitati, quasi dixisset, & mandasset, quod tutrix protinus, ac promptius solueret, & erogaret, vel etiam maximam pecuniarum quantitatem absq; scrupulo, & periculo. Verbum autem *posse* in facto nostro necessitatem importat, *tex. est in l.* 1. ibi *dare potest*, vbi Accursius per hæc verba. *Potest, & necesse habet ff. de iurisdict. omnium Iudic.* Quod eatenus verum est, vt vel etiam si testator talem caussam non expressisset, adhuc ea subaudiretur, quoties enim vnica tantum ratio reddi potest, vt in casu nostro, illa pro expressa habetur, *Glos. & ibi DD. in l. quamuis C. de fideicommissis*, facit *glos. vltima in l. tale pactum in fin. ff de pa-*

29 *ctis*. Alioquin dispositio esset frustratoria, posset enim tutrix negare, & testator inutiliter disposuisset, quod nō est præsumendum, *Textus est in l. Titia* 1. §. *Lutius ff. de legatis* 2. ibi *non sic interpretanda scriptura, vt inutilis fiat, l. si quādo ff. de legatis* 1. ibi *alioquin frustra legasset*, ad hæc *text. in l. scire oportet §. aliud*, vbi *Nicolaus noster de Neapoli ff. de excusationibus tutorum, cum similibus*, & larius dixi *Fest. Lect. lib. 3. c. 9.* Maximè verò in facto nostro, in quo fauore animæ latissima facienda est interpretatio, immò, & extensio, & ampliatio, iuribus superius allegatis.

30 Denique meminisse oportet in dubio pro caussa pia, pro religione, pro anima, & pro exoneratione consciētiæ esse decernendum, *l. sunt personæ in fine ff. relig. & sumpt. funerum, l. Titia §. Seia*, vbi *Bartol. & DD.* post *glos. ff. de auro, & argento legato*, latè *D. de Ponte cons. vlt. in vlt. verbis*, faciunt dicta per *Ioan. Andr. in cap. ex tenore extra qui fil. sint legi*, & in proprijs terminis *Abbas in cap. indicante num. 6. de testamentis*, idemq; *in cap. ex parte in princ. de censibus*, & diximus supra *cons.* 59. *in fine*.

FINIS.

de vend.reb.Ciuit.lib.11. Bar. in l.nulli
6 ff.quod cui. vniu.nomi. & latius diximus in consf. 46. & 52. Ciuitas enim constat ex singulis Ciuibus, Glo.in l. sicut ver. non debetur in fine eod. tit. omnibus autem vocatis, quod maior pars decreuerit attendendum, vulg. l. quod maior ff. ad Municip. DD. ex eo tex.in d. l.nulli cũ seq. Si igitur Nobiles, & Patritij extra Sedilia subsunt oneribus cur nõ potiãtur honoribus? §. si qua vero Auth.de defens. ciuit. hisce verbis Conuenit.n.vnumquẽq; Nobilẽ semper functionem agere Ciuitatũ; quas inhabitat, & hanc eis conferre habitationis repensionem, optimè Bal. in l. si non spetiali nu.6. Cod.de testam. alioquin naturalia iura violarentur l.secundum naturam ff. de reg. iur. cap. qui sentit eo.tit. in 6. quod si verum est in quolibet nobili, vel etiam de recenti habitatore, vt iam diximus, quantò magis in tot, tantisq; Proceribus, & Regulis per tot secula Neapolitanis Ciuibus, arg. tex. in Auth. Præsides, ibi (Nobiliores Ciuitatum habitatores) C. de epis. audi. Abb. in cap. dudum in princ.de elect. faciunt tradita per Bar. in Tract. de Regi. Ciuit nu. 20. Verum enimuero cum Ciuitas ex duobus cõstet Ordinibus, altero No-
7 bilium, Plebeiorum altero, Nobiles cũ sui Ordinis Nobilibus necessariò conuenire debent, ne famulos, & vasallos cum suis dominis æquo, aut potius iniquo iure sedere contingat, quod neutiquam est ferendum, l. fin. C. qui mili. non pos. lib. 12. Frece.de Subfeud. lib. 1. cap. 3. num. 34. argum l. cum plures §. cum tutor, cum
8 l. seq. ff. de admi. tut. Nobiles inquam virique Illustres cum plebeis non sunt commiscendi, l. 1. §. sed & si seruus ff. de vent.inspi. ibi (ordinum dignitas, familiarumque salua sit) l. honores §. is qui ff. de decur. ibi (decurionũ honoribus plebei fungi probibentur) l. super statu C. de quæst. ibi (ne sordidæ stirpes splendidis natalibus audeant subrogari) & latius diximus Festiu. lect. lib. 1. cap. 5.
9 nu. 49. in fine. Per quos quidem Nobiles, & Ill. viros Ciuitas melius, tutius, ac splẽdidius regitur, d. Auth. Præsides ibi Nobiliores &c. l. rescripto ibi splendori publico ff. de mune. & hono. Ab. in d. cap. dudum n. 2. de elect. conferunt dicta per Arist. 4. Polit. quem refert, & sequitur Socc. in l. 1. nu. 60. ff. sol. matr. cum cœteris, quæ latè scripsimus Fest. lect. lib. 1. cap. 7. num. 32. Alioquin Nobiles, & Ill. viri essent deterioris conditionis, quàm Ignobiles, & Plebei, qui omnes statim atq; habitare cœperint cum cœteris sui Ordinis in publicis functionibus cõueniunt, & communicant; Nobiles autẽ, & Ill. viri cũ cœteris sui Ordinis
10 Patritijs non vtiq;, quod absurdo absurdius contingit, non enim debent esse melioris cõditionis plebei quàm nobiles, præalleg. iuribus, quib. adde l. capitalium §. fi. ff. de pœnis, l. decurionum C. eod. tit. l. Iudices C. de dignit. lib. 12. §. Sancimus Auth. de testi. Cur ergo tot, tãtiq; clarissimi viri erũt apolides,
11 & aborigines, cur plebeis inferiores? Interest autem Reip. Ordinem habere plenũ, pręclarosq; in numero copioso habere Patritios, l. generaliter §. 1. ff de decurio. faciunt tex. in d. Auth. Præsides, & in d. l. rescripto, cum cœteris superius relatis. Deniq; in dubio pro ad-
12 missione ad Ordinem esse decernendum quis nescit? d. l. generaliter, D. de Franch. decis. 2. nu. 28. in fine, & dec. 207. nu. 8. Anna sing. 627. cum cœteris abundè per nos congestis sup. cons. 2. 14. & 20.

Superest tot claras, illustresque Neap. familias ad honores sui Ordinis admitti, abrogato abusu, quem videmus à recentioribus temporibus inualuisse, nimirum restrictionis Patriatus ad eas dumtaxat familias, quæ modo Sedilibus gaudent, cœte-
13 ris temerè exclusis, olim enim quilibet nobilis eo ipso, quo habitabat cum suis nobilibus, cumque cœteris

con-

contribulibus conueniebat, & communicabat in publicis functionibus, iuxta peruetustam consuetudinem Ciuitatis Neap. de qua testatur Rex Carolus I. alijque sequentes nostri Regni Augustissimi Reges, prout est videre ex compluribus diplomatibus in *Reg. Archiuio Sycla in Regestis anni* 1269. *Ind.* 13. *lit. S. fol.* 14. 38. 151. *&* 1295. 10. *Ind. A fol.* 122. *&* 1423. *A. fol.* 298. relatis *per Summont. Hist. Neap. lib.* 1. *cap.* 8. hisce, & amplioribus verbis, *In premissis mandamus, vt cum nobilibus, & militibus platee, in qua habitant, communicent, & contribuant, iuxta antiquam consuetudinem Ciuitatis Neapol. &c.*

34 Quoniam vbi honores sunt in Ciuitate diuisi in pluribus quarterijs, seu regionibus, prout Neapoli, vnusquisque nobilis debet gaudere prærogatiua suæ nobilitatis in Regione, quã inhabitat, *l.* 3. *§. Præses ff. de mune. & hono. Bar. in l.* 1. 2. *col ff. ad municip.* & nouissimè *D. Rouitus in suo consi.* 83. & latius dixi *d. cons.* 14 20. *&* 53.

35 Ideoque in anno 1558. ill. Viri, clarissimiq; Proceres, cæterique nobilissimi Barones Neap. noscentes iura sibi competentia constituerunt inter cœteros speciale Nuntiũ, & Procuratorem Hectorem è peruetusta splendidaq; Aquina familia ex Aquini Comitibus ad hæc omnia Regiæ Maiestati significanda, implorandãque debitam admissionem ad honores, & munera suæ Ciuitatis, publico mediante Instrumento Neap. exarato per Not. Fabiũ Montorium An. iam dicto, die 27. Octobris, in quo inter cœteros interfuerunt.

D. Antonius Ruffus Comes Sinopoli.

D. Alfonsus Aierbus Aragonius Comes Simari.

D. Frãciscus Bisbal Comes Briatici.

D. Antonius Borgia Squill. Principis filius ob patris absentiam.

D. Raymundus Vrsinus Comes Pacentri.

D. Carolus Siscar Comes Aielli.

D. Franciscus de Montibus Marchio Coriliani.

D. Antonius Regina Comes Marchiæ.

Scipio Ruffus è Pistorij Principibus.

Aquini Barones, nunc Principes Castellioni, & Crucoli.

Prosper Suardus, è Bergom. Principibus Baro Castrimezani.

Ioannes Aloysius de Tufo Baro Tufij, postea Marchiones Gensani, & Lanelli.

Loysius, & Iacobus Tocchi Barones Roscigni, & Planchetellæ.

Alfonsus Torellus Baro Rignani.

Cæsar Scallonus Baro Cirellæ.

Io. Berardinus de Castrocuccho Baro Albidoni, & Castrinoui.

Iulius Sifola Baro Mirabelli.

Alfonsus Rota Baro Riscioli, & Marani.

Federicus de Sancto Magno Baro S. Cypriani.

Alfonsus Marchesius Baro Castri pagani.

D. Vincentius Siscar Baro Petræ Sturminæ.

Io. Matthęus Comite Baro Aquarij.

Io. Hieronymus Frezza Baro Bitetti.

Io. Thomas Mattiranus Baro Tortoræ, & Ayeræ.

Pyrrhus Antonius Castillanus Baro Verucarij.

Io. Andreas, & fratres de Castellis, ex Baronibus Corleti. Et alij quãplurimi, cũ cœteris de ipsorum familijs. Quibus per alia instrumenta procurationum accesserũt Princeps Sulmon.

Princeps Melphię.

Dux Montisalti.

Concubletti de Arenis ex Arenarum Comitibus.

Filangerij è Comitibus Auellini.

Cambacurtę è Pisarũ Principibus.

De Capua è Palenæ Comitibus, &

Conchæ Principibus.
De Ebulo è Triuenti Comitibus.
Beltrani Misan. Comites.
Belprati Auersæ Comites.
Bernaudi Bernaudæ Duces.
Afflicti è Ducibus Castri Sāgrī &c.
Ruffi è Calatiæ Comitibus.
Quibus accesserunt peruetusti Barones videlicet.
Palagani
Mistanelli.
Pisanelli.
Galgani
Annicchini
Baldassini
Aliiq; complures prænarratis non inferiores, qui post hos se subscripsere vt ex Actis, quæ seruantur per Doctorem Franc. Lauritum in exquirendis, & peruestigandis antiquitarum monumentis maximè curiosum.

16 Neque opponatur per longa tempora esse iam præscriptum per Nobiles Sedilium aduersus alios extra Sedilia, siquidem in præscriptionibus negatiuis, quod nō liceat aliquid fieri, vt in casu nostro, nunquam currit præscriptio, nisi ab eo tempore, quo fuerit tentatum, & contrad ētū *gl.* singularis *in l. 1. in princ. C. de serui. & aqua*, ibi *Præscriptio incipit ab eo tempore, quo aduersarius fuit à me prohibitus &c.* & ibi *Bar. in 2. opp.* tāgit *Bal. in l 2. C. eo. tit. Ias. in l. quominus num. 32.* ibi *à tempore inhibitionis ff. de flu.* cū alijs per nos relatis *sup. cons. 4.* Cœterum cum Nobiles extra Sedilia nunquam tentauerint in Sedilia sese ingerere, co. sequens est, vt nunquam præscriptio cœperit currere.

17 Hucque pertinet iuribus, quę sūt facultatis, vt in facto nostro, ex nō vsu, nullū vnquā inferri præiudicium, *gl. pen. in cap. vt priuileg. de priuileg.* quā refert, & sequitur *Capy. decis. 134.* post *nu. 3.* ibi *non perdunt eam facultatem vllo tempore &c. Io. Andr. Domi.* & alij *in cap. fin. de consuet. lib. 6. Bertr. cons. 234 lib. 3. Ias. in d. l. quominus* post *nu. 28.* ibi *meræ facultatis ff. de flum.* cum cœteris cumulatis sup. *cons. 2.*

18 Eoq; magis, quod vbi agitur de iure publico, deq; Reip. interesse, neque expressæ pactiones, & conuentiones possūt quicquā præiudicare, *l. Iurisg. § si pacisear*, ibi *de Republica, l. ius publicum ff. de pactis*, faciunt *tex. in l. nec ex prætorio, l. neq; pignus § priuatorum conuentio ff. de reg. iur.* & in proprijs terminis est textus *in l. 2. §. ius Reip. ff. de admi. rer. ad ciuit. perti.* ibi *ius Reip. pacto mutari non potest.* Porrò sat est per nos probatum Reip. interesse per ampliores homines regi, plenumq; habere ordinem, *d. l generaliter § 1. ff. de decurionibus, d. Auth. præsides, d. l. rescripto, d l fin. C. de vend. reb. ciuit. lib. 11. §. interim Auth. de defe. ciu.* cum cœteris superius abundè congestis.

19 Adde per alteram partem populi, altera non consentiente non posse induci consuetudinem, siue pręscriptionem, ex regula *tex. in cap. quod omnes de reg. iur. in 6.* & in proprijs terminis *Curtius in tra. de consuet. sect. 4. Bart. in l. de quibus* post *n. 10. ff. de legi.*

20 Denique prætensa præscriptio, & antiqua Sedilium possessio concernentes illaudabilem consuetudinem, ex qua Respublica potest lædi non conualescunt tempore, *§. nulli vero Auth. vt nulli Iudi. §. fin. Auth. de vsu nauti. cap. mala autem consuetudo 8. dist. glos.* ex eo *tex. in Auth. habita* ibi *peruersa consuetudine C. ne fil. pro patre* consocia *in c. 2. ver. ex consuetudine de testamentis, Bald. de Pace Constantia §. contra vero.* Et in specie quod praua consuetudo non tollat rationabilem legem est *tex. in l. 2. C. quæ sit longa consuet.* Et quod nullo vnquam tempore possit præscribi contra publicam vtilitatem legis, dicit *Bart. in l de quibus* post *nu. 5. vers. si vero est cōtra ff. de legi.* vbi enim lex, & publicū bonum resistunt, nulla vnquam est iuris præscriptio, vsurpatio enim potius

tius dicenda est, quàm præscriptio
21 *gl. in d. cap. 1. de testam.* Cœterum imprescriptibile nullo vnquam vsu, aut potius abusu firmari potest, *Ange. conf. 390. Andr. in Prælu. feudo nu. 30. in fin. & nu. 36. in fin. Camerarius in l. Imperialem lit. C. fol. 8.* per *tex. in cap. licet eum seq. & in cap. dilectio tua 9. potest etiam, 16. q. 3.* cum cœteris allegatis per *Andr. vbi supra*, & per *glo. in d. c. 2. de testam.*

22 Quid plura? si vel ipse quidem Illustriss. Patritiatus Ordo gaudens Sedilium honoribus nuper in anno 1528. æquitatem agnoscens in publicis, ac solennibus Comitijs supplicauit Regiæ Maiestati pro allectione, & aggregatione ad patriatus ordinem, & ad ipsa Sedilia, vel etiam honestiorū ciuium, qui saltem per quadraginta continentes annos nobilem, & decoram vitam duxerint, vt ex amplissima cōclusione apud Acta Ciuitatis *lib. 7. Præcedent. & Parlament. fol. 109.* de qua diximus in *Histor. Neap. lib. 1. c. 8.*
23 *prope finem.* Nimirum apud Neapolitanos Nobilitas triginta annorū spatio quęritur ex lege Roberti olim Regis *in Regio Archiuio Sycle lib. 1316. Ind. 15. lit. C. fol. 205. tergo*, de qua scripsimus *Fest. lect. lib. 1. cap. 7. in fine*, quicquid de iure communi nobilitas non minori, quàm immemorabili vetpotè centum annorum curriculo pręscribatur, *Tiraq. de Nobili. cap. 14. Cas-*
24 *san. Cathal par. 8. conf. 20.* Consonant maiorum Italiæ Ciuitatum æquissima statuta, quibus prudentissimi Senatus post aliquot tempora suos benemeritos ciues recognoscentes, eosdem ad Patritiatum, atque adeo ad senatorium ordinem subinde prouehunt.

25 Quæ quidem sapientissimi Regis pijssima sanctio videtur cum sacrosāctis Romanis iuribus conuenire, quibus caurum legimus honestos populares, hoc est mediocris conditionis ciues inclytæ Ciuitatis, prout nostræ vrbis Neapolis, clara loci nobilitate fulgentes cœteris inferiorum ciuitatum, vel nobilioribus quidem patritijs præferendos, *Bart.* ex eo *textu in l. vnica C. de Alex. primat. lib. 10.* cum quo conueniunt ibi *Bal. Ang. Iacob. Rebuf & Ioannes de Platea, Lucas in l. mulieres vers. 8. ex loco C. de dignitatibus lib. 12* facit *tex. in l. 1. ff. de censi.* Cum cœteris per nos cumulatis *Fest. lect. lib. 1. cap. 7. nu. 15.* Nostræ, inquā, Neapolis, amplitudine, claritate, felicitate nulli vnquam toto orbe secundæ, de qua latissimè in nostra Historia.

26 Si igitur Naturalis æquitas, Ciuilis ratio, Antiquissima vrbis consuetudo, Reip. dignitas, eiusdemq; vtilitas, imò, & ipsa Sedilia honestos ciues ad Patriatus ordinem aduocant, quanto magis nobilissimos Proceres, Regulos, cœterosq; illustriores ciues peruetusta nobilitate præstantes, diuitijs, feudis, cognationibus, Magistratibus, pace, belloq; conspicuos, de quibus latius in Neap. Historia scripsimus.



SVMMARIVM.

1 *Protestatio saluat, & conseruat ius, & nu. 3. & 9.*
2 *Præcedentia declarant subsequentia.*
4 *Clausula generalis restringitur ad ea de quibus fuit actum.*
5 *Liberatio generalis debitori facta restringitur ad quantitatem solutam.*
6 *Verba generalia restringuntur pro intensione proferentis:*
7 *Libelli conclusio declarat, & limitat pranarrata.*
8 *Clausula generalis restringitur ad specificata, si recto sermoni, & rei naturæ non repugnet.*
10 *Textus in l. si de certa C. de transact. an militet in sola transactione.*
11 *Verba generalia restringuntur pro in-* ten-

tentione proferentis.

12 *De futuris contingentibus nulla est determinata veritas.*

13 *Actus qui potest fieri duplici intentione declaratur per iuramentum.*

14 *Generalis, & omnimoda quietatio quid requirat de communi praxi.*

15 *Consuetudo probat, & reprobat contractus.*

16 *Validum est argumentum à communiter accidentibus.*

Nam ad ea, quæ frequentius accidunt iura adaptantur.

Quę in oppido frequenter seruata sunt attendi debent.

17 *Longa consuetudo vincit legem.*

18 *Eadem ligat Principem.*

Potentior est natura quàm Principatus.

Consuetudo est altera natura.

19 *Vetus erroris consuetudo excusatur.*

20 *Vetus consuetudo sustinetur contra ius gentium.*

21 *Confessarij dicto standum, atque parendum.*

Quod sanè intelligas in re verisimili, & rationabili.

22 *Retractare dictum suum, propriamq; allegare turpitudinem non licet.*

Quod limita fauore animæ, Ecclesiæ, et Reip.

23 *Res puta negotium plures potest amplecti partes, pluraq; membra integralia, quasi plures res, pluraq; negotia.*

24 *Plura negotia vnum constant negotiū.*

25 *Appellatione vnius negotij plura quidem negotia possunt contineri.*

Numerus singularis pro plurali.

26 *In fauorabilibus verba potius in genere, quàm in specie accipienda, & extensionem faciendam.*

27 *Qui vult consequens, vult suum necessarium antecedens & è contra.*

28 *Connexorum idem est iudicium.*

Verbum posse, an, & quando inducat necessitatem.

Ratio, quæ vnica reddi potest pro expressa habetur.

29 *Verba ita interpretanda, ne reddantur frustratoria.*

30 *In dubio pro caussa pia, & pro religione iudicandum.*

CONS. LXIV.

Pro Confessario adimplente sibi commissa pro exoneratione conscientię defuncti.

ARGVMENTVM.

Liberatio generalis debitori facta an restringatur ad quantitatem solutam. Clausula vniuersalis, num ad specificata dumtaxat referatur. Protestatio saluat, & conseruat iura. Ex libelli conclusione prænarrata facilè declarantur, & limitantur. Actus qui duplici pōt geri proposito per iuramentū declaratur. Ad generalē, & omnimodam liberationem, quid nam de communi praxi exigatur. Quæ frequēter in Ciuitate seruata sunt attendi debēt. Consuetudo est altera Natura. Potentior est Natura, quàm Principatus. Hinc veteris consuetudinis vis, & effectus latè examinantur. Confessarij dicto parendum. Retractare dictum suum, propriamq; allegare turpitudinem, an, & quādo liceat. Numerus singularis pro plurali nōnunquam vsurpatur. In fauorabilibus verba potius in genere, quàm in specie sumenda, & extensionem

facilè concedendam. Consequens trahit necessarium antecedens, & è contra. Verbum posse aliquando necessitatem importat. Ratio, quę vnica reddi potest pro expressa habetur. Dispositio ita interpretanda, ne inutilis, & frustratoria reddatur. In dubio pro caussa pia facilè respondendum.

Pro Confessario adimplente sibi commissa pro exoneratione conscientia defuncti.

CVm testator præcepisset hæredi, vt solueret eius R. Cõfessario omnes, & quascunque quantitates, quas ipse Confessarius necessarias duxerit pro adimplemento eidem commisso ad exonerationem conscientiæ. Confessarius petijt ab hærede pro nunc, & in partem duc. 600. reseruans sibi facultatem petendi reliquas quantitates tempore oportuno.

Subsequitur simplex, & absoluta Cõfessarij declaratio fuisse sibi integrè satisfactum de legato prædicto, nulla facta mentione quantatis solutæ.

Modo Confessarius petit reliquas quantitates pro finali adimplemẽto. opponitur per hæredem integralis quietatio de legato prædicto. Quæritur quid iuris.

1 Contra hæredem facit præcedens Confessarij protestatio, & reseruatio iurium petendi reliquas quantitates, quæ quidem protestatio, & reseruatio iurium satis declarat eam quietationem licet generalẽ respicere quantitatem dumtaxat primo loco petitam,

2 ex regula quod præcedentia declarant subsequentia, *vulg. l. si seruus plurium §. fin. in fine*, *vbi DD. ff. de leg. 1.* ibi *Quæ præcedunt scripta sunt spectanda*, ergo præambula protestatio, & reseruatio facultatis petendi tempore oportuno reliquas quantitates declarat subsequentem quietationem, & liberationem intelligi de petita summa duc. 600. & non vltra, concordat *tex. in l. hæredes §. sed, & si ff. de testamentis* ibi *ex vicinis scripturis*.

3 Protestatio inquam saluat, & cõseruat ius, *l. si debitor §. 1. ff. quib. mod. pi. sol. Tiraq. de Retr. ligna. §. 1. gl. 7. nu. 72.* Et in proprijs terminis est *tex. in l. emptor § lutius ff. de pactis*, quem ita summat *Bar. liberatio generalis restringitur ad ea, de quibus fuit actum*, idemq; *Bar. in Repet. d. § lutius num. 3.*

4 per hæc verba, *Vnde Gulielmus de Cuneo dicebat, quod clausula generalis restringitur ad præcedentia nominata*,

5 ad quod est doctrina *Cyni in l. si ex maiori C. de exceptionibus*, vbi ait, quod si debitor soluat partem debiti creditori, qui in actu receptionis faciat pactum de non petendo simpliciter, tale pactum restringitur ad partem solutam, & non vltra. Licet autẽ verba videantur importare omnimodam liberationem, mens tamen pro-

6 ferentis est attendenda, vt ea verba non operentur vltra præmissam protestationem, *l. scire oportet §. aliud vers. sed, & si ff. de excusationibus tutorum vbi DD.* Quid plura? apertus ad hoc est *text. in l. at si quis § sed interdum in fin. ff de relig. & sumpt. fun.* ibi *oportebit testari, quo animo faciat, ne postea patiatur quæstionem*: ex quibus colligitur regula, quod præambula protestatio maximè in conclusione scripturæ, vt in casu nostro, declarat, & saluat intentionem protestantis, vt

7 talis quietatio, & liberatio intelligatur iuxta petita, & non vltra. Et in specie, quod conclusio libelli sit attendenda, vt i ea, quæ limitat, & declarat omnia, dicit *Butr. in cap. fin. 5. notab. de iudicijs*, idemq; *in cap. ex parte nu 9.* & ibi *Abbas nu. 3. de foro competenti, gl. in cap. prædicator ver. immo*

Z 3 16.

16 q. 1. *Alex. consil.* 118. *in princip. lib.* 2. Quibus addo *tex. in l. si ex pluribus ff. de solu. l. legatorũ §. 1. ff. de leg.* 2. quos ita summat *Bar. clausula generalis restringitur ad specificata tantum*
8 *si hoc fieri potest, salua ratione recti sermonis*, & idem scribit *in l. Aurelius §. Gaius nu.* 10. *ff. de lib. lega.* quod optimè quadrat facto nostro, vbi ratio præcedentis protestationis coarctat generalem liberationẽ ad quantitatẽ solutã tantũ, consonat *singul. tex. in l. quoties C. famil. herci.* quem ita summat *Bar. clausula generalis sequens determinatur per specialem clausulã præcedentem*; cum cæteris, quæ scripsi-
9 mus *conf.* 57. *n.* 9. consonat *tex. in l. doli clausula* vbi latè *gl. & DD. ff. de ver. obl.*

Et in proprioribus terminis est *tex. in l. si de certa C. de transa.* quẽ ita sũmat *Bald. clausula generalis refertur ad specificata*, & ipse *tex.* per hæc verba, *si de certa re fuerit transactũ, et ita dictum, nihil amplius peti posse, etsi non sit additum eo nomine, de coeteris integra permanet actio*, quid clarius, quid euidentius, quid facto nostro congruentius?

10 Neq; opponatur eius *text.* dispositionem militare in trãsactione, secus autem in cœteris contractibus, prout post *glos.* consuluit *Alex. in conf.* 117. 1. *vol.* quem refert *Afft. decis.* 285. *nu.* 13. nam præterquam hoc negatur à *Bar. in dict. l. emptor §. Lutius num.* 2. *in fin.* arbitrante talem dispositionem militare in omni contractu. Dato tamen quod ita esset, meminisse oportet in casu nostro de petita quantitate duc. 600. fuisse inter partes trãsactum pro minori quantitate, in cuius solutione fuisse appositam clausulam generalis quietationis, quæ omninò venit restringenda de iure ad quantitatem solutam, & non vltra, ita vt de coeteris integra permaneat actio, *d. l. si de certa.*

11 Item verba quantumuis generalia restringuntur, vt omnis absurditas euitetur, *l. nam absurdum ff. de bon. libert. l.* 1. *§. vnde quæritur ff. de publicanis, Ias. in l. Marcellus in* 4. *notab. ff. ad trebell.* Igitur quonam pacto poterat Confessarius absoluere, & liberare hæredes de quantitatibus incertis, & nondum definitis, cum ipse Confessarius expressè dixerit, & declarauerit in præambula protestatione, quod in posterum oportuno tempore declarabit alias quantitates, sanè de
12 futuris contingentibus nulla est determinata veritas, *vulg. l. ventre ff. de acquirend. hæred.*

13 Amplius vbicunq; actus potest fieri duplici intentione, probatur intentio per iuramentum, *Bald. post glos. in l. atqui natura §. cũ me absente vers. Iuxta hoc ff. de negot. gestis*, & latius per *Iaco. de Aretio*. In his enim, quæ pendẽt ab animo statur asserrioni cũ iuramẽto, *glos in §. aliæ Instit. de actionibus*, vbi post *Ias. n.* 88. & alios latissimè scripsi, *Bar. in l. Celsus* 2. *col. ff. de vsucap.* idem *in l. gerit, & in l. is potest ff. de acq. hær.* sufficit ergo quod Cõfessarius hoc declaret cum iuramento, cui omnino de iure parendum, vt infra.

Quod autem quietatio non sit finalis, sed pro parte, constat etiam, quia in ea quietatione non datur legatum pro casso, & nullo, vt communiter fieri solet. Si igitur legatum remanet in sui robore pro cæteris quã-
14 titatibus, quid vlterius dubitamus, quod non tollitur cur stare prohibetur? *l. sancimus in princip.* vbi *DD. C. de testamentis.* Scimus tamen hoc de communi iure nõ esse necessariũ; sufficit enim simplex, & generalis quietatio. Verumtamen de cõmuni stylo scripturę, ac de consueta, & trita consuetudine quietationum, & liberationum, semper dantur instrumenta, &
15 legata pro cassis, nullis, & irritis, succedit iuris regula, quod consuetudo potest probare, & reprobare contrarius, *Bald. in l. per diuersas in principio C. man-*

C. mandati, arg. l. certi condictio §. si nūmos ver. quotidie, & ibi gl. ff. si certum petatur, Oldr. consl. 202. in fine, quem ad hoc refert Tiraq. de Retr. Conuen. ad finem tituli n. 151. Hinc dicimus vali-
16 dum esse argumentum à communiter accidentibus, l. in fideicommissi ff. de vsuris, l. si pactum in fine ibi plerumque ff. de probationibus, cap. prudentia ver. vt solet de officio delegati, gl. in l. neque natales C. de probationibus, Bald. post glos. in l. cum dotem C. de iure dotiū idemq; Bald. in Auth. habita C. ne fil. pro patre cū cœteris cumulatis per Hippol. Marsil. singul. 1. Nam ad ea, quæ frequentius accidunt ciuilia iura adaptantur, vulg. l. nam ad ea ff. de legi. Si igitur de communi stylo, & consuetudine inter nos, in finali, & omnimoda quietatione dantur instrumenta pro cassis, & nullis, conse quēs est, vtrum talis clausula in casu nostro non sit apposita, legatum remaneat in sui robore, respectu cœterarū quantitatum, iuxta petitionis libellū, in quo Confessarius petijt duc. 600. in partem, salua facultate petendi reliquas quantitates suo loco, & tēpore. Parum enim refert eam clausulam de communi iure non esse necessariam, cum planè inter nos sit de communi stylo, & consuetudine; Quoniam, quæ in oppido frequenter seruata sunt attendi debent, verba sūt Imp. in l. 2. C. de ædifi priua. faciunt dicta per Iul. Cæs. Galluppum in suo Luculento Methodo feudali par. 1. cap. 6. n. 56. constat enim per longam consue-
17 tudinem vinci legem, vt inquit Bald. in cap. 1. de natura feudi, est tex. in l. itē vbi Accur. ff. quod cuiu. vni. nom. per DD. in l. 1. C. quæ sit longa consuetudo, l. diuturna cōsuetudo cum seq l. minimè ff. de legibus, cum cœteris, quæ congessimus supra consil. 1. nu. 21.
18 Eatenus vt longa consuetudo liget etiam Principem, potentior enim est Natura, quām Principatus, Andr. Iser. in rub. de consuet. recti feudi, Bald. in cap. 1. de natura feudi, idem in cap. 1. §. & quia, de his qui feudum dare poss. nimirum consuetudo est altera natura Bald. in Auth. omnes peregrini C. comm. de success. Tiraq de retr conue. §. 1. gl. 2. nu. 5. Andreas in Prooemio Const. Regni quem referr, & sequitur Afft. in prælud earumdem Const. q. 6. nu. 4. Vt merito ante omnia sit spectāda cōsuetudo, quæ cætera vincit, d. l. si seruus plurium §. fin. de legatis 1. Vsque adeò vt vel etiam peruetusta erroris consue-
19 tudo sit toleranda, nec quicquam contra eam sit præsumendum, singularis tex. in l. iusto ff. de vsucapionionibus, ad hæc tex. in l. finali ff. de aqua plu. arce. quem solennem, semperque memorabilem exclamat Iason. in l. quominus nu. 44. ff. de fluminibus, quibus addo mirabilē textum in l. venditor §. si constat ff commun. prædi. vbi sustine-
20 tur vetus consuetudo contra ipsum Ius gentium. Si igitur ei liberationi, & quietationi, tametsi generali obstat communis stylus, & consuetudo, de ea non est habenda ratio, sed audiendus est Confessarius in cœteris per eum petitis, seruata forma protestationis, quæ quidem protestatio saluat, & conseruat ius, d. l. si debitor §. 1. ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. d. l. at si. quis §. interdum in fi. ff. de rel. & sumpt. funer.
21 Et in terminis, quod Confessarij dicto sit standum dicit Couarr. in cap. cum tibi nu. 23. de testamentis, Nauarr. lib 3. consl. 16. de testamentis edi. 2. quem refert, & sequitur Layman. lib. 3. tract. 5. de pactis cap. 11 nu. 15. in sua morali Theologia Tit. de Iustitia, & Iure, per hæc verba vbi testator voluntatem suā declarauerit, quod velit quædam ad pias caussas erogari sicut Confessario mandauit, semper Confessarij dicto standū, dummodo verisimile sit, & non irrationabile. Quod benè procedit in facto nostro, ex his, quæ superius latè demonstrauimus. Maximè verò in nostro Confessatio genere, doctrina, &

& religione præstantissimo.

22 Quibus addebat insignis Theologus, & Iurisconsultus *D. Thomas del Bene Cl. Regul.* quod quamuis regulariter non liceat cuiquam dictum suum retractare, & propriam allegare turpitudinem, *l. creditoribus*, vbi latè *Accurs. ver. non debet C. de seruo pignori dato*, latè *Bar. in l. ius iurandum §. pater ff. de iure iurando*, hoc tamen fallit, nisi fiat ob caussam necessariam ad animæ salutem, item fauore Ecclesię, & Reipublicæ, maximè vero vbi agitur de tertij præiudicio, vt in facto nostro, ita *Layman. de iustitia, & iure lib. 3. tra. 4. de Pactis cap.* 10 post *n.* 4. qui ad hoc allegat *Abbatem in cap. si quis, de rebus Eccl. non alie.* adde eundē *Abb. in cap. cum super nu. 9. de concess. præb. Nauarr. lib. 1. de rescript. edi.* 2. faciunt dicta per *Santorell. tract. de Hæres. cap. 38. dub. vnico nu.* 12. *Couar. lib. 2. variarum resolut. cap.* 13. *Paris. consil. 2. lib. 4. nu.* 78. *Mascard. de probationibus volum. 2. concl.* 858. Itaque posito quod Confessarius in ea simplici, & indefinita quietatione, & liberatione sibi præiudicauerit ex inconsideratione, vel simplicitate, siue ob iuris ignorantiam, potēst tamen pro indemnitate defuncti, & aliorū, quorum interest dictum suum tetractare, & proprium errorem allegare, quod sanè intelligas in assertione verisimili, & à ratione non aliena prout in facto nostro, secus vero in assertione inuerisimili, seu suspecta, ex his, quæ supra latè probauimus.

Nec quicquam facit quod testator legauerit pro negotio perficiendo, quodque non liceat pro pluribus ne-

23 gotijs petere. Id enim negotium plures potest habere partes, pluraq; membra, quasi plura negotia, quæ

24 omnia vnum complent negotium *arg. l. 2. & l. grege ff. de leg.* 2. Potest inquam commissum negotium habere plures partes integrales, quæ tamen vnum constant negotium, *arg. l. libro-*

25 *rum §. 1. ff. de leg.* 3. quo quidem casu appellatione negotij, plura quidem negotia continentur, & perinde habetur, ac si testator plura, singulaque negotia demandasset, *l. si chorus ff. de leg. 3.* vbi latè *glos. & DD. l. proinde si seruum ff. ad le. Aquil.* Ad hæc audiamus Celsum Iurisconf. *in l. in vsu iuris ff. de verb. signifi. In vsu iuris frequenter vti nos Cassellius ait singulari appellatione, cum plura eiusdem generis significare vellemus &c.* Itaque negotium pro negotijs, homo pro hominibus, hæres pro hæredibus, numus pro numis &c. vt in eo *textu*, cōsonat *tex. in l. cum affirmes in princ. vbi gl. C. de lib. cau. Afflí. in Constit. Super incisionibus nu.* 5. Quibus illud videtur congrue-

26 re. In fauorabilibus, vt in casu nostro, verba potius in genere, quàm in specie esse accipienda, *Abb. in cap. Rodulphus* post *nu. 3. vers. & ex hoc tenementi, de rescript. Alex. conf.* 248. *Ponderatis circa fin. lib.* 6. Quinimo vbi agitur de fauote animæ, vt in facto nostro, fit extēsio, vel etiam in odiosis *glos. notab. in cap. sciant cuncti, ver. alios de electione in* 6. *Io. Andr. in cap. ex te-*

27 *nore qui fil. sint, leg.* Quo fit, vt testator committendo negotium, videatur cōmisisse omnia ad negotiū spectantia, accessoria, & necessaria, imo cōringētia, & congruentia, *l. si procur. indebitam vbi gl. in ver. videri ff. de cond. ind. l. oratio* vbi *Bald. ff. de sponsal. Dec. conj.* 502. etiam ex trita iutis regula quod, qui vult consequens, vult suum necessarium antecedens, & è contra, *l. ad rem mobilem cum seq.* vbi latè *Accur. ff de procurato. l. 2. ff. de iurisd. omn. iudi. l. si venditor ff. de religio. & sumpt. fune. l. seruū §. fin. ff. de leg.* 1. ad quod faciunt, quæ scripsimus *conf. 23. nu. 7. cum seq.* connexorū inquam idem est iudiciū, *l. quid ergo §. iudicio ff. de contr. act. tu. Bar. in l. lutius 2. §. Paulus ff. de adm. tutor.* & latius more suo *Hippol. Mars. in suo singu.* 251. idemq; in *Rub. de fideius. nu.* 187. *cum seq.*

sequ. Quæ omnia ex simplici Confessarij nutu dependent, cui omnino parendum, alioquin Sacramenti arcana reuelarentur, prout latius *sup. nu.* 21.

28 Minus obstat, quod testator legando dixerit, quod vidua mater, & tutrix eius filiorum possit soluere quicquid Confessarius dixerit, & declarauerit necessarium pro negotio eidem commisso, quasi ea verba *possit soluere* essent potestatiua, quæ necessitatem nõ inducant *l. sæpe ff. de off. præf. arg. l. non quicquid ff. de iudicijs*, siquidem argumentum retorquetur ex his, quæ testator subiunxit, reddens rationem eius dicti, per hæc verba, *acciocbe detta tutrice non sia tenuta à darne conto, &c.* per quæ verba præcisa testatoris voluntas, & tutricis soluendi necessitas declarantur. Sanè sciebat testator esse necessariam notabilem quantitatem ad negotium peragendum, ideoq; operæpretium videbatur præcauere non tam saluti suæ conscientiæ, quàm tutricis indemnitati, quasi dixisset, & mandasset, quod tutrix protinus, ac promptius solueret, & erogaret, vel etiam maximam pecuniarum quantitatem absq; scrupulo, & periculo. Verbum autem *posse* in facto nostro necessitatem importat, *tex. est in l.* 1. ibi *dare potest*, vbi Accursius per hæc verba. *Potest, & necesse habet ff. de iurisdict. omnium Iudic.* Quod eatenus verum est, vt vel etiam si testator talem caussam non expressisset, adhuc ea subaudiretur, quoties enim vnica tantum ratio reddi potest, vt in casu nostro, illa pro expressa habetur, *Glos. & ibi DD. in l. quamuis C. de fideicommissis*, facit *glos. vltima in l. tale pactum in fin. ff de pa-*

29 *ctis.* Alioquin dispositio esset frustratoria, posset enim tutrix negare, & testator inutiliter disposuisset, quod nõ est præsumendum, *Textus est in l. Titia* 1. *§. Lutius ff. de legatis* 2. ibi *non sic interpretanda scriptura, vt inutilis fiat, l. si quãdo ff. de legatis* 1. ibi *alioquin frustra legasset*, ad hæc *text. in l. scire oportet §. aliud*, vbi *Nicolaus noster de Neapoli ff. de excusationibus tutorum, cum similibus*, & latius dixi *Fest. Lect. lib.* 3. *c.* 9. Maximè verò in facto nostro, in quo fauore animæ latissima facienda est interpretatio, immò, & extensio, & ampliatio, iuribus superius allegatis.

30 Denique meminisse oportet in dubio pro caussa pia, pro religione, pro anima, & pro exoneratione consciẽtiæ esse decernendum, *l. sunt persona in fine ff. relig. & sumpt. funerum, l. Titia §. Seia*, vbi *Bartol. & DD.* post *glos. ff. de auro, & argento legato*, latè *D. de Ponte cons. vlt. in vlt. verbis*, faciunt dicta per *Ioan. Andr. in cap. ex tenore extra qui fil. sint legi*, & in proprijs terminis *Abbas in cap. indicante num.* 6. *de testamentis*, idemq; *in cap. ex parte in princ. de censibus*, & diximus supra *cons.* 59. *in fine*.

FINIS.

OMISSORVM PARERGON.

Fo.29.nu.42.ante verf.Cur Aduocati. Adde.

Quanto autem facratiffima iura, piofq; Principes ab auaritia, fifcalibufq; extorfionibus abhorreant, docent *textus in l.fi.§.fi plures ff.de bo.damn l.illicitas §.fi ff.de offi.Præfidis,l.non puto ff.de iure fifci,l.conftitutionibus ff: ad municip. l.1.circa medium verf.nanq; C.de fecu.nupt. l vn in fi. verf tantum C.de cadu.toll.§.confiderauimus Auth.vt Iudi.fine quo.fuffra.totufq;tit.C poenis fifcal.credito.præferri lib 10.Bal.conf 310.lib.5. Bar in l poft contractũ ff.de donationibus Alex.in conf.86.in fi.lib.1. Barbatia in clem.ne Romani de elect.* Quibus monemur, fummos Cæfares ad morum correctionem, non ad fifci rationem refpicere, vnde merito præferri vniuerfalem populorum vtilitatem priuatæ Imperatoriæ commoditati, eofdemque malle quæftum Imperio, quã incrementum fubiectis imminui, ampliariq; Imperium hominum adiectione, & felicitate, quàm pecuniarum copia, Ideoq; (difcant Principes) contra Fifcum in dubijs quæftionibus facilè refpondendum, benigniotemque opinionem eam haberi, quæ militet contra Fifcum.

Fo. 46. poft nu.5. ouis, & ouicula dictus eft. Adde.

Alfonfus Tertius, & Quartus Arag. Reges ob infignem in populos pietatẽ, alter benignus, alter beneficus nuncupati funt, nimirum Pietas virtutum omnium eft fundamentum, tefte *Cic. pro Planc.* Antoninus ille &c.

Fo.50.nu.17.in fin. Adde.

Neq; obftat quod pecunia fit quid mobile, imo & mobiliffimum, & per confequens mobilium, & fupellectilium appellatione contineatur, nam & libri, vt iam diximus non veniũt. Itemque animalia, quæ à fui mobilitate fe mouentia nuncupantur, non ideo mobilium, & fupellectilium appellatione continentur *l. 2. ff.de fupel. legata, l. fi mancipia ver. cedere ff. de fundo inftr.* In his enim rei conditio, & communis vfus loquendi attenditur.

Fo.71.nu.2. Meno.de præf.lib.6.cap. 15 Adde.

Arg.l.1.in fin.C.de off.præf. vrbis, l. decernimus in fi.C. de Ep. & Cler. l. defenfiones 2. vbi gl C de defe. ciuit. l. à nullo in fi. C de fer. cum cœteris allegatus infra *conf.18.*

Fo.72.nu.4.in fi.l.ciues vbi glo. & DD.C. de inco. lib.10. Adde.

Affl. in proprijs terminis in Conft. Regni Intẽtionis noftræ de illi.porta.armo.n.30.

Fo.78.poft nu.6. Affl.decif.384. Adde

Quod porrige ad beftias, vigente ftatuto quod de quolibet boue orto in villa, foluatur gabella, eo .n. cafu fi villicus extra territorium ducat animal patiturum, propediẽ in villam reuerfurus, foluet nihilominus gabellam. *Corfet.in fuis fingul ver.ftatuto cauetur* cum cæteris per eum cumulatis.

Fo.78.poft nu 8 Scriba Petito. Adde

Et quemadmodum modica mora, feu breuis habitatio non tribuit priuilegium, ita non irrogat pœnam, Bannitus enim, qui fub pœna capitis non poteft accedere ad locum, fi per accidens acceflerit, & per modicum tempus in ofpitio manferit, non incidit in pœnam, *Nellus in Tract.Bannit. p. 1.2.temp.q.88. Anchar.conf.* 74. quos refert, & fequitur *Hippol. in Rub. de fide-*

*fideiuss.nu.*374. Non secus, ac carceratus aufugiens, si intra breue temporis spatium reuertatur, non dicitur aufugisse, *Bal.in l.1.C.de edil. edi.idemque in l.1.C.de seru.fugit.* cum cæteris cumulatis per *Hippol loco citato,arg. l. 2.S.desertor ff de re militari.* Accedens enim breui discessurus, non dicitur accessisse, quemadmodum discedens breui reuersurus non dicitur discessisse, *arg. l. non omnes vers. item temporis ff.de re milita.* Hæc quoad ortos, &c.

Fo.85.nu.4.ex traditis per Det. cons. 6. Adde.

Ant Fab.decis.4.de prob. Ric. collect. 220. Maximè *&c.*

Fo. 87 nu. 15. in fi.

Et quemadmodum paria sunt esse, quem mortuum, vel moribundum, aut de salute desperatum, vt iam diximus, ita paria sunt non esse natum, vel ita natum, vt non possit viuere, puta ortum in 6. vel 8. mense, qui non rumpit testamentum, ac si natus non esset, *l. septimo mense*, vbi post alios latissimè scripsi *ff.de statu hom.per Boer.dec.220.* Item promercalia &c.

Fo.87 nu 16.per tex.in l.eum qui S. melior autem conditio ff. de in diem adie. Adde.

L.solidum ff de solu. Plus enim dicitur, vel etiam tempore *l. ait prætor S. si cum in diem vbi gl & DD. ff. de his, quæ in frau credito.*

Fo.87 nu.18.in vlt.verbis. Adde.

Est *tex.in l.1.vers.eaq.materia ff.de contr. empt.* vbi in bona, & proba pecuniaria exiguntur, nimirum forma publica percussa, & vsus non tam ex substantia, quàm ex quantitate. Quis igitur &c.

Fo.96.post n.24. prout hodie experimur. *Adde.*

Ex traditis per *D.Reg.Tapiam ad Pragm. de off.Baiuli.* Quo vero &c.

Fo.100.post nu.4. At in casu nostro *&c. Lege.*

Quod autem in facto nostro nullum versetur delictum, & per consequens non sit de iure procedendum patet, quoniam, ea verba, &c.

Fo.103 nu.13.in fi. Affl.in Const.Regni Dilationes nu 8.

Quibus adde, quæ notabiliter scribit *Carani. super Ritu. 165. num. 35. 36.* iuribus per ipsum allegatis, quæ huc transcribe.

Fo.108.post nu.3. l.diuortio S. si fundum ff.sol.matr. Adde.

Facit *tex.in l.si ita S.1.ff. de vsu, & habi.* ibi *per Saltuarium, vel Insularium* cum cæteris, quæ scripsimus *cons. 31. num.29.*

Fo.125.nu.28.in fi.l.fi.vbi DD.C. de iure emph. Adde.

Ad hæc *notab. tex. in l. si ita S. dominus proprietatis ff.de vsu, & habit,* vbi licet directo domino per Saltuarium, vel Insulariũ ædes custodire, *Bal. in Auth. nunc si hæres C.de litigi. Capy. decis. 27. in princ. & nu.27. Frecc.de subfe.lib. 3. Aucto.12.* quæ adde ad *cons.26.n.3.*

Fo.128.nu.8.Tiraq. de Retr. ligna. S.1.gl. 9.nu.267. Adde.

Quæ latè scripsimus in *cons.61.n.1. & 2.*

Fo.133.nu.2.in fi. Adde.

Imò admitti, vel etiam libellum incertum, quoties est aliquod probabile iuris dubium, dicit *Socc.in c.2. de libel. obla.* cum cæteris eo congestis.

Fo.133.nu.4. Anna singu.312. Adde.

Hinc *Bald.in l. 1. Cod. de sent. quæ pro eo quod inte.* scribit, quod quando non petita sunt talia, quæ procedunt ab eodem fonte cum petitis, potest pronũciari, ac si petita essent, *arg. tex in l. contra negantem C.ad le. aqui.* vbi idẽ *Bal.*

Bal. Quo fit, vt si agā ex mutuo, & probem ex commodato possit ferri sententia super commodato, *arg. l. bona §. aliquando ff. de edil. edi. Bal. in l. 1, C. de vsufr.*

Fo. 134. nu. 9. in fi. Adde.

Quæ inquam clausula operatur, vt si ex facti narratione possint elici plures actiones, quarum vna sit apta, licet conclusio fiat super ineptis, sustineatur libellus, *Ab. in cap. cum dilectus de ord. cogn.* Quinimo per eam clausulam poterit Iudex impartiri officium suum vel etiam super non expressis, & non petitis, idem *Ab. in cap. fi. in fin. de iure iura.*

Fo. 134. nu. 10. in fi. Adde.

Princeps inquam, siue eius Concistorium iudicat attenta rei veritate, præter, & vltra contenta in libello, *Specul. de Act. & petitio §. superest ver. sed nunquid, Bar. in l. Emilius ff. de minor. Butr. in cap. licet Heli de Simo.* & ita decisum testatur *Capy. decis. 10. nu. 21. cum seq.*

Fo. 149. post num. 6. vbi agitur de prohibitione alienandi extra familiam. *Adde.*

Dec. cons. 357.

Fo. 201. in fi. num. 46. non fit præpediendus. *Adde.*

Faciunt, quæ scripsimus *sup. nu. 19.* de proscripto, & relegato, qui licet viuēs non possit esse, & morari in loco, mortuus tamen ab eo non arcebitur. Vnde sumas regulam quod quę viuētibus ratione loci incongruunt, mortuis quàm facillimè conceduntur.

Fo. 228. nu. 20. in fi. Adde.

D. Gizzarel. decis. 4. vbi Addentes.

Fo. 233. post nu. 16. l. 2. circa medium C. de in ius voca. Adde.

Hinc prudentes Arpinates gaudentes non tam Sagatis, quàm Togatis Ciuibus, nimirum C. illo Mario septies Consule, & Ma. T. Cicerone, non Marij licet aliquantum antiquioris, sed Ciceronis nomen extulerunt, & adhuc pro Insignibus deferunt, nempe tres illas literas M. T. C. Quod vel ipsi celsissimi Cæsares &c.





SVMMARIVM.

1 *Tria Capitula Regia in Regno Neap. per quæ cohibentur spolia.*
Quæ capitula vigent apud Hispanos, Gallos &c. Et quare.
2 *Ex spolio sacelli, & sepulchri tota Ciuitas Neap. commota est.*
3 *Sepulchri violati publica, & popularis est actio.*
Idq; ob criminis enormitatem.
4 *Iacobi Patritij Neap. strenui Militis sepulchrum, eiusque notab. sententia.*
5 *Contra Coenobitas, Templorumq; Præfectos sepulchra deuastantes.*
6 *Interest non tam mortuorum, quàm viuẽtium integra habere sepulchra.*
7 *Decretum Sacri Reg. Conc. Neap. per quod Regale præsidium contra Coenobitas spoliantes impartitur.*
8 *Et an tale præsidium extendatur ad executionẽ transactionis inde secutę.*
9 *Caussæ continentia non est diuidenda.*
10 *Connexorum idem est iudicium.*
11 *Iudicij cõnexitas ampliat Iurisdictionem, vel etiam respectu iuris exorbitantis. Exempla subnectuntur.*
12 *Subrogatum sequitur naturam eius, in cuius locum subrogatur:*
13 *Quod procedit in rei creatione, militat in subrogatione, & quare.*
14 *Amplia etiam in correctorijs, & poenalibus.*
15 *Ac etiam si subrogatum in aliqua discrepet.*
16 *Quæ veniunt in consequentiam executionis cognoscuntur ab eodem Iudice.*
Cui mandantur præcedentia, & consequentia mandata videntur.
17 *Effectus resultans in consequentiam regulam non lædit.*
18 *Accessorium sequitur principale.*
Iudex Laicus in caussa competens, est etiam competens in omnibus, quæ caussæ accedunt.
19 *Caussæ, & caussati idem est iudicium.*
Quicquid est caussa caussæ est caussa caussati.
Idem iudicamus de caussa causante effectum, quod de ipso effectu.
Qui habet potestatem super caussa, habet etiam super causatis.
20 *Si non seruetur substantiale pactum, ob quod motus est contrahens ad contrahendum, adeo quod alioquin non cõtraxisset, rescinditur quod actum est, & fit regressus ad prima iura.*
21 *In dubio sub eodem Iudice est agendũ.*
22 *Remissio ad eundem Iudicem est fauorabilis, ideoq; facilè concedenda.*

CONS. LXV.

Pro Marchione Villa.

ARGVMENTVM.

Spoliatus à Clerico, vel Ecclesiastica persona, siue Laicus, siue Clericus, vel etiam sacellis, & sepulchris restituitur in Regno Neap. manu Regia, extraiudicialiter tamen, ex officio naturalis æquitatis. Quæ quidem lex æquè viget apud Hispanos, & Gallos. Et ad hæc Decretum Sac. Reg. Conc. Neap. per quod spoliato gentilitijs sacellis fuit præstitum Regale præsidiũ virtute Capitulorum Regni. Sepulchri violati ob criminis immanitatem publica est vindicta. Admonitio ad Cœnobitas, Templorumq; Præfectos, ne sacella, & sepulchra quicquam audeant violare, aut distrahere.

Intereſt non tam viuentium, quàm defúctorum, vel etiam ad animarum ſalutem ſacella, ſepulchraq; integra habere. Hinc ſumpta occaſione examinatur quæſtio, an ratione connexorum idem ſit iudicium, fiatq; extenſio iuriſdictionis, adeo vt Iudex Laicus, qui fuit competens in principali iudicio, ſit etiam in annexis, & connexis, ſubrogatis, acceſſorijs, conſequentibus, emergentibus, dependẽtibus, & cauſatis. Et quid in exorbitantibus. Deniq; vbi non ſeruetur pactum in contractu, ſeu tranſactione appoſitum, an, & quando ſit regreſſus ad primæua iura, & ad eundem Iudicem.

1 IN hoc Regno Neapolitano habemus tria Capitula Regia, per quæ ad pacis, & iuſtitiæ cuſtodiam cohibentur ſpolia, ſpoliatus enim ſiue Laicus, ſiue Clericus ab alio Clerico, ſiue Eccleſiaſtica perſona tuetur, & reſtituitur à Rege, non per modum ordinatiæ iuriſdictionis, ſed extraiudicialiter, ex officio naturalis æquitatis, de quibus *Afflict. in deciſ.* 24. idemq; *in Conſtitut. Regni de Burgenſaticis in princip.* alioquin Regnũ rapinis, & direptionibus ſubuerteretur, *arg. cap fortitudo, & cap. non inferenda* 13. *qu.* 3. quæ lex viget apud Hiſpanos, *Couar. Pract. quæſt. cap.* 35. itẽq; apud Gallos, *Boer. dec.* 69. *Guido Papa qu.* 1. Modo contigit, vt Marchio Villæ fuerit de facto ſpoliatus à Fratribus cuiuſdam Cœnobij de Ciuit. Neapol. duobus eius vetuſtis ſacellis, & ſepulchris per eum, eiuſq; maiores legitimè poſſeſſis, quæ vna cũ ſepulchris familiæ Capiciæ Apranæ per Fratres Monaſterij de facto fuerunt demolita, & eiecta, & locus

2 alijs conceſſus. Quare tota Neapol. Ciuitas commota eſt, adeò vt congregatæ quinque Plateæ Nobilium, & ſexta Popularium conſtituerint ſingulæ ſuos Deputatos ad ſupplicandum Regi, Regniq; Vicario pro opportuno remedio in caſu tam ini-

3 qui ſpolij; nimirum ſepulchri violati publica, & popularis eſt actio *l. pro hærede §. fin. ff. de acquirenda hæred. l.* 3. *§.* 1. *& vlt. & l. de ſepulchro ff. de ſepul. vio. Salic. in l. ſepulchra, C. eod. tit. Menoch. arb. Iudi. lib.* 2. *Cent.* 4. *caſu* 387. *nu.* 10. Quid enim (Deus immortalis) crudelius, quid enormius, quàm ſepulchra (mortuorum domus, vt ità dixerim) deturbare? quod latius proſequimur *Feſtiu. Lect. lib.* 1. *c.* 5. Quare inter atrociora crimina enumerat *Imp.* ſepulchrorũ violationem, *l. conſenſu C. de repud. §. mitiores verſ. ſi igitur, & verſ. rurſus Auth. de Nupt. id,* quod innuimus ſupra *cõſ.* 49.

4 Nec immeritò Iacobus ille vir patritius depredationes haſce reformidãs in eius ſepulchro ità canit. *Quiſquis es hoc te ſepultus rogat ſua ne moueas, neq; inquietes oſſa, vt qui viuus nunquam quieuit, ſaltem quieſcat mortuus)* prænouerat bonus ille Miles loci vitiũ,

5 reiq; periculum. Inuehit *Freccia* noſter contra iſtiuſmodi Cœnobitas, templorumq; Præfectos ſacella, ſepulchraq; deuaſtantes *lib.* 2. *Feudo. Auctoritate* 47. poſt *Bart. in l qui liberalitate §. nec eius nomine ff. de ope.*

6 *pub.* Intereſt autem non tam mortuorum, quàm viuentium, vel etiam ad animarum ſalutem ſacella, ſepulchraq; integra habere, id, quod *D. Gregorius* nos docuit *in cap. cũ grauia* 13. *qu.* 2. His ità ſe habentibus per Marchionem fuit habitus recurſus

ad

ad Regni Vicarium, per quem fuit caussa delegata Sacr. Regio Conc. quod seruata forma Capitulorum Regni iustitiam faciat. Expedita proinde citatione per edictum, seù proclama contra interesse prætendêtes, datoque termino, comparuerunt Fratres facientes se volūtarios actores, constitoq; de spolio fuit per Sac.
7 Reg. Conc. decretum, esse locum remedio Capitulorum Regni, ideoque præstandum Ill. Marchioni Regale præsidium. Fratres noscentes, & confitentes spolium deuenerūt ad transactionem, cedêtes Marchioni quoddam aliud sacellum, verum respectu alterius sacelli fuit conuentum, vt appretietur per expertos ab ipsis partibus eligendos, & pretium statim soluatur. Quare pro executione trāsactionis fuit instatum in Sacr. Reg. Conc. & penès acta caussæ, quod Fratres eligant expertum ad finem ap-
8 pretiandi. Opponitur per Fratres fori declinatoria ad suum Iudicem Ecclesiasticum, ex quo nouum iudiciū, & per consequens coram Iudice conuentorum esse agendum. Ad quod replicabam non iure Fori declinatoriam opponi.
9 Primo, quia hęc est quędam caussæ continentia, quæ non est de iure diuidenda, *arg. l. vbi coeptum ff. de Iudi. l. nulli C. eod. tit. c. fin. de rescriptis, Afflict. decis.* 354. *nu.* 5.
10 Secundo, quia connexorum idem est iudicium, *l. proinde si seruum ff. ad l. Aquiliam, l. Lutius* 2. §. *Paulus vbi Bart. ff. de administr. tutor. l. quid ergo* §. *sufficit ff. de contr. act. tute. Glos. in c. cum singula de praebendis in* 6. cōtocia *in cap. quia intantum extra eodem Alex. in l. precipimus C. de appellationibus*, idemq; *cons.* 196. *lib.* 2. *& cons.* 122. *lib.* 4. *Bald. in l.* 2. §. *sed vtrum in fin. ff. de mino. Castrens. cons.* 28. *Aret. cons.* 29. *Ioannes Andr. in cap.* 1. *de iure patronatus lib.* 6. *Felin. in cap.* 1. *de praescript.* idemq; *in cap. super literis de rescriptis*, vbi in specie concludit, quod iudicij connexitas ampliat iurisdi-
11 ctionem. Immo quod ratione connexitatis extendatur, vel etiam ius exorbitans, dicit *Andr. Barba. in cap. P. & G.* vbi etiam *Abbas de off. delegati* cum cœteris abundè congestis per *Hippol. in suo singulari* 251. post *Afflict.* in proprijs terminis *dec.* 227. Connexorum inquam idem est iudicium, *Afflict. decis.* 313. *n.* 3. cum cœteris eo cumulatis, & latius per *Hippol. loco cit.* Hinc fit vt si Clericus malè rescisserit instrumentum contra Laicum, soluet pœnam, quam debitor Laicus soluere debuisset, ad quā cogetur per Iudicem Laicum, quia res transit cum suis accidentibus, & adminiculis, *Bald. in l de quibus q.* 7. *ff. de legibus, & in l. contra* §. *fin. ff. de pactis, & in l.* 1. *q.* 6. *C. de contrah. empt.* idemq; *consil.* 227. *nu.* 4 *lib.* 1. *arg. l. in venditione ff. de actionibus empti, Decius in cap. nouit num.* 16. *de Iudicijs*. Hinc etiam quod Clericus succumbens coram Iudice Laico condemnabitur ab eodem ad expensas, *Innoc. & Felin. in cap. at si Clerici colum. na* 6. *in fin. de Iudicijs*, quos omnes refert, & sequitur *Carauita in Ritu M. C.* 166. *nu.* 35. *cum seq.* Quod pari ratione intellige de Laico Clericum conueniente coram Iudice Ecclesiastico, vt amplietur iurisdictio Ecclesiastica, *arg. cap. in Iudicijs de re iudicata in* 6.
12 Tertio, quia tale pretium subrogatur in locum spolij, subrogatum autē sequitur naturam eius, in cuius locum subrogatur, *l. eum quem* §. *iniuriarum*, vbi latè *DD. ff. si quis cautio. cap. Ecclesia* 1. *extra vt lite pendente,*
13 *Cl.* 1. *de suppl. negli. Prælat.* Ideoque quod procedit in rei creatione militat in subrogatione, videtur enim subrogatum à principio inesse, *Bald. in l. data opera C. qui accus. non possunt*, faciunt dicta per *Andream de Isern. in cap.* 1. §. *fin. nu.* 24. *de Capit. Conrad.*

& nouissimè per *Surdum decis.306.n.*
14 5. Id quod militat, vel etiam in pœnalibus, & correctorijs, *Surdus decis.*
15 35.*nu.9.*post *Euera.loco* 93. Quinimmò obtinet, vel etiam si subrogatum in aliquo discrepet, *Castrens. cons.* 73. *&* 275.*in fin.lib.4. Iason. in d. §. iniuriarum, Decius cons.*190.*&* 543.
16 Quarto, quia, quæ veniunt in consequentiam executionis cognoscuntur ab eodem Iudice, *Castr. in l. venditor* ex eo textu *ff. de Iudicijs*, cui enim mandantur præcedentia, & consequentia videntur demandata, *l. si procurator in 1. resp. l. indebitum*, vbi latè *Accur. in ver. videri ff. de coud. indeb.* & è contra, *l. oratio ff. de sponsal.* & in specie, quod possit Iudex secularis cogere Monasterium per viam executionis, & in consequentiam realis præsidij præstiti, dicit *Bald. in l. acceptam 1. colum. in fin. C. de vsuris*, idem *Bald. & Iason. in l. si fideiussor §. si satisdatum ff. qui satisda. coga.* quos in proprijs terminis refert, & sequi-
17 tur *Afflict. dec.*24.*n.* 3. Effectus enim resultans in consequentiam, regulam non lædit, *l. si is, qui duos ff. de libe. lega. l. 1. ff. de aucto. tuto. cum similibus*, ad quod pertinet, quæ scripsimus *consil.*23.
18 Quinto, quia tale iudicium videtur accessorium ad principale iudicium spolij, cuius quidem accessorij caussa fit de iure extensio, & ampliatio, *cap. prudentiam in fin. ff. de offic. delegati*. Hinc Iudex Laicus, qui in caussa sit competens, erit item competens in omnibus, quæ caussæ accedunt, vel etiam si ea videantur maiora, vt latius diximus dicto *cons.* 23.*nu.*14.*&* 15. Quibus adde *Felin. in d. cap. super literis de rescriptis, Abbas cons.*18.*n.*7.*lib.*2. qui ad hoc allegat *tex. in cap. de prudentia de dote post diuo. resti.* & latius per *Hippol. in Rubrica de fideiussoribus nu.*187. *cum sequentibus*, optimè *Freccia de subfeud. lib.2.q.20.nu.4.*
19 Sexto, hoc pretij iudicium est vtique caussatum à principali iudicio spolij, caussæ autem, & caussati idem est iudicium, *l. quominus, ff. de flumin. Castrens. in l. maritus* ex eo *text. C. de procuratoribus*, quicquid .n. est caussa caussæ, est caussa caussati, *vulg. l. manumissiones ff. de Iustitia, & iure*, idemq; iudicamus de caussa causante effectum, quod de ipso effectu, vt latius diximus *d. conf.*23.*nu.*6. Et in specie, quod, qui habet potestatem super caussa, habeat etiam super caussato, diximus in *Repet. l. de accessionibus* ex eo *textu, ff. de diue. præscrip.* facit *text. in Auth. ingressi C. de sacros. Ecclesijs*.
20 Septimo, aiebam tunc demum Actorem à parata executione realis præsidij per transactionem abstinuisse, si pretium sacelli solueretur, alioquin non transegisset, vt ex verbis instrumenti liquet. Cœterum non sequuta pretij solutione, actor ad realis præsidij ius regressum habebit, hic est *textus in l. cum te, vbi Glos. & DD. C. de pactis inter empt. & in l. 2. C. de cond. ob causs.* per *Decium in cons.*293. faciunt dicta per *Giurb. dec. Sicula* 63. Itaque aut Sacrum Concilium coget Monasterium ad pretij solutionem; aut ad realis præsidij executionem.
21 Octauo, meminisse oportet in dubio sub eodem Iudice esse agendum *arg. cap. dispendia de rescript. lib. 6.* ibi *non ad diuersos Iudices*, & latius diximus in *Repet. l. 1. ff. de quibus reb ad eund. Iudic. eat.* optimè *Bald. in c. Imperialem, §. præterea, nu.* 12. *de probi.*
22 *feud. alien. per Feder.* vbi subdit remissionem ad eundem Iudicem esse fauorabilem, ideoq; in dubio facilè concedendam. Apud Acta Romani pro Mondel.

OPERIS
SYLLABVS

A


Bsenti an quaratur actio, Notario pro eo stipulante, & quid in non nato, & an quaratur irreuocabiliter, & quid, vbi possessio fuerit translata in donatarium 208. 5. *cum seq.*

Absentia an, & quando noceat 159. 29.

Absentia à Ciuitate *bonores patritiatus non tollit* 223.13.

Absolutoria lata in aliqua actione parit exceptionem rei iudicata, si iterum eadem actione agatur, licèt cum additione alterius superuenientis iuris 99.12.

Absurdum permittitur, vt euitetur absurdius 143.13.

Absurdum est vt ex legis obseruantia quis consequatur damnum, & ex inobseruantia lucrum 41.4.

Absurdus intellectus reijtur 128.14.

Abundantia non vitiant, si fuerint omissa, vel deleta 26?.11.

Academia Otiosorum Neap. toto orbe celeberrima 49.9.

Accessorium rescinditur, rescisso principali 10?.6.

Accessoriũ sequitur principale, etiã si fuerit maius suo principali 103.14 280. 18.

Accessorium sequitur naturam sui principalis 102.4.

Accusans testamentum cadit ab eius beneficio tanquam indignus 257.24.

Accusatus pendente accusatione, non potest esse procurator 142.4.

Acquisitum habetur de proximo acquirendum 248.5.

*Quod declara vt ibi nu.*7.

Actionis expressio non est necessaria in libello, sed sufficit narrare factum 111.4.

Actio iniuriarum non datur vilissimis personis contra nobiles, & probos viros 115.4.

Actio quantumuis libera limitatur, ne sit cum alterius infamia, & bonoris iactura 170.10.

Actor si egerit vna via, & probauerit de alia, an obtinere debeat 133.6.

Actor se fundans in aliqua scriptura tenetur eam producere 96.24.

*Actuario credendum de scriptura veritate, non testib.*100.2.

Actuario credendum, maximè si fuerit bona fama, & conditionis 260.9.

Actus in dubio tribuitur causse naturali, & necessaria 155.7.

Actus qui potest fieri duplici intentione declaratur per iuramentum 270.13.

Actus possessiuus actiuus licèt ex se non sufficiat, tamen adminiculatus sufficit 93. 2.

Actus nullus, & inutilis quandoq; parit effectum 195.14.

Actus nullus dè iure sustinet pœnam 164. 10.

Actus possessiuus actiuus non sufficit pro admissione ad ordinem, sed requiritur actus passiuus; Et in quo differant actus passiuus, & actiuus 92.

Aditio hæreditatis ex quib. probetur. Et an sit necessarium decretum praambuli 254.5.

Adiutorium Baronibus debitum pro maritanda filia an debeatur pro illa monachanda 236.2.

Admonitio in iurgantes de nobilitate, in qua Iudices de ijs caussis cognoscentes 224.19.

Adultera vxori debentur à viro necessaria alimenta 66.8.

Adulterium inducit tori separationem, dummodo sit cum concubina domi retenta 65.5.

A a 3 *Ad.*

Aduocati militant, vt iudiciorum athletæ 21.14.
Aduocati Magistratus instruunt, ibid.
Aduocati magnis Magistratibus inuidere non debent, quod stare elegerint, & sedere contempserint 20.13.
Aduocati ex Imperiali prosapia 19.6.
Aduocati domus totius Oraculum Ciuitatis ibid.
Aduocati solertia munere excitanda 139.23.
Aduocati, & procuratoris merces, Palmarium, & Honorarium dicitur 139.25.
Aduocati de consuetudine non iurant de calumnia, & contra tale iuramentum iam est præscriptum 23.20.
Aduocati omnes, pauci Doctores 143.19.
Aduocati caueant à præstituto salario 139.22.
Aduocati nostri temporis è gente Patritiorum, Procerum, & Magnatum 20.7.
Aduocatis, & Procuratoribus bonum ius fouentib. licet vti cauillis, & versutijs 28.40.
Aduocatorum munus Sanctissimũ 21.15.
Aduocatorum suprema dignitas 19. *cum seq.*
Aduocatus potest esse persona idiota 143.18.
Aduocatus an admictatur si fuerit infamis 143.16.
Aduocatus debet breuiter reassumere omnia per se dicta 96.21.
Aduocatus, caussarumq; patronus quis dicatur in iure 144.21.
Aduocatus ex solo consilio quis non dicitur 144.22.
Aduocatus, & Procurator colludentes, & præuaricantes an differant 144.23.
Aduocatus debet breuiter reassumere omnia dicta 36.21.
Adificiorum magnificentia indicat familiæ nobilitatem 156.14.
Aequitas naturalis versuto iuri præferenda 29.41.
Affectus simplex punitur eius, qui mortuos, vel sepulcra violauerit, licèt non secuto effectu. 196.20.
Agens ad damnum passum an teneatur exprimere singula bona amissa, & an parte opponente 133.2.
Aggressor primus præsumitur offensus 115.3.
Aggressor in pugnis tenetur 114.2.
Quod amplia etiam ad animalia irrationalia 115.3.
Alexander Magnus consilio magis, quã armis orbis Imperium adeptus 232.11.
Alexander Magnus plus Aristoteli preceptori, quàm Philippo patri debere fatebatur 232.11.
Alienans post litem contestatam, tenetur, ac si possideret 111.8.
Alienandi prohibitio in altima voluntate impedit dominij translationem, secus autem in contractu 150.15.18.
Aliẽnãdi prohibitio omnem distractionem, omnemq; obligationem includit 148.
Alinandi facultate à testatore præcepta, non est opus decreto ad finem alinandi rem pupillarem; 204.4.
Quod declara vt ibid.
Alienare non prohibetur vltimus ex vocatis, quia in ipso deficit fideicommissum 250.2.
Alienare probibiti, non probibentur alienare inter se 252.10.
Alienare probibitus an possit in vltima voluntate disponere 149.4.
Alienare non licet res Ecclesiæ absq; solemnitate Paulina 89.4.
Quod sanè intelligas in acquisitis, secus in acquirendis, & non dum incorporatis 89.4. *cum seq.*
Alienata re emphyteatica cum pacto de retrouendendo, an debeatur laudemium, & an, secuta retrouenditione, debeatur duplicatum laudemium 180.2.3.
Alienationis probibitio siuè caussa non obligat. Et quid inter fratres inuicem vocatos 250.
Alienatio rei pupillaris absque decreto est nulla 203.
Quod limita, & declara, si fiat pro soluendo debito paterno ibid.
Alienatione probibita extra famliam, absolutum, & reale fideicommissum est inductum, etiam si non exprimatur cauf-

caussa, vt bona conseruentur in familia 149.6.

Alienatione prohibita, est omne illud prohibitum, ex quo alienatio sequi potest 149.4.
Maximè si fiat in principio Testamenti per modum principalis dispositionis 149.5.

Alimentorum appellatione veniunt lectum & vestis 241.6.

Alimenta an debeantur coniugi notoriè concubinariæ 229.26.

Alimenta tunc demum debentur lite pendente, si constet de bono iure actoris, alioquin posset sibi quis litem confingere, vt interim, pendente iudicio alimenta arriperet 228.24.

Alimenta debentur vxori etiam si nullam dotem dederit 227.12.
Et quid, si aliunde habeat 227.13.
Et quid, non constito de iure Iudici, vt Iudici ibid.
Et quid vxori diuertenti à viro ibid.

Alimenta debentur Actori, pendente iudicio vniuersali 226.
Quemadmodum pendente iudicio super petitione hæreditatis ibid.
Item super petitione vitæ, & militiæ.
Item fratri petēti portionem paternam.
Item sorori petenti dotem.
Item pendente caussa matrimonij.
Item filio existenti in quasi possessione filiationis.
Item Monacho cum Abbate litiganti.
Item seruo, & vassallo cum Domino litigantibus.
Item Clerico, pendente iudicio super præbenda.
Ac deniq; in omni iudicio vniuersali ibid.

Alimenta pinguiora debentur viris illustribus 66 11.

Alimenta necessaria dantur per modum eleemosynæ 65.7.

Alimenta denegans dicitur necare, siue occidere 63.

Alimenta an sint restituenda, si Actor in iudicio vniuersali succubuerit 227. 10.

Alimenta debentur pauperi cum diuite litiganti 227.10.

Alimenta debentur vxori manenti in obsequio viri, & familiæ 227.14.

Alimenta an debeantur filio extra domum patris 228. 22.

Alimenta an debeantur actori in prima instantia 228.25.

Alimenta sunt præstanda pro virib. debitoris, non vltra 229.33.

Alimenta an sint præstanda vxori, vbi dos sit promissa, & non soluta 229.32.

Alimenta pro mensura dotis sunt præstanda 229.31.

Alimenta sunt præstanda à viro, etiam si nulla dos sit constituta. Et quid in socero 229.32.

Allectus ciuis an dicatur propriè ciuis 155.8.

Alphonsus Rex Arag. literas armis prætulit 233.12.

Alternatiuæ facultas per litis contestationem expirat 109.11.

Amari quàm timori præstat 174. 42. 60.

Amicitia excludit mercedem 137 9.

Amor nullus vincit paternum 243.

Andreæ Alciati fallacia argumenta refelluntur 172.25.

Andreæ Alciati in materia duelli opinio improbatur 170.8.

Animi vires corporis viribus præstant 233. 13.

Animus, non corporis assistentia facit ciuem 120.13.

Animus permanendi ex decennali habitatione præsumitur 80. 16.

Animus permanendi in loco statim tribuit priuilegium fori 78.9.

Animus, non corporis assistentia facit ciuem 78 2.

Animos refrænare perfecta est Philosophia 174.46.

Animus, non corporis assistentia facit ciuem, & constituit domicilium 159. 30. 223.14.

Antecedens respōdet suo consequenti, ideoq; qui vult antecedens, consequens non denegat 102.7.

Antiquæ domus in quarterio, seu regione sedilis arguunt ius gaudendi in eo sedile 119.7.

Antiquiori iuri res tribuenda 156.11.

OPERIS SYLLABVS.

Antiquum tempus quodnam dicatur 34.13.
Antiquum tempus in iure quod, & quale fit ignoratur 25. 30.
Apices iuris damnantur 29.41.
Apostata dicitur suspectus de proxima apostasia 249.11.
Appellare tenetur priuilegiatus ab emanata lege sibi contraria, alias priuilegium amittit 43.9.
Appellatione mobilium veniunt libri, vbi mobilia opponantur stabilibus 48.5.
Appellatione mobilium domus, non veniunt, quæ sunt extra domum 49. 12.
Appellatione vulneris non venit vulnusculum 115.10.
Appellatione mobilium domus non venit pecunia numerata 49.13.
Et quid in parua pecuuia 49.13.15.
Appellatione domus non venit domuncula 115.10.
Appellatione alimentorum veniunt lectus & vestis 24.6.
Appellatione Monachorum an veniant Clerici, & è contra 237.11.13.
Approbans actum non potest amplius illum impugnare 128.8.
Approbatum reprobari non potest 259.
Et quid in tacita approbatione ibid.
Et quid vbi ex approbatione, vel reprobatione colligatur animus calumniandi 259.3.
Aquilæ in insignib. vnde originem trahant 122.8.
Arbor, seu descendentia familiæ Galeotæ ex Principibus Monasteracij 70.
Arbor familiæ Saracenæ, ex Torellæ, & Girifalchi Dominis 219.
Arguere licet à verisimili 98.4.
Argum. de feudo ad emphyteosim valet 125.33.
Argumentari licet à Rubrica, quæ declarat, & ampliat nigrum 237.12.
Argumentum à communiter accidentibut valet 271.16.
Arma Aegyptiorum, Phrygum, Gallorum, Germanorum, Italorum, Vlyssis, Achillis, aliorumq; Ducum, Nauis Troianæ, & Alexandrinæ 122.2.*cum seq.*
Arma, seu insignia apud antiquissimos Grecos, Troianos, Romanos quænam fuerint 122.
Arma, siue insignia probant 119.10.
Arma Gotborum 122.6.
Arma; vide Insignia.
Arma indicant rei dominium 124.24.
Arma, siue insignia sunt symbolica 123.16.
Arma Vrbis Neapolis omnium præstantissima, & quare 123.15.
Arma nobilium vnico contenta corpore 122.8.
Arma, & insignia apud Romanorum iura quot, & quib. nominibus significentur 124.25.
Arma, siue insignia directi domini supra arma vtilis domini sunt affigenda 125.34.
Armorum, seu insignium conformitas arguit identitatem familiæ 33.7.
Armorum origo inter priuatos 122.5.
Armorum gloria videtur maior quàm litterarum ab effectu 232.5.
Ars imprimendi libros, quo tempore inuenta 48.4.
Assensus reseruatio facit actum conditionalem 53.6.
Assensus præsumitur spatio centum annorum 152.32.
Assensus Regius extenditur ad ea, quæ veniunt ex vi comprensiua 151.24.
Assensus præstitus per relationem ad contractum, siue ad testamentum est vlidus 152.26.
Assensus per verba generalia videtur efficacior 152.28.
Assensus Regis est stricti iuris 151.19.
Assessor potest esse etiam non Doctoratus 143.20.
Attentare non dicitur, qui continuat suam possessionem 62.2.
Attentata non retractantur, vbi constat de iustitia actoris, & de iniustitia conuenti 62.4.
Attentatorum exceptio non potest opponi, postquam fuit in caussa conclusũ 63.6.
Attestationes in alio iudicio probant, si testis reperiantur mortui, vel saltem faciunt semiplenam 158.25.

Auari-

Auaritia à Principe quantopere abborreat 29.42 *in fin & 274.*

Auctoris admonitio ad creditores, vt caueant à contractibus cum mulierib. nisi agant, vt euidenter pecunia in mulieris vsum sit versa, alioquin nunqum erit eis cautum 187.18.

Auctoris inuectiua contra mortuorum sepulchra violantes 197.25. 270.5.

Auctoritatate propria licet aliquando vlcisci 1 5.6.

Augustinus Suessanus respondit pro armorum dignitate contra litteras, sed non ex corde 23 .3.

Auri, & argenti prestantia in armis 123. 10.

B

Banditi cadauer despolians vltimo supplicio feriendus, licèt statuto caueatur, banditos in corpore, & in ære impunè offendi posse 195.18.

Bartoli opinio damnatur in materia libertatis matrimonij 245.18.

Basilica de proximo consecranda pro consecrata habetur 240.8.

Belisarij Aquiuiui Nerit. Ducis opinio in materia duelli 169.2.

Belli tempore censetur factum, quod paulò antè bellum fit. 149.10.

Beneficium modici, siue exigui redditus, an tribuat fori priuilegium? 55.5.

Beneficium Ecclesiasticum, collatum post iudicium, motum in Curia sæculari, an operetur remissionem caussæ ad forum Ecclesiasticum? 54.

Beneficium delinquenti non concedendum. 171. 13.

Bona medicinalia in vltima infirmitate gaudent funerariæ priuilegio: ideoq; cæteris creditoribus etiam hypothecarijs anterioribus præferuntur. 193. *Quòd per omnes Italiæ Senatus, atque adeo per cunctos Senatus Vltramontanos pari uoto est decisum.* 193.

Bona, licèt originaliter paterna, dicuntur, tamen fraterna, attenta persona fatris vltimi possessoris. 308.10.

Boni malis semper pauciores. 176.56.

Byretum libertatis symbolum. 19.12.

C

Cadauera olim custodiebantur, eadẽque cremabantur, & quare? 196.24.

Cadauer criminosi, & suspendiosi non iniuriandum, neque sepultura fraudandum. 199.37.

Cadaueri fit honor, & iniuria 199.35.

Cadauerum deturbatio quantopere sit execrabilis? 197.27.

Caducatio an inducatur per mortem fideicommissarij antè mortem hæredis, & quid in contractu? 107.

Calumniæ iuramenti absurditas. 22. 17. 29.42.

Capitaneus alicuius loci quis esse non potest, in quo maiorem partem bonorum habet non secus, ac ciuis stante statuto, quòd ciuis non possit esse loci Capitaneus. 79. 11.

Capitula Regia in Regno Neapolit. contra quoscunque spoliantes cuiusuis fori 277. *Quæ Capitula vigent apud Hispanos, & Gallos, & quare.ibi*

Captura personæ non reuocatur, licèt nulliter facta, vbi constet de debito 164. 7.

Cap.17. in Bulla Cænæ procedit contra sequestrantes bona Ecclesiæ, etiam in Iudice, auctoritatiuè sequestrante: secùs in partibus sequestrum implorantibus. 63. 8. *cum seq.*

Caracciolæ familia Pradueriæ Comitum, Placent. descendentia 31.

Casum appetit, qui, postpositis gradibus, per abrupta quærit ascensum. 162. 11.

Casu, non culpa contingens, noxa non ascribitur 116. 11.

Causam damni dans, damnum dare dicitur 65.5.

Causæ continentia non diuidenda 279. 9.

Causam damni dans, damnum dedisse videtur 114.

Causa spiritualis in foro Ecclesiastico est tractanda, etiam quòd veniat incidenter 134. 13.

Causa, ob quam à regula receditur, debet, liqui-

liquidò probari 96. 25.
Causa causæ est causa causati 65.5.
Causa, & effectus resultans à causa pa- rificantur ideoq; de eis idem est iudi- cium. 102.5.
Causa spiritualis spectat ad Ecclesiasticum 55.7.
Causæ, & causati idem est iudiciũ 280.19.
Cessio iurium est de genere permissorum; ideoq; semper est licita, nisi expressè re- periatur prohibita. 166.6.
Cedendo, victor abibis. 174.44.
Chirurgia recipit lumen, & emolumentum à Physice. 58.7.
Chirurgia est ars mechanica, & illiberalis: Medici tamen Chirurgi gaudent noblii- tate 57.3.
Chirurgi à quibus recipiant gradum docto- ratus? 58.7.
Chirurgus an valeat pharmacare? 58.7.
Christus si Iudam tolerauit, cur nos iniurios non tolerabimus? 175.53.
Ciues semper probant, vbi veritas aliter haberi non potest. 218.25.
Ciues Sacerdotes probant pro Ciuitate, seu vniuersitate, etiam quòd negotium spe- ctet ad eos, tanquàm singulos 218. 24.
Ciues obligantur ad onera Ciuitatis 34.63.
Ciues probant pro sua Ciuitate, seu vni- uersitate, quoties negotium pertinet ad Ciues, tanquàm vniuersos, non tanquàm singulos, & ad bursam communem 218.23.
Ciuili iudicio ob generis, vel dignitatis im- paritatem nemo repellitur. 170.5.
Ciuilitas in dubio præsumitur ex origine, non autem ex allectione. 155.6.
Ciuilitatis prærogatiua seruatur per con- iunctos 223.15.
Ciuis allectus an dicatur propriè ciuis? 155.8.
Ciuis præsumitur in dubio originarius, & non allectus. 155.3.
Ciuis fungitur prærogatiua Ciuitatis in quarterio, seu regione, in qua habitat, quoties Ciuitas est diuisa in pluribus quarterijs, & adhoc antiqua consuetudo Ciuitatis Neapolis 222.11.12.
Ciuitas subdita nullum gradum, nullamq; dignitatem potest tribuere 41. 5.
Ciuitas. vide Vniuersitas.
Ciuitas per publicum concilium, non per priuatos particulares repræsentatur. 184.15.
Ciuitas constat ex singulis ciuibus in rebus publicis omninò audiendis, omnibus autem vocatis, quod maior pars malue- rit attendendum 264 6.
Ciuitate in pluribus regionibus diuisa, qui- libet nobilis debet gaudere nobilitatis prærogatiua in regione, in qua habitat 119.8.
Clausula omni meliori modo quid impor- tet? 133.8.
Clausula generalis restringitur ad ea, de quibus fuit actum 269.4.85.
Clausula generalis restringitur ad specifi- cata 151.20.
Clausula, deducens omne ius, &c. quid ope- retur? 134. 9.
Clementia nos Deo parificat 100.10.
Clementia fecũdiores habet effectus, quàm feritas. 176.60.
Clementia nihil melius. 174.39.
Clementia nihil homini melius, nihil præ- stantius. 45.4.
Clementia, Dei seruat imitationem. 45. 3.
Clericus, incedens per aliquod tempus sine habitu, & tonsura, an sibi præiudicet? 55. 4.
Clericus, exercens Magistratus sæculares, seu laicales, an sibi in clericatu præiudi- cet? 55.3.
Clericus tenetur amasia pro mensura me- ritorum. 179.8.
Clericus aliàs cognitus à Iudice seculari, an sibi præiudicet in priuilegio fori? 55.2.
Clericus ad donata non potest astringi, & an eidem possit legare, & an data possit repetere, & quid si interueniat iura- mentum? 178.7.
Clericus, succedens laico, cum quo fit lis contestata in foro laicali, tenetur respon- dere coram Iudice laico 102.
Quo casu ordini non fit iniuria: nam continuatur instantia in Clericum, non vti Clericum, sed vti hæredem laici. ibi.

Clericus succedens laico tenetur stare foro laicali, quod sanè intelligas, dummodò sit lis contestata cum defuncto laico. 68. 3.
Quod pari ratione porrigitur ad laicum succedentem Ecclesiasticę personæ 68.4.
Clodia lex contra nobiles, negotia per quaestum agentes. 138.17.
Cogitatio mortis, sola sapientia inter mortales 202.55.
Cognoscens volentem mulierem per pecuniam, tenetur pœna contra cognoscentes inuitas. 138.16.
Collaterales an sint ammittendi ad honores familiæ, non demonstrata possessione communis stirpitis 221.4.
Collegij Medicorum Neapolit. dignitas 42.6.
Collegium Salernitanum vetustissimum totoq; Orbe celeberrimum. 42.6.
Colonus non possidet nec ciuiliter, nec naturaliter. 211.27.
Color rufus, omnium nobilissimus, & quare? 123.12.
Colores, & metalla quonam pacto in armis, siue insignibus inter se coniungantur? 124.22.
Colores sex in armis, siue insignibus, quorum duo rectiùs metalla dicũtur. 122.9.
Colores præcipui quatuor in insignibus describuntur. 123.11.
Colorum encomia 123.19. & 21.
Colorum omnium præstantia. 123.13.
Comitibus, & Marchionibus an quilibet priuatus possit pugnam indicere. 170.4.
Communis opinio contra communem 27.32.
Compensatio an detur in legato respectu quartæ Authen prætereà. 241.8.
Compensatio non datur in alimẽtis 241.8.
Concedens in emphyteusim redimibilem, si remaneat Dominus aliorum bonorum collateralium, an præferatur collaterali, petenti congruum. 98.2.
Conclusio libelli declarat prænarrata 269.7.
Concordia lucro præferenda. 176.61.
Conditiones contra publicam vtilitatem reijciuntur 237.4.
Conditiones apposita in primo fideicommisso vniuersali, censentur repetitæ in secundo particulari 251.6.
Conditiones in diuersis orationibus apposita, censentur repetitæ, & multò magis in vnica oratione. 257.22.
Conditiones duæ, vel plures, apposita in substitutione per verba alternatiua, resoluuntur in coniunctiuam, adeò vt omnes concurrere debeant, ad tex. in l. generaliter C. de instit. & substit. 257.20.
Conditio, si non nupserit, an de Iure probetur? 236.2.
Conditio, si sine liberis, an militet in simplici conditione nuptiarum. 238.14.
Conditio habet vim causæ finalis 53.8.
Conditio inducit formam, quæ dat esse rei 53.7.
Conditio personarum summæ nobilitatis, vel probitatis excludit suspitionem falsi 259.4.
Conditio, apposita in prima substitutione, cẽsetur repetita in secunda, etiã in diuersis actibus, vel orationibus 257.19. & 22.
Conferendi ius an competat Regi, vti sacro, & vncto, an verò vti priuatæ personæ? 165.5.
Confessarij dicto standum, atq, parendum 271.21.
Confessio debiti in vltima voluntate idem valet, quod legatum. 145.2.
Confessio debiti, facta in testamento, non inducit probationem, nisi aliunde constet de debito. 145.
Sed tantùm inducit legati petitionẽ ibid.
Confessio extraiudicialis, absente parte, nihil facit. Limita vbi res pendeat à voluntate vnius tantùm. 86.9.
Confessio meritorum inter prohibitas personas non sufficit, nisi merita probentur 179.9.
Confirmans maior est instituente. 53.9.
Congruum qua ratione adinuentum? 98.8.
Congruum non competit venditori, & quare? 98.6.
Congruum locum babet in emphyteusi redimibili, non secùs ac in emptione, & venditione 98.1.
Coniugalis copulæ virtus quanta sit de iure 65.2. *cum seq.*

Coniugalis copula naturam ipsam videtur superare . 217 . 18.cum seq.

Coniunctus ex vno tantùm latere, vendicat aliquando integram rem iure congrui, excluso alio collaterali . 98 . 7.

Connexorum idem est iudicium 273 . 28.

Cõsanguineus præfertur invẽditione.98.2.

Consanguinitatis ratio ampliorem , & fauorabiliorem inducit interpretationem . 128 . 11.

Consanguinitas aliter attenditur in genere, & aliter in specie ibi.

Consanguinitas probatur inditijs, seu præsumptionibus , & enuntiatiuis , maximè in antiquis . 34 . 12.

Consanguinitates, seu cognationes , & parentelæ illustr. arguunt familiæ nobilitatem 33.6.

Consanguinitas in materia successionis est probanda specificè per certos, & singulos gradus . In cæteris prout in materia nobilitatis, & admissionis ad ordinem, sufficit probari in genere per argumenta , & præsumptiones 90.3.cum seq.

Consensus reseruatio facit actum conditionalem 53.6.

Consequens vult suum necessarium antecedens, & è contra .

Consequentia cognoscuntur ab eodem Iudice 103.16.

Consilij vis armorum potentia præualet 233.13.

Consilio prius , quàm armis præstat experiri . 176.58.

Consilium requiritur in rebus benè agendis 184.13.

Constitutio Imper. Feder. contra libertatem matrimonij abrogata . 244.7.

Constitutum transfert veram possessionem 211.24.

Consuetudinis mirabiles effectus 161.

Consuetudo praua tempore non conualescit 265.20.

Consuetudo probat, & reprobat contractus 270.15.

Consuetudo irrationabilis non conualescit tempore 43.13.

Maximè vbi lex est generalis , & abusus particularis. ibi.

Consuetudo vincit legem 271. 16.

Ligat Principem . Est altera natura ibi.

Excusat errorem ibi.

Consuetudo vincit legem , et potentior est Principatu . 23. 21.

*Consuetudo antiqua est attendenda.*54.10.

*Consulens debitori,quòd repudiet in fraudẽ creditorum, peccat mortaliter .*249. 16.

Contestata lite, si quis alienet , tenetur ac si possideret . 111.8.

Continuans suam possessionem, non dicitur de iure attentare . 62.2.

Contractu principali resciso , resciinditur omne accidens , siue accessorium. 107.7.

Contractus prorogat iurisdictionem , si contrahentes reperiantur in loco contractus : alioquin contra absententes nihil operatur 106. 4.

Quod intellege in tribunali inferiori : secùs in superiori , in quo rectè proceditur. 106. 4.

Contrariorum eadem est iuris dispositio. 150. 18.

Conuenire non licet debitorem extra ipsius forum . 106.

Conuitiandi, & maledicendi temeritas cohibenda. 82.

Correctio subita, siue incontinenti non præsumitur 98. 6.

Creditores quicquid infra nouem dierum spatium à die mortis debitoris egerint, nulliter agunt. 199.42.

*Creditori per diuturnam solutionem est quæsitum ius , quod limita in pupillo, & multò magis in vniuersitate , in qua sunt plures pupilli.*217.15.

Item limita incontractu,cui lex resistit. 217.16.

*Item fallit in solutione , facta per vim, et metum.*217.12.

Creditor vniuersitatis tenetur ostendere pecuniam esse versam in publicam vtilitatem, alioquin vniuersitas restituitur in integrum, imò potest repetere solutum 215.5.

Creditor admittens debitorem cessum , bonum nomen facit: ideò q; si n . . . sit exigere sibi imputet. 104.2.

Creditor in debitoris mortui cadauer non potest

potest quicquam agere. 199. 38.
Creditor in debitoris cadauer agens, cadit à credito, tantundem defuncti hæredibus soluet, infamiæ nota, & amissione bonorum punitur. 199. 39.
Quod ampliæ etiam ad debitorem Iudæum, & vsurarium. ibi.
Culpa nemini debet prodesse. 41. 4.
Culpa penès eum est qui delicto dat causã. 114.
Curam negligens, & omittens, sibi imputet, si ex omissione decedat. 116. 11.
Cynthia lex vetat venire, & emi causarum patrocinia. 139. 21.

D

Damnum famæ non dicitur irrogari vilissimis hominibus. 115. 5.
Debitor tenetur adhibere media pro satisfaciendo creditoribus. 249. 15.
Debitor non potest tuta conscientia hæreditatem repudiare 249. 6.
Debitor an possit repudiare in fraudem creditorum cum hypotheca. 249. 14.
Debitor hæres potest repudiare hæreditatẽ in fraudem creditorum, & ratio 14.
Debitor seruus est creditoris, tamẽsi mortuus fuerit, non potest pro debito quicquam turbari. 199. 38.
Debitori an liceat soluere antè tẽpus. 87. 14.
Decretum non obligat, nisi ex quodam quasi contractu. 189. 8.
Decretum Iudicis non potest obligare plus quam pactum, & quare 189. 8.
Decretum vltra petita est nullum. 189. 5.
Decretum præambuli expeditum pro fideicommissario antequàm sit delata hæreditas, est nullum. 255. 8.
Decretum præambuli, licèt expediatur, parte non citata; secùs tamen vbi adsit legitimus contradictor. 255. 6.
Decretũ nullũ, nullam parit poenam. 107. 5.
Decretum contra ius constitutionis est ipso iure nullum. 38. 3.
Decretum præambuli, per quod sorores declarantur hæredes vnà cum fratribus in Regno Neap. est nullum ibi.
Et an sustineatur ex eo, quòd fratres sciuerint, & non contradixerint 38. 4.
Defensio est de iure naturæ. 115. 8.
Defensio etiam bestijs permissa. 83. 13.
Defensio licita est etiã inferiori contra superiorem. 83. 12.
Defensio semper permittitur, tanquàm de iure naturæ. 83. 10
Defensionis causa licitum est, quod, alioquin non liceret. 171. 17.
Defensionũ facultas non est angustãda. 83. 6.
Defunctorum priuilegia, hactenus non perpensa, recensentur. 194. 8.
Defunctus præsumitur mortuus cum eadem voluntate, quam viuens habebat. 58. 8.
De futuris contingentibus non est determinata veritas 270. 11.
Delicta nocentium nota esse, & oportere, & expedire. 83. 7.
Delicta suos sequuntur auctores. 100.
Delictum omne beneficium excludit. 171. 13.
Delinquentes, vbi mortui fuerint, puniri amplius non possunt. 198. 34.
Et quid si à mortuis resurgant ibi.
Denominatio sæpè fit à loco dominij, & feudorum. 158. 27.
Denominatio tacita, puta vestis, facit præsumptionem. 88.
Denominatio & instãtia cõseruãt ius, quemadmodũ tractatus, & reputatio. 159. 28
Deportatus, licet ad locum interdictum accedere nequeat, mortuus tamen ab eo non arcebitur. 196. 19.
Destinata per testatorem ad certum vsum, an ad alium possint conuerti 238. 11.
Destinatio an habeatur pro actu perfecto. Et quid in materia stricta, seu statutaria.
Et quid in materia testamentaria 50. 19.
Determinatio debet æqualiter determinare. 127. 6.
Dicta longè distant à factis 85. 6.
Dictio infra idem valet, quod intra. 130. 4.
Dictio, vsque est inclusiua, vnde si legentur prædia vsq; ad prædium Gazanum, ipsum prædium includitur. 130. 5.
Dictum in magna sui parte verum, in cæteris præsumitur verum. 32. 4.
Dies termini non cõputatur in termino. 131. 9.
Differentia esse debet inter probos, & reprobos. 84. 5.
Digniora in altiori, & digniori loco esse debent 125. 33.
Dignior est prænominatus. 232. 4.
Dignitas familiarũ salua esse debet. 123. 17.
Dilationes, quæ à lege, vel statuto concedũtur fauorabiliorem important interpretationem. 131. 12.

Diogenis Cynici memorandū facinus.176.57.
Dispoſita per filium grauatum cedunt in cauſam legitimæ. 256.17.
Diſpoſita fauore armatæ militiæ an trabantur ad cæleſtem militiam. 237. 7.
Diſpoſita pro mundanis nuptijs porriguntur ad ſpirituales nuptias. 236.
Diſpoſita à teſtatore non exequenda, ſi turpia, aut impoſſibilia fuerint: ſecùs vbi mortui honorem concernant. 201. 52.
*Diſpoſitio ē ità intelligēda, ne res pereat.*49.10
*Diſpoſitio rerū ſuarum cuiq; permiſſa.*166.8.
Diſpoſitio in potiori, & magis propria ſignificatione eſt accipienda. 156. 10.
Diſputare de iuſta Principis voluntate, ſeu iuſtitia ſacrilegium eſt. 238. 26.
Diuiduæ eius ſunt naturæ, vt in ipſis vtile per inutile non vitietur. 163.
Diuinare nemo cogitur. 186. 6.
Doctores pauci, multi uero Aduocati. 143.19.
Doctoralis dignitas eſt quaſi character indelebilis, & inſeparabilis. 58.6.
Doctor delinquens non poteſt de iure mori, niſi prius ſolenniter degradatus. 58. 6.
Doctor nunquam cenſetur priuatus ſua dignitate, niſi ſolenniter degradatus. 58.6.
Doctor promiſſa turpi perſonæ non tenetur præſtare, imò data poteſt repetere. 178.5.6.
Dolo deſinens poſſidere, tenetur ac ſi re ipſa poſſideret. 111.6.
Dolus ex propoſito annullat actum ipſo iure. 216. 12.
Dominium quandoque ſignificatur per verbum poſſeſſionis. 127 4.
Dominiū transfertur in vlt. volūtate. 150.18.
Dominium directum omnes acceſſiones adſe trahit. 181. 10.
Domini directi arma, ſiue inſignia ſupra arma vtilis domini sūt affigenda. 125.134.
Dominus directi ſemper præfertur cùm omnia cedant ſolo. 125.36.
Ideoque deuoluitur res magni pretij pro minimo canone. ibi.
Dominus directi dominicalia iura ſemper retinet. 124. 28.
Dominus directi an poſſit affigere inſignia in re, in emphyteoſim conceſſa. 124.23.
Dominus directus præfertur cuiuis emere volenti 98.3.
Dominus directi non tenetur conſentire in manus mortuas. 111.7.
Dominus directi an habeat ius congrui in re conceſſa, poſtquā illa fuerit euicta 99. 11.
Dominus ſoli, ſeu directus Dominus pōt de iure cōuenire inquilinos, ſeu colonos fundi red ditit ij ad faciendū depoſitū pēſionis debitæ, adhoc vt ſibi ſatisfiat de annuo canone 62.
*Domus antiqua in regione ſedilis facit præſumi quem eſſe de illo ſedile.*73.12. et 93.6.
Domus appellatione nō ucnit domūcula 115.10
Domino directi, re alienata eſt cautum de omnibus, agendo hypotecaria. 111.3.
Donatio inoſficioſa, facta vni ex filijs, reuocatur quoad legitimam tantùm. 59.
Donatio fūdi, facta cum onere reſtituēdi poſt mortē Caio, an caducetur per mortē Caij antè mortē Titij, et quid in vltima volūt. 207.
Donatio an quęratur Caio abſēti per donationem, factā Titio cum onere reſtituēdi Caio, Notario pro abſente non ſtipulante. 208 9.
Donatario præmortuo, an extinguatur donatio? Et quid ſi dicatur ex nunc pro tunc, ſecuta morte donantis. 207. 3.
Dotātes ſororē, vel neptē de bonis puellę, nō poſ sūt apponere legē, quòd dos ipſis, vel alijs reſtituatur, maximè ſi puella teſtetur. 256.18
Drauſi prudentiſſimi populi ad puerorum natiuitatē cōplorabant, mortuos sūma lętitia, & feſtiuitate proſequebantur. 202.54.
Dubius litis euentus, à teò vt litigantes fortunam dicantur experiri. 28.39.
Duelli lege nemo grauari, et infamari debet. 170.8.
Duelli fallacia refellitur de iure. 170.4.
Duellum, ſeu Monomachia loco quæſtionis ad veritatem eruendam inuenta. 170. 7.
Effectus reſultans in conſequentiam regulam non lędit. 280.17.
Electio fori non requirit litis conteſtationem: ſecùs in petitione. 66.6.
Electi Ciuitatis Neapolis quandoq; eliguntur ſpeciales procuratores ad aliquid agendum, quo caſu, non Electi, ſed tota Ciuitas hoc dicitur agere. 184.14.
Electi Ciuitatis Neapolis in his, in quibus Ciuitas lędi poteſt, non poſſunt ſe ingerere: tūc enim tota Ciuitas eſt congreganda, præter tamen pertinentia ad Annonam. 184. 11.
Electorū Ciuitatis Neapolis officiū verſatur circa annonam Ciuitatis: id tamē procedit

ex

ex concessione Platearum, & in leuioribus praeiudiciũ non irrogantibus. 184. 10
Eligare qui potest, & variare potest 68. 7.
Emphyteotica res, in dotem data, an, soluto matrimonio, & facta restitutione, bina debeantur laudemia 181. 5.
Emphyteota alienando cum pacto de retrouendẽdo, an teneatur ad laudemiũ 180.
Et, quid secuta retrouẽdisione, an teneatur ad alterum laudemium 180. 2.
Emphyteota tenetur directum dominium recognoscere. 125. 29.
Emphyteosis quid sonet, & quid importet 182. 11.
Emphyteusis redimibilis in pecunia, eadem est cum emptione, & venditione. 98.
Emens si sit pauper, et impotẽs, praesumitur emisse de aliena pecunia, secùs in diuite. 85. 10.
Emens vtile dominium rei emphyteuticę cũ onere censui à die contractus, an teneatur ad prẹteritos census 63. 11.
Et quid in actione reali hypothecaria super re, quidue in actione personali contra possessorem. 63. 12.
Emptio praesumitur facta de pecunia, paulò ante mutuo accepta. 85. 2.
Emptor cum pacto de retrouendendo non potest rem deteriorare 108. 3.
Enunciatiua duae probant consanguinitatem. 73. 8. & 15.
Episcopus effectus Senator, quomodo sedeat in Senatu 57. 5.
Episc. quomodo sedeat in Collegio Doctorũ, & quid in almo Collegio Neapolit. 57. 5.
Episcop sedẽs in Capitulo, vti Canonicus, an pottatur dignitate Episcopali, Et ad hæc intellecti⁹ ad c à collatione, de appellatiõ. in 6 aliorum opinione improbata. 57. 4.
Episcopus mortuus non prohibetur vti pallio in aliena Diœcesi. 200 46.
Epitaphia, siue antiquae inscriptiones probant. 221. 7.
Erroris communis consuetudo aliquando toleratur. 143. 10.
Exceptiones competentes principali, competunt, & fideiussori. 217. 20.
Exceptio falsitatis in Regno Neapolitano nõ impedit cursum iudicij ciuilis. 259. 7.
Exceptio animo calumniandi opposita, reijcitur. 109. 13.
Exceptio attentatorum non potest opponi post conclusum in causa 63. 6.
Exceptio pretij non soluti non potest opponi post sententiam. 109. 9.
Exceptio incompetentiae actionis non potest opponi post litem contestatam 109. 8.
Exceptio infringens totaliter sententiã, non potest opponi post sententiam. 109. 7.
Exceptio falsitatis non impedit iudicium ciuile post conclusum in causa. 259. 6.
Exceptio falsitatis non impedit iudiciũ ciuile, vbi agitur de possessorio. 259. 5.
Executionis tempus attenditur. 112. 4.
Exempla magnorũ Principum, qui maximè offensi, iniuriam contempsere. 45. 9.
Exhaeredatus, aut aliter in ligenus hæres sepulchrorum iura retinet. 197. 29.
Expertis in arte standum est. 260. 12.
Expressum dicitur, quod virtualiter inest. 151. 11.
Expressum habetur id, quod testator interrogatus, verisimiliter respõdisset. 237. 9.
Expressum dicitur, quod virtualiter subintelligitur 237. 8.
Exteri deferentes vxores pregnantes in Ciuitatem quandiu pariant, an faciant filios Neapolitanos 78.
Exul, vel deportatus mortuus ad locum interdictũ accedere nõ prohibetur 196. 19.

F

FActa indiuidua oblligant quemlibet ex hæredibus in solidum. 109. 14.
Facta longè distant à verbis 85. 6.
Facta nõ praesumũtur, nisi probẽtur. 155. 4.
Facti obligatio, re perempta importat interesse. 109. 10.
Facti narratio sufficit, licèt speciale actionis nomen non exprimatur. 111. 4.
Factum Iudicis est factum partis. 189. 7.
Facultas aliquid faciendi per non vsum non amittitur. 223. 16.
Facultas non praescribitur. 159. 32.
Facultate fontem adeundi concessa, & haustus concessus intelligitur. 102. 8.
Facultatis iura per negligentiam, seu non vsum, minimè tolluntur. 120. 14.
Fæminarum exclusio, simplex, & reale importat fideicommissum. 150. 8.
Falsitas ad hoc, ut sit punibilis, debet habere comites, dolũ, et tertij praeiuditiũ. 100. 3.

Fama, *seu communis existimatio probat consanguinitatem*. 33. 8.

Fama, *& immemorabilis traditio quomodo probetur* 94. 13.

Famæ damnum non sentiunt vilissimi homunciones. 115. 5.

Familia originaria præsumitur semper gauisa patriæ honoribus. 157. 16.

Familia in dubio præsumitur originaria, *& non allecta*, *quia allectio est quid facti*, *e facta non præsumuntur*. 155. 4.

Familia dicitur originaria, *quoties ignoratur eius aduentus in Ciuitatem*. 156. 13.

Familiæ identitas, *& consanguinitas ex multis probatur*, *quæ iunguntur*, *& coadiuuant*. 34. 10.

Familiæ, *& sanguinis fauore latior*, *& plenior interpretatio facienda*. 240. 48.

Familiæ originariæ quæ dicantur? 161. 6.

Familiæ sæpè sumunt nomen à loco dominij, *& feudorum*. 158. 27.

Familię identitas, *seu consanguinitas ex multis potest fundari*, *quę coniunguntur*, *maximè in antiquis*, *in quibus qualis*, *qualis probatio sufficit*. 7. 10.

Familię identitas ex eodem cognomine, *& patria probatur*. 32. 5.

Familię Caracciolę rubeę arbor. 31.

Familię posteritati consulere nihil dulcius. 152. 34.

Familię contemplatio, *eiusq; perpetuitas an importet fideicommissum reale?* 150. 11.

Familię appellatione quid veniat 150. 10.

Familię multę sunt, *quę Neapoli*, *& in alijs Regni locis nobilitate gaudent*. 95. 18.

Familiarũ dignitas salua esse debet. 123. 17.

Famuli, *et Vassalli cum suis Dominis sedere non debent*. 264. 7.

Famulus, *vasallus*, *& similes erga suos Duces*, *& Dominos*, *an possint se defendere ad honorem tutandum?* 171. 21.

Fauore sanguinis latior, *& plenior interpretatio facienda*. 240. 48.

Felix nemo, *nisi sapiens*. 233. 15.

Feudale ius non curat de legitima portione. 60. 4.

Feuda in Regno quàm pauca, *quæ excedant spatium centum annorum*. 152. 31.

Feudorum origo. 122. 6.

Feudũ in dubio presumitur antiquũ. 156. 11.

Fideicommissario premortuo, *an reducetur relictum*, *& quid in contractu?* 207.

Fideicommissarius tenetur capere à manu heredis. 255. 9.

Etiam in fideicõmisso puro, *vbi fideicõmissarius in prõptu doceat de iure suo*. *ibi*.

Ac etiam vbi heredi competat detractio, *seu facta detractione quartarum*. *ibi*.

Ac etiam data per testatorem facultate capiendi propria authoritate. *ibi*.

Ac etiam vbi fideicommissarius reperiatur in possessione sine vitio. *ibi*.

Ac etiam si possideat authore Pretore; *nã adhuc possessio cẽsenda est vitiosa ibi*.

Fideicommissarius non est heres ante restitutam hereditatem. 255. 7.

Fideicommissum, *fauore familię erectum*, *vsque ad quem gradũ procedat?* 150. 13.

Et quid in rebus carioribus, *& illustrioribus*, *ex quibus familię splendor perpetuetur*, *& ad hęc intellectus ad textũ §. nos igitur. Authent. de rest. fideic.* 150. 13.

Fideicommissum purum, *& absolutum duo requirit*, *nempè perpetuam alienandi prohibitionem*, *& contemplatum fauorem familię*, *quos geminos fideicommissi pedes diximus*, *quibus in infinitum procedat*. 148. 2. 3.

Fideicommissum reale inducitur ex rei qualitate, *puta in Castro*, *in quo testator iurisdictionem habeat*. 149. 7.

Fideicommissum potest fieri etiam in contractu. 210. 21.

Fideicommissum simplex, *& reale inducitur ex sola feminarũ exclusione* 150. 8.

Fideicommissum perpetuum, *& reale procedit in infinitum* 152. 35.

Fideicõmissũ fauore familię nõ deficit, *nisi deficiẽtibus omnibus de familia*. 152. 33.

Fideicommissum non transit ad heredes: *quod limita in fideicommisso puro*, *& ex coniectura mente testatoris*. 250. 4. 5.

Fideiussori competunt omnes exceptiones, *competentes principali*. 217. 20.

Fideiussoris loco habetur etiam principalis, *si pecunia ad eũ non perueniat*. 217. 19.

Fideiussor non potest accedere, *vbi nulla subest obligatio* 217. 21.

Fi-

Fideiussor quis dicitur, etiam principaliter obligatus, si ad eũ pecunia nõ peruenit, ideoq; gaudet beneficio discussionis. 113.9.

Fideiussor indemnitatis gaudet beneficio discussionis, licet ei renuntiauerit, et quare? 113.10.

Fideiussor non tenetur, vbi principalis obligatio sit nulla 217.18.

Fides publici catasti, siue Aestimi plenè probat. 154.2.

Fides illustrium, proborumque virorum multum operatur. 260.10.

Filia hæres matris, an rectè agat pro paragio super feudo contra tertios possessores feudum paternum possidentes. 39.13.
Et ad hæc Decretum Regiæ Cameræ Summariæ ibi.

Filia non habens paragium, an vocetur ad virilem. 39.12.

Filia pro paragio, an agat contra fratrem feudum paternum possidentem? 38.2.
Et an super fructibus feudi? ibi.
Et an in subsidium burgensaticis deficientibus? ibi.

Filia pro paragio an agat contra tertium possessorem feudum possidentem. 37.
Et an in subsidium. 28.
Et quid si filia sit hæres matris? 38.

Filijs Sacerdotis an debeantur à patre alimenta 66.10.

Filijs sacrilegis, incestuosis, & spurijs an debeantur à patre alimenta? 66.9.

Filij positi in conditione, an censeantur vocati? 251.7.

Filius substitutus an excludat Monasterium? 239.33.

Filius in Regno Neapolitano dicitur nobilis ob matrem nobilem. 140.36.

Filius bannitum patrem potest occidere, non tamen vxor banditum virum. 65.3.

Filius primogenitus tantùm succedit in feudo de Iure Francorum. 60.3.

Finis inspiciendus, ad quem negotium tendat. 102.12.

Fisco an liceat vendere rem, quam habet cum alijs communem. 39 10.

Fisco venditioni assentiente, an resoluatur hypotheca? ibi.

Fisco vendente rem hypothecatam, si creditores taceant, resolutæ sunt hypothecæ, & pignora liberata. 39.7.
Et quid si creditores sint anteriores? ibi.
Et an sufficiat scientia præsũpta? 39.8.
Et quid si fiscus non vendat, sed venditioni assentiat 39.9.

Fornicatio simplex, licèt ciuili Iure non sit punibilis, tamen cum mortua vltimo supplitio punitur. 195.16.

Fortitudo neq; alia dos virtus dicitur quæ iustitiam non habeat comitem. 171.15.

Frater gaudens nobilitatis, seu immunitatis prærogatiua in aliquo loco facit præsumptionem pro alijs fratribus q. od sanè intelligas in familijs antiquis, & originarijs. 94.12. & 118.161.

Frater an possit renuntiare sororibus paternam successionem, vel eas secum admittere in præiudicium fisci 38.6.

Frater an possit admittere secum sororem ad paternam successionem in præiudicium creditorum 38.5.
Et an super feudo? ibi.
Et an in subsidium, non extantibus burgensaticis ibi.
Et quid si burgensatica sint penes tertios possessores ibi.

Frater præsumitur gaudere ex persona fratris gaudentis honoribus. 35.16.157.18.

Fraus ab omni dispositione excipitur. 55.6.

Frustra illud fit, ex quo nullus resultat effectus. 190.10.

Fugitiuus non dicitur abesse in tertij præiuditium. 78.5.

Fugitiuus dicitur vel etiam suspectus de proxima fuga. 249.11.

Funeraria vel etiam doti præfertur. 193.3.

Funerariæ priuilegium porrigitur etiam in præiudicium creditorum, vbi hæres solenniores fecerit sumptus, vel etiam contra testatoris præceptum. 194.5.

Funerariæ priuilegia porriguntur ad omnes sumptus, nedum pro corporis sed etiam pro animæ salute. 194.4.

Funerariæ causa porrigitur ad quoscunque sumptus in præambula mortis ægritudine erogatos. 194.4.

Furtũ, licèt capitali pęna nõ puniatur, tamẽ mortuũ despoliãs vltimi supplicij est reus, 195.17.

Quod amplia etiam contra spoliantes cadauera Iudæorū, & infidelium. ibid.
Furtum in cadauer publici banditi pœnæ mortis puniendum; licèt statuto caueatur, vt banditi in corpore, & in ere impunè offendi possint. 195.18.

G

GAudeat, qui animos compescit. 174. 48.
Gaudens sedilis honoribus, præsumitur in dubio gaudere originaliter, & ex persona maiorum 155.3.
Generalia verba assensus videntur efficaciora. 152.28.
Generalia verba, ab homine prolata, nullam admittunt restrictionem. 151.25.
Generalis clausula restringitur ad specificata. 151.20.
Generalis dispositio non comprehendit, quæ in specie verisimiliter non fuissent disposita. 242.11.
Generalis quietatio quid requirat de communi praxi. 270.14.
Generalis clausula, in fine posita, restringitur ad specificata 242.9.
Generalis dispositio in genere, tantùm operatur, quantum specialis in specie. 239.39.
Generis nobilitati Maiorum negligentia non præiudicat 75.20.
Generis iuribus parentum negligentia non obest 120.15.
Genus quoad omnia tantùm valet, quantùm enumeratio singularum specierum. 152.27.
Genus restringitur aliquando per speciem. 242.9.
Gothica Insignia apud Europæ Principes. 122.7.
Gothica corpora, siue Insignia quid portendant? 123.21.
Gothi noua Insignium schemata adinuenere, quæ describuntur. 122.6.
Gothorum Insignia 122.
Grauatus de restituendo non potest apponere legem, siue onus. 255.11.
Grauatus intelligitur simul honoratus. 207.4.
Grauatus, vbi disponat, censetur disponere in caussam licitam, puta legitimæ 256. 17.
Grauius peccatur in mortuos, quàm in viuentes; & ad hoc Alphonsi Regis sententia. 195.18.

H

HAbens consensum in re, habet partem in re 53.5.
Habitare quis non dicitur, licèt per longos annos, si animum habeat discedendi. 79.13.
Habitatio potest importare dominium, & proprietatem. 127.3.4.
Habitatio extinguitur morte. 127.2.
Habitatio pro maiori parte anni facit ciuem. 79.10.
Habitator, & hospes in quo differant. 79.12.
Habitans per decennium, an, & quando efficiatur ciuis? 78.9.
Habitans iure familiaritatis, non tenetur ad pensionem. 104.
Hæredem esse, & legatarium sunt duo contradictoria. 145.5.
Hæres omnia capit iure hæreditario. 145.4.
Hæres est immitendus in possessionem hæreditatis, & multo magis in ea seruandus. 254.
Hæres habetur de proximo successurus. 248.6.
Hæres non dicitur antequàm hæreditas sit delata 248.3.
Hæres non desinit esse hæres, postquàm declarauerit velle; quia solo animo aditur hæreditas. 248.2.
Hæres ante nouem dierum excursum non potest in ius vocari. 199.42.
Hæres, licèt extraneus, videtur tamen de familia, & quare? 198.31.
Hæres, quantumuis priuilegiatus, tenetur stare foro, quod suus defunctus elegit, etiam quòd non sit contestata lis cum defuncto eligente. 67.2.
Hæres defuncti sepulturam negligens, hæreditate priuatur, tanquàm indignus. 199.40.

Haredi legatum venit in restitutione fideicommissi, 145.6.
Hares qui legari non potest. 145.3.
Hareditate restituta, non veniunt sepulchra. 198.30.
Hareditate priuatus, vel indignus sepulchrorum iura retinet. 197.29.
Hareditatem quasitam non potest quis in fraudem creditorum repudiare. 249.12.
Habitatores, & venientes ad habitandum non sunt expellendi, quia mundus communis patria est. 263 3.
Habitationis verbum cum descriptione singulorum membrorum quid importet? 128.9.
Harmonia resultat ex pluribus præsumptionibus, & inditijs. 120. 10.
Heraclij Imperatoris in Epiphaniam filiam memorabile facinus. 199.35.
Heroica virtus non aliud est, quàm clementia, & benignitas 45.3.
Heroum exempla, qui vindictam contempsere. 175.54.
Historicorum acta probant. 74. 13. & 118.
Historijs, & historiographis de iure credendum. 32.2.
Homo nouus nō præsumitur per saltum ad maximos honores peruenisse. 162. 10.
Honestas ab omni debito superioritatis excepta. 170.11.
Honestè viuentes in Regno Neapolitano sunt nobiles. 140.34.
Honestiores ciues nobiles habētur, maximè ciues inclytæ ciuitatis. 140.32.33.
Honestis viris maior est metus fœdandi pudoris, quàm vitæ amissionis. 172.23.
Honestorum pudor à iure satis admodum obseruatur. 172.24.
Honestus vir in honore Regi potest comparari. 171.2.
Honestus vir Comitē, aut alium illustrem virum non tenetur honestare, si ab eo in honestari contingat. 171.16.
Honestus vir contra quemlibet de iure potest experiri 170.9.
Honores gradatim conferendi. 170.1.11.
Honoris interesse maius, quàm bonorum. 232.
Honor, & vita pari ambulant passu. 171.23.
Honor honoranti debetur, & non aliter. 171.16.
Humanarum rerum vicissitudo, ac miseria. 87.19.
Humilitati, & labori Coelum patet. 177. 63.

I

Iacobi Militis Neap. sepulchrum, eiusque scomma 278.
Ictus corrigia non est directus ad necem, & ideò ea percutiens, non tenetur de homicidio. 115.9.
Identitas cognominis, & patria arguit identitatem familia, maximè vbi vtraque familia sit nobilis, & quare 71. 2.
Identitas familia, seu consanguinitas ex multis potest fundari, qua coniunguntur, maximè in antiquis, in quibus qualis, qualis probatio sufficit 73.10.
Identitas, seu conformitas insignium arguit identitatem familię, maximè vbi familię sint æquè originarię eiusdem loci. 72.4.
Ignoscas alijs multum, nil tibi. 174. 49.
Illustres personę iure ciuili non torquentur. 170.7.
Illustris, deliquens, acrius, & seuerius puniendus, quàm plebeius. 172.26.
Illustris personę iactantia irridetur. 170.7.
Illustris in actione iniuriarum non tenetur personaliter comparere, sed per procuratorem potest respondere 170.6.
Impedito agere non currit prescriptio. 216.13.
Impeditus dicitur, qui non potest commodè agere 216.14.
Imperatores vindictā contempsere 175.55.
Imperatores felices nuncupantur, Iuris periti vbiq; felices, & quare? 233.14.
Imperatores Clementię nomen iactitarunt, omisso maiestatis, & sublimitatis titulo 46.5.
Imperatores, cunctis titulis posthabitis, gloriosiori mansuetudinis titulo gaudent 177.64.

Im-

Impressio librorum, quo tempore inuenta 48.4.
Impossibile habetur, quod incommodè, & cum magna difficultate agitur. 216.14.
Incola potest quis esse duorum locorum. 95.16.
Incola, & peregrinus; siue habitator, & hospes in quo differant? 79.12.
Incola dicitur quis eius loci, in quem maiorem partem fortunarum suarum animo permanendi transfert 79.11.
Incolatus animo permanendi facit ciuem. 263.2.
Inconstantia non præsumitur, sed damnatur, & quare 68.8.
Indefinitum æquipollet vniuersali 42.7.
Indignum est, vt vltionem pudoris præstigia versuti iuris excludant 170.8.& 11.
Indiuidua obligant quemlibet ex hæredibus insolidum. 109.14.
Indiuidua, & quæ non recipiunt commodam diuisionem non sunt de iure diuidenda. 188.
In dubio pro hærede contra legatarium est iudicandum 51.20.
In dubio pro admissione ad ordinem est pronunciandum. 221.3.264.12.
In dubio quilibet videtur stipulari pro se, & hæredibus. 208.8.
In dubio pro admissione ad ordinem præsumendum 36.17.
In dubio contra fideicommissum est iudicandum. 257.23.
In dubio contra textum in l. qui autem ff. de his, quæ in fraud. creditor. est respondendum. 249.13.
In dubio pro caussa pia, ac pro religione decernendum. 238.20.
In dubio res censenda secundùm Ius commune, & generale 156.12.
In dubio res antiquiori iuri est tribuenda 156.11.
In dubio pro admissione ad ordinem est iudicandum 120.16. & 157.21.
In dubio sub codē Iudice agendū 280. 21.
In dubio sub eodem Iudice est agendum. 103.18.19.
In dubio pro admissione ad Patritiatum est iudicandum. 74.16.
In dubio iudicandum debitorem non, fuisse in mora. 131.13.
In dubio pro liberatione est iudicandum 131.11.
In dubio libellus præsumitur idoneus.133.4
In dubio non præsumitur quis mortuus ex vulnere 116.11.
In dubio pro admissione ad ordinem est præsumendum, & pronunciandum. 92.2.
In dubio quis præsumitur negotiari de propria, non de aliena pecunia. 85.3.
Infami damnum famæ non est iniuria. 171.20.
Infamis legum obseruatione est indignus. 171.19.
Infamis non potest esse procurator 141.
Infra idem valet, quod intra 130.4.
Infra duos menses obligatus audiendus est in sexagesima prima die 130.6.
Infra summam dicitur etiam, quod summam compleat. 131.10.
Ingenuitas non recipit contumeliam 173.34.
Iniqua, & iniuriosa res est ingenuis hominibus non esse liberam rerum suarum dispositionem 166.8.
Iniquum videtur, vt vnius diei lapsu quis à iure suo excludatur. 131.7.
In iudicio probris non est certandum. 82.
Iniuriam nemini infert, qui suo iure vtitur 124.27.
Iniuriam contemnere magnanimi est 174.35.
Iniuriarū actio non datur vilibus homuncionibus aduersus probos, & nobiles viros 115.4.
Iniurianti licet nobis dicere mentiris. 83.8.
Inscriptiones antiquæ de iure probant. 221.7.
Insignia Gothica apud Europæ Principes. 122.7.
Insignia Gothorum. 122.6.
Insignia nobilium vnico tantùm contenta corpore 122.8.
Insignia, & monumenta antiqua probant 156.15.
Insignia, siue arma apud Romanorum iura, quot, & quibus nominibus denotentur. 124.25.

Insi-

Insignia indicant rei dominium. 124. 24.
Insignia Vrbis Neapolis, omnium præstantissima, & quare. 123. 15.
Insignia apud antiquissimos Græcos, Troianos, Romanos.
Insignia AEgyptiorum, Phrigum Gallorũ, Germanorum, Italorũ, Vlyssis, Achillis, aliorumq; Ducum, Nauis Troianæ, item Alexandrinæ, &c. 122. 2. *cum seq.*
Insignia probant. 119. 10.
Insignia, siue arma sunt Symbolica 123. 16.
Insignium origo inter priuatos. 122. 5.
Insignium siue armorum identitas arguit familiæ identitatem. 33. 7.
Insolubiles quæstiones. 24. 24.
Instante abrogatione pecuniæ, pro abrogata habetur. 87 15.
Instrumenti præsentatio seu liquidatio contra ciuem diuersi fori est nulla ex defectu iurisdictionis. 106.
Instrumentum, quo quis aliquem vulnerat, attenditur, vt noscamus, an de homicidio teneatur 225. 9.
Intentio attenditur, non quod fortuitò euenit 139. 20.
D. Ioannis Austriaci Scomma. 81. 20.
Interest nõ tam mortuorum, quàm viuentium integra habere sepulchra. 228. 5.
Ira feras, pax homines decet. 176. 59.
Iracundiæ impetus excusatur. 100. 5.
Iracundiæ iustum dolorem temperare difficilè est. 100. 5.
Iudex secularis nihil potest in caussa merè sacra. 245. 12.
Iudex secularis an cognoscat de validitate, uel inualiditate collationis beneficij ? 55. 7.
Iudex sit prudens, & sapiens alioquin nolit fieri Iudex. 111. 5.
Iudex ob rerum dubium cogit partes ad concordiam. 25. 28.
Iudex potest moueri ex alijs, quæ non sunt in iudicio. 133. 7.
Iudex, iustam sententiam vendens, infamis. 138. 15.
Iudex nullitatis potest confirmare decretum, non obstante opposita nullitate, si constet de iustitia decreti. 164. 6.
Iudex, condemnando ad rei restitutionem, videtur condemnare etiam ad fructus. 102. 11.
Iudex laicus, qui in causa est competens, videtur esse competens in omnibus, quæ causæ accedunt. 103. 13.
Iudex cognoscit, quæ veniunt in consequentiam executionis, cui enim mandantur præcedentia, & consequentia videntur demandata 103. 16.
Iudex, ex imperitia malè iudicans de vero delicto non tenetur; secùs in Medico, & & quare. 27. 33.
Iudex potest moueri ex alijs quæ non sunt in iudicio. 260. 13.
Iudex potest moueri ex his, quæ non sunt in iudicio per clausulam, in libello appositam; omni meliori modo; vel ex clausula, Deducens omne Ius. 260. 15. *cũ seq.*
Iudex regulariter debet iudicare secundum allegata, & probata: quod sanè intelligas, vbi velit iudicare ex ijs dumtaxat, quæ non sunt in iudicio: secùs si in iudicium sint deducta iura, quæ reddantur clariora ex alijs, quæ non sunt in iudicio. 261. 18.
Et quid hæc in re seruetur in Sacr. Reg. Cons. Neap. vbi agitur, sola facti veritate inspecta. 261. 19.
Iudex in caussa competens est etiam competens in omnibus, quæ caussæ accedunt. 280. 18.
Iudices quandoq; procuratores in Iure appellantur. 144. 25.
Iudicis decretum non potest in plus obligare, quàm pactum, & quare. 189. 8.
Iudicis factum dicitur factũ partis 189. 7.
Iudicia in Regno Neapolitano sunt summaria, & proceditur de bona, & æquo. 133 3.
Iudicij connexitas ampliat iurisdictionem 279. 11.
Iudicio ciuili ob generis, vel dignitatis imparitatem nemo repellitur. 170. 5.
Iulij Clari sententia 81. 23.
Iulius Cæsar Imperator consilio præpolluit. 232. 11.
Et ibi cæteri sapientes Imperatores, ac Duces.
Iura duriora, quorum ratio latet. 27. 34.

Iura

Iura de iuramento ab Aduocatis praestando nunquam consuetudine recepta. 22.18.
Eadem captiosa 23.22.
Iura generis maiorum negligentia non laedit 75.20.
Iura plura quis habens, alterum exercendo, vel repudiando, in altero non sibi praeiudicat 95.17.
Iuramentum calumniae ab Aduocatis non praestandum. 22.17.
Iuramenti de calumnia absurditas. 22.17.
Iuramentum simplex absq; poena ab Aduocatis praestandum, tolerabile 29.43.
Iuramentum assumit naturam contractus, super quo interponitur 113.11.
Iuramentum fidelitatis, olim praestitum à Ciuitate Neapolis suis Regibus non ab Electis, sed ab ipsis Plateis Nobilium, & popularium fuit praestitum, quia Electi verè non repraesentant Ciuitatem, sed ipsa Platea, conuocato concilio 187.4. cum seq.
Iuramentum calumniae caret certa forma 29.42.
Iurandi praeceptum de calumnia ab Aduocatis praestandum, totam Ciuitatem subuertit 29.43.
Iure suo vtens, nemini facit iniuriam 114.27.
Iuri publico priuatorum pactionibus non derogatur. 265.18.
Iuris praesumptio transfert onus probandi contrarii in partem aduersam 119.11.
Iuribus facultatis ex non vsu non infertur praeiudicium. 265.17.
Iuribus, potestatiuis ex non vsu non infertur praeiudicium 35.19.
Iuribus gentilitiis maiorum negligentia non praeiudicat. 223.17.
Iuribus facultatis ex non vsu non infertur praeiudicium. 223.16.
Iuribus potestatis per non vsum non infertur praeiudicium 75.19.
Iuribus facultatis ex non vsu non infertur praeiudicium. 159.32.
Iuribus merae facultatis ex non vsu nullum infertur praeiudicium 120.14.
Iuribus, quae sunt facultatis non praescribitur. 43.11.
Iuris ciuilis positiua, & incerta ratio 27. 33.
Iurisconf. & Aduocati Sacerdotes dicuntur 21.15.
Iurisconsulti legum duritiam, & fallaciam fatentur 28.35.
Iurisconf. in dubiis, & perplexis quaestionibus in vtroque foro excusantur 28.37.
Iurisconsulti Poetarum auctoritate vtuntur ad causarum decisionem. 244.5.
Iurisconf. & legislatores sibi ipsis contrarii 27.32.
Iurisconf. ex professo inter se contrarii 26. 31. vers. Alii veritatis.
Iurisconf. & Glosatores legum rationem ignorarunt, & indecisas quaestiones reliquerunt 24.24.26.
Iurisconf. honorati, liberi, diuites, pulchri Regum Reges, vno tantùm Ioue minores 21.16.
Iurisconf. multi inter Coelestes Diuos relati ibi.
Iurisconf. & Aduocati magis merentur, quàm Carthusienses &c. 21.15.
Iurisconf. Aduocatorumq; munus Reip. perquam vtile, & necessarium 21.14.
Iurisconf. & Aduocati magnis Iudicibus, & Magistratibus non incideant, quòd ipsi stent, illi sedeant &c. 20.13.
Iurisconf. & Aduocati ab omni onere immunes, adeò, vt neq; volentes subiugari queant. 20.12.
Iurisconf. & Aduocati nostrae tempestatis è Procerum, & Magnatum genere 20.7.
Iurisconf. & Aduocati ex eadem Imperiali gente Anicia, & Perleonia 19.6.
Iurisconf. iidemq; Imperatores 19.5.
Iurisconf. & Principes ex eodem Imperiali genere 19.4.
Iurisconf. & Principes iisdem insignibus honestantur. 19.3.
Iurisconsul. Honorati, Ill. Magnifici, Egregii, Celsiores, Clariss. Splendidissimi, Nobiliss. Excellentiss. Eminentiss. Sublimiss. Gloriosiss. 19.2.
Iurisconsultorum dignitas quanta sit 19. cum seq.
Iurisconf. persona ab Imper. cum Imperialis vitae periculo protecta. 20.10.

Iurisconſ. & Galliæ Rex pari honore à Pont. excepti 20. 11.
Iurisconſul. destinatus Imperator. 20. 9.
Iurisconſ. Cæſarum parentes, & maiores, vel ſaltem amici dicuntur, nunquàm ſubditi. 20. 8.
Iuriſdictio ampliatur ratione connexorum, & accedentium. 103. 13.
Iuriſdictio ampliatur ratione connexorum, & accedentium. 103. 15.
Iurisperitus doctoratus dignitate carens in Regno Neapolitano, aſſeſſoris officio fungi poteſt. 136. 2.
Iurium varij, imò contrarii intellectus. 28. 36.
Iurium ſuorū defenſio cuique licet. 125. 30.
Ius conferendi, licèt ſpirituale, poteſt nihilominus competere laicis, & priuatis perſonis ex priuilegio, & diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ; imò poteſt competere etiam fœminis. 165. 5.
Ius feudale non cognoſcit portionem legitimam. 59. 4.
Ius honeſtatis ab omni debito ſuperioritatis exceptum. 170. 11.
Ius gaudendi conſeruatur per cæteros de familia. 36. 18.
Ius gaudendi ſedilis honoribus præſumitur antiquum, & originarium. 220. 2.
Iuſpatronatus Eccleſiaſticum laicale, & miſtum in quo differant. 53. 3.
Iuſpatronatus Eccleſiaſticum requirit concurſum, ſecùs Iuſpatronatus laicale, vel miſtūm. 52.
Et quid in Eccleſia, quæ præſentat, accedente conſenſu laicorum. 52. 2.
Ius publicum priuatorum pactis non læditur. 232. 6.
Ius perueniens ex cauſa de præterito, conualidat iudicium, maximè ante concluſum. 134. 12.
Ius proueniens ex cauſa de præterito, confirmat, & conualidat iudicium. 163. 2.
Iuſtitia virtutum omnium condimentum, & regina. 171. 15.
Iuſto dolori parcendum quod limita in ſordido, & infami homine, qui legum obſeruatione eſt indignus. 171. 19.
Iuſtum dolorem continere durum. 190. 5.
Iuſtum dolorem temperare difficile eſt. 83. 15.

L

Aborare quis non præſumitur pro ſe depauperando. 109. 15.
Labori, & humilitati cælùm patet. 177. 63.
Laicus ſuccedens Eccleſiaſticæ perſone tenetur ſtare foro eccleſiaſtico. 68. 4.
Laudimium, ſeu quinquageſima quonam pacto liquidentur. 181. 10.
Laudimium duplicatum an debeatur, emphyteotica re in dotem data, & ſoluto matrimonio, reſtituta. 181. 5.
Laudemium an debeatur in venditione cū pacto de retrouendendo: & an ſecuta retrouenditione, duplicatum debeatur laudemium? 180. 2. 3.
Laudimium an debeatur ſubconcedenti, ſeu liuellanti. 182. 12.
Laudimium debetur de toto valore, deque omni melioratione, dempto ſolùm valore annui canonis. 181. 10.
Lectus vidualis debetur viduis. 241.
Legalis ſapientia pars Theologiæ. 21. 15.
Legari non poteſt hæredi. 145. 4.
Legatarii conditio attenditur. 49. 8.
Legatarium, & hæredem eſſe, ſunt duo contradictoria. 145. 5.
Legata Titio ſub conditione, quod deferat nomen, et familiam teſtatoris, an debeantur Titio effecto Monacho. 239. 29.
Legata, aut relicta in teſtamento negantes, aut differētes grauiſſimè peccāt. 201. 50.
Legatis Bertę mille, ſi nupſerit, quingentis ſi efficiatur Monacha; an Berta effecta monacha conſequatur mille contra votum teſtatoris. 236. 3.
Legato vxori lecto, non venit culcitra, quę viduis non conuenit. 49. 8.
Legatum factum hæredi, venit in reſtitutione fideicommiſſi. 145. 6.
Legatum an compenſetur cum quarta. Auth. præterea C. vnde vir, & vxor. 241. 8.
Legatum compenſatur cum debito neceſſario inducto à iure: ſecus in voluntario. 341. 2. 3.

Legatum hæredi, etiam vniuersaliter instituto, nunquàm venit in restitutione fideicommissi 146.11.
Legatum quantitatis hæredi factum, non venit in restitutione fidei cõmissi. 146. 8.
Contraria regula militat in legato speciei. ibi.
Et quid in debito confesso ibi.
Legatum mobilium domus quid importet 48.2.
Legatum factum fauore familiæ, intelligitur gradatim, attento ordine succedendi. 90.
Ad illud admittuntur primò vocati, & ab eis descendentes, quibus deficientibus proximiores. ibi.
Legatum librorum, factum medico, restringitur ad libros medicinales 49.7.
Legatum suppellectilium domus non comprehendit libros, nec arma. 48.3.
Et an libros non completos, & an manuscriptos ibi.
Et quid si mobilia opponantur stabilibus. ibi.5.
Legatum, & confessio debiti à testatore facta idem valent. 145.2.
Leges duriores, quarũ ratio latet. 27. 34.
Leges nouæ non obligant ante bimestre 113.7.
Leges nouæ trahuntur ad contractus de preterito, quatenus eorum executio pendet de futuro 113.8.
Leges nouæ non retractant, quod iam gestum est: at secùs in executione facienda 113.5.
Leges nouæ trahuntur ad præterita, quatenus pendent de futuro. 112.3.
Leges ad præterita non reuocantur, sed futuris dant formam negotijs 112.
Quod sanè intelligas in actione, secùs in executione, quæ habet locum in actu preterito ibi.
Legislatores in dubijs, & perplexis in vtroque foro excusantur 28.27.
Legislatores legum duritiem, & fallaciam fatentur. 28.35.
Legislatores sibi ipsis contrarij. 27.32.
Legislatores in legum ratione substiterunt; imò indecisas quæstiones reliquerunt. 24.26.
Legis prohibitio impedit dominij translationem 150.17.
Legitima portio, filijs debita, non admittit onus, siue grauamen. 256. 13.
Legum varij, imò contrarij intellectus. 28. 36.
Legum ciuilium positiua, & incerta ratio 27.33.
Legum humanarum inconstantia ibi.
Legum interpres praxis. 23.19.
Legum interpres est praxis. 128. 7. 152. 30.
Lex de iuramento ab aduocatis præstando captiosa. 23.22.
Leones in insignibus vnde originem trahant 122.8.
Libellum sufficit continere factum licet actionis nomen solenniter non exprimatur 111.4.
Libellus in dubio præsumitur idoneus. 133.4
Libellus sustinetur quoties ex larga significatione vocabuli quid in eo contineri possit. 133.4.
Libellus sustinetur quoties res sunt annexæ, & connexæ cum narratis. 133.4.
Libellus ineptus, vel erroneus potest corrigi in articulis. 133.
Liberationis fauore latior fit interpretatio. 130.2.
Liberatio generalis restringitur ad quantitatem solutam 269.5.
Libertatis fauor multa permittit. 143.12.
Libertatis fauor maior est, quàm legitima portio. 195.15.
Libertus contra patronum impunè se defendit. 89.12.
Linguæ lubricitas quandoque excusatur. 100.7.
Liquidum habetur, quod de proximo venit liquidandum. 248.4.
Literarum fauor ampliandus 49.11.
Literarum dignitas aduersus arma longè extollitur 232.11. *cum seq.*
Literæ in Regno Neapolitano armis præferuntur. 233.16.
Lite contestata si quis alienet, tenetur vti possessor. 111.8.
Lites incogruunt bonis viris, præsertim piorum locorum præfectis. 129.16.

Lites celeriter terminari conuenit 142. 6.

Litigiosum non inducitur per simplicem actionem personalem. 189.9.

Litis dubius euentus; ideoq; iurgentes fortunam experiuntur 28.39.

Locatio cum perceptione fructuum probat possessionem. 254.3.

Locationes plures probant possessionem, etiã non demonstrata perceptione fructuum. 254.4.

Locus sacer quid nobis denotet 200.45.

Locus quilibet per mortui illationem fit sacer: quod amplia ad prædium commune, socio prohibente. 200.44.

Lubricum linguę non est ad pœnam trahendum. 100. 7.

M

M*Agna Cur. Vicar. in criminalibus non procedit in his, quæ vertuntur in Sacro Conf. nisi prius facta relatione in ipso Sacro Conf.* 82.2.

Magnanimi est iniuriam cõtẽnere. 174.35.

Magni Cancellarij officium sextum in ordine supremorũ Regni Magistratuũ valoris centummilliũ, eiusq; dignitas. 41.3.

Maior magis est placabilis. 174.43.

Maior, minori iniuriam inferens, an impunè hoc faciat, adeo vt non teneatur respondere ratione imparitatis, confutata, Alciati, & aliorum opinione. 169.

Maior est, qui confirmat, quàm qui instituit: ideoq; in baptismate sufficit simplex Sacerdos: at in Chrismate requiritur Episcopus. 53.9.

Maiores maiora pietatis, eo clementiæ exhibent exempla. 45.4.

Maioribus debita reuerentia tribuenda. 172.27.

Maiorum negligentia in his, quæ generis sunt, non præiudicat. 36.20.

Maledicendi, et conuitiandi temiritas cohibenda. 82.

Maledicentia dici non debet, quæ veritate nititur. 83.7.

Malum toleratur ob bonum inde exoriens.

Mandatum decet esse gratuitum. 137. 9.

Mandatum, factum minori, an valeat, & an pœna exigi possit 246.

Mandatum, quod non tenet respectu principalis, multò minus tenet respectu aliorum. 246.20.

Maritalis copula naturam ipsam videtur superare 227.18.

Maritus ob adulterium perdit alimenta: quod intellige de alimentis ad statu conditionem: secus ad vitæ sustentationem. 6.6.

Maritus non tenetur vocare vxorem Dominam, licèt vxor teneatur vocare virum Dominum. 230.38.

Maritus tenetur alimentare vxorẽ. 241.5.

Masculorũ vocatio, & contẽplatus familiæ fauor est sufficiens ad inducendum fideicommissum fauore familiæ. 159.9.

Mater nobilis in Regno Neapolitano nobilitat. 140.36.

Mater, transiens ad secunda vota, an remouenda à filiorum educatione 243.

Mater, donans filio, an præsumatur cogitasse de filijs, si sit iuuenis, & secundo nuptura 60.7.

Mater donans primogenito feudum, susceptis postea alijs filijs, num possit donationem infringere 60.5.

Matricula est necessaria ad hoc vt scholares, & Doctores gaudeant eorum priuilegio. 41.

Matrimonialis causa admittit sententiam secundùm rei veritatem, etiam non conformem libelli. 134.11.

Medicinalis scientiæ dignitas. 75.22.

Medicinalis scientia nobilibus viris non incongruit. 75.21.

Medici Patritij Neapolitani recensentur. 75.22.

Medici genere nobiles, & illustres recensentur. 57.3.

Medici tenentur ad studium septennale probandum per matriculas, & testes copulatiuè 41.

Medicorum, ac medicinalium bonorum priuilegia in vltima infirmitate. 193.

Medicus, ex imperitia male curãs, veri delicti reus: secus Iudex, & quare 27. 33.

Medicus Principis comparatur Comiti, imò Duci. 75.21.

Mercator non dicitur ex vnico actu, sed ex professo negatiator. 79.14.
Mercator non dicitur, nisi qui maiorem partem bonorũ in mercatura habeat. ibi.
Mercatura nobilibus incongruit 137.5.
Merces amicitiæ contraria. 137.9.
Merces, & pretiũ operãtur delictũ 138.17.
Merces procuratoris, & Aduocati palmarium, & honorarium dicitur. 139. 25.
Meretrix turpiter facit, non autem turpiter accipit. 178.3.
Meretrix sibi promissa de iure non potest petere. 178.3.
Metalla in armis, siue insignibus quæ nam sint. 121.9.
Metalla, & colores quonam pacto inter se in insignibus coniungantur 124.22.
Metallorum encomia 123.20. & 21.
Miles tàm armatæ, quàm Coelestis militiæ non tenentur præstare donata turpi personæ. 178.5.
Imò data repetunt. ibi.
Minor data potest repetere. 178.4.
Minor, scholaris, & Clericus data repetunt. 178.5.
Minor non tenetur ex mutuo, etiam probata numeratione. 178.
Minor præsumitur ipso iure læsus ex mutuo. 178.
Limita, nisi mutuãs ostenderit mutuum, versum in minoris vtilitatem. 178.
Minori an possit fieri mandatum sub pœna 246.17.
Missio in possessionem non reuocatur, licèt nulla fi de nouo veniat de iure facienda. 164.7.
Mites terram possident. 174.36.
Mobilibus legatis quid veniat 48.2.5.
Mobilium appellatione an veniat pecunia numerata, & an aurum, & argentum 49.14.
Et quid in parua pecunia ibi.
Monachus est mortuus seculo. 239.31.
Monasterium an sit loco filiorum ad intell. S. sed, & hoc præsenti. Authen. de Sanctis Episcop. 238.15. cum seq.
Moneta zannetta quænam sit apud Neapolitanos 86 13.
Monomachiæ fallacia refellitur. 170. 4. cum seq.
Monumenta antiqua probant. 156.15.
Monumenta, seu antiquæ inscriptiones de iure probant. 221.7.
Monumentis antiquis de iure creditur. 118.6.
Mors æquipollet iuramento 201.47.
Mortis cogitatio sola sapientia inter mortales. 202.55.
Mortis memoria quanti sit. 197.28.
Morienti magis, quàm viuenti fides præstatur. 201.47.
Mortui chirographum semiplenè probat. 201.47.
Mortui testis, aut Notarij fides adaugetur. 201.47.
Mortui testis augetur fides. 158.25.
Mortui iusta persoluens, aut funus ducens, vel sequens, non potest in ius vocari, aut quicquàm turbari. 199.41.
Mortui solius vera laus. 202.53.
Mortui ciuili iure sacri dicuntur, & locus per mortui illati.nem sacer efficitur; quod amplia, & 200 41.
Mortui sunt lugendi, aut deplorandi, idq; pietatis ratio postulat. 200.43.
Mortuis facta impensa maior habetur, quàm facta viuentibus. 201.47.
Mortuis debetur lumen, quod viuentibus Heroibus denegatur. 200.45.
Mortuo fit honor, eidẽq; fit iniuria. 199.35.
Ad Mortuos honestandos viuentes cruento spectaculo occumbebant. 201.51.
In Mortuos grauius peccatur, quàm in viuentes. 19.18.
Mortuorum scripturis magis credendum, quàm viuentium. 201.47.
Mortuorum priuilegia, & ratio tantorum priuilegiorum subnectitur. 202.55.
Mortuorum conditio viuentium conditioni longè præstat. 202.54.
Mortuorum fauore exequenda sunt disposita, vel etiam turpia, & impossibilia 201.52.
Mortuorum interest sepulchra in templis habere illæsa. 197.26.
Mortuorum cadauera olim cremabantur, & quare 196.24.
Mortuorum turbans sepulchra, infamis, & sacrilegij reus, 196.21.

Mortuorum ædes plus habent venerationis, quàm viuentium Basilicę. 200.45.
Mortuorum priuilegia recensentur. 194.8.
Mortuorũ dona, aut oblationes negãtes, aut differentes, grauissimè peccant. 231.50.
Mortuus dicitur laborans in extremis. Esse quem in extremis quomodo intelligatur ibi.
Mortuus non potest à creditoribus quicquàm turbari. 199.38.
Mortuus, quantumuis in vita delinquẽs, & facinorosus, puniri non potest. 198. 34.
Mortuus, ad locum interdictum duci non prohibetur, puta exul, vel deportatus, quod viuenti non tribuitur. 196.19.
Mortuus Episcopus non prohibetur uti pallio in altena Diœcesi 200.46.
Mortuus, si à mortuis resurgat, an puniri possit 198.34.
Mulier ex accidenti alibi pariens, censetur in patria peperisse. 78.6.
Muliebris sexus infirmitas, & miseria. 187.17.
Mulier, fideiubens pro viro mortuo non iuuatur Velleiano, secùs pro viro viuente. 201.49.
Mulier, extantibus liberis, non potest disponere ꝗ de decima dotium virtute consuetudinis Neapolinæ. 127.
Mulier, simul cum viro obligata, præsumitur læsa, Rodorici doctrina declarata. 186.9.
Mulier dicitur principalis, quoties pecunia ei soluitur, & ideò cessat Velleianum. 186.4.
Mulieri sẽper succurritur, ubi pecunia soluta sit versa in alterius beneficiũ 187.16.
Multa pro publica utilitate contra iuris regulas sunt statuta. 142.7.
Multa ob quotidianam erroris consuetudinem tolerantur 143.10.
Multa inter contrahentes proponuntur, & tractantur, quæ non perficiuntur. 85.5.
Multa honestè accipiuntur, quæ inhonestè petuntur. 139.19.
Multa licent sine pretio, quæ aliàs non licerent. 138.12.
Multa conceduntur pro tuitione iurium. 125.30.
Multa pro libertate, & pro pace contra iuris regulas permittuntur. 143.12.
Multa contra consuetudinem pro communi utilitate sunt recepta. 143.11.
Muta turpia sunt, quæ sine pretio non infamant. 138.17.
Multa licent, quæ honesta non sunt. 142.9.
Multa licent, quæ non expediunt. 142.8.
Multa honestè accipiuntur, quæ tamen inhoneste petuntur. 178.3.
Munera duo si cui competant, minimum exercendo, in maiori, non sibi præiudicat. 85.17.

N

Neapodani Neapolitani magna auctoritas 98.9.
Natura Principatu potentior 271.18.
Naturale vitium est negligi, quod communiter possidetur 125.3.
Naturalis synteresis ligat etiam Imperatores 233.17.
Naturalis suasio, siue synteresis, & communis praxis præfert armis literarum gloriam 233.17.
Natus antequam pater effectus sit Doctor, an dicatur filius Doctoris 80.19.
Natus antequam pater effectus sit Rex, an succedat in Regno 81.21.
Natus ex matre nobili, licèt ex plebeio patre in Regno Neapol. est nobilis 140.36.
Natus in aliquo loco æquiparatur habenti maiorẽ partẽ bonorum in eo loco 79. 11.
Neapoli olim quilibet nobilis gaudebat nobilitatis prærogatiua in regione, seu quarterio suo 264 13.
Neapoli, & in eius Regno iudicia sunt sũmaria, & proceditur ex bono, & æquo, sola facti veritate inspecta, omnique legum subtilitate postbabita 133 3.
Neapolitana Ciuitas repræsentatur per sex plateas, quinque nobilium, & vnam popularem 185.
Et an repræsentetur per Electos ibid.
Necare dicitur, qui necessarium denegat victum 64.
Necessitas agendi excusat 105.7.
Nec verecundiæ, nec dignitati conuenit quidquid non iure fit 173.29.

Negligens curam sibi imputet, si ex negligentia moriatur 116.11.
Negligitur quod communiter possidetur. 125.31.
Nemo testis in caussa propria 96.26.
Nemo præsumitur sua sponte velle se illaqueare 178.13.
Nihil est, quod hominib. magis debeatur, quàm supremæ voluntatis libertas 195.12.
Nihil tam conueniens est naturali æquitati, quàm voluntatem domini volentis rem suam in alium transferre ratam haberi 166.9.
Nobiles Neapolitani supplicauerunt Regi pro allectione ad Sedilia cæterorum Nobilium extra sedilia 265.15.22.
Nobiles cum sui ordinis nobilib. conuenire debent 264.7.
Nobiles, & Illustres viri melius, ac dignius regunt Ciuitatem 264.9.
Nobiles pluris faciunt honores, quod diuitias 232.
Nobiles non debent esse deterioris conditionis quam plebei 264.32.
Nobiles nobilium pœnis multandi 140.32.
Nobiles inclytæ Ciuitatis cæteris nobilibus inferioris loci sunt præferendi 266.24.
Nobiles sordida ministeria dedecent 137.6.
Nobiles mercatura dedecet 137.5.
Nobiles cum plebeis non sunt confundendi 123.17.264.8.
Nobili Procuratoris officium non incõgruit, dummodo sine pretio hoc agat 138.11.
Nobilib. proprium est, & debitum gaudere in propria patria nobilitatis honoribus 157.17.
Nobilib. aliena negotia exercentibus non licet mercedem petere, & quare 137.7.
Nobilibus debitũ est gaudere in propria Patria nobilitatis prorogatiua, & ita in dubio præsumẽdũ 72.5.161.4.93.5.221.8.
Nobilis magis delinquit, quàm plebeius 172.26.
Nobilis probatur per qualitatem, & conditionem nobilibus propriam 94.10.
Nobilis nunquam censetur fraudatus honorib. in propria patria 161.5.
Nobilis debet gaudere prærogatiua nobilitatis in ea regione, in qua habitat 3.12.93.7.8.
Nobilissimum vindictæ genus est parcere 174.41.
Nobilitas an transeat ad ascendentes 81.25.
Nobilitas conseruatur per cæteros de familia 159.31.
Nobilitas in Regno Neapolit. quæritur spatio triginta annorum 140.35.
Nobilitas in Regno Neapolitano quomodo præscribatur 266.23.
Nobilitas Neapolitana extra sedilia ad honores sedilium de iure allicienda 263.
Nobilitas Neapolitana à popularib. distincta 96.23.
Nobilitas Neapolitana vna est, licèt in pluribus quarteriis diuisa 96.26.
Nobilitas vnica est in familia, ideoq; conseruatur per quemlibet de familia 75.18.
Nobilitas etiam per leues probationes fundatur 73.10.
Nobilitatis priuilegia conseruantur per coniunctos 123.15.
Nobilitatis prærogatiua potest quis gaudere in pluribus locis 95.17.
Nomen arguit effectum 88.
Nomen alicuius ferre iussus, & arma ferre debet 124.26.
Nomina in familia continuata probant consanguinitatem 34.11.118.5.
Nominatio declarat, & cõseruat ius 75.17.
Nominatio illorum de familia probat consanguinitatem, & constituit nominatum in quasi possessione 35.15.74.14.
Non entis nulla sunt partes 108.5.
Notario stipulante pro absente, quæritur actio absenti; Et an non nato, & an irreuocabiliter ante acceptationem. Et quid vbi possessio fuerit translata in donatarium 208.5. *cum seq.*
Notarius Apostolicus num valeat conficere instrumentum inter Laicos in Regno Neapolitano, Et quid, vbi adsit Iudex Regius 256.16.
Notoria, prob atione non egent 229.27.
Nulla liquidatio, nullam parit pœnam 164.87.

Quod

Quod limita, vbi constet de iustitia ibid.
Nullitas iniqui facti nō excusat à pęna iniquitatis 164.9.
Nullitas Decreti ordinis non officit, vbi cōstet de iustitia 164.7.
Nullitas opposita remittitur arbitrio Iudicis, qui potest eam reijcere, & confirmare Decretum; vbi constet de iustitia Decreti 164.6.
Numerus singularis pro plurali 272. 23.
Nuptiæ spirituales non debent esse deterioris cōditionis, quàm temporales 236. 3.

O

Obligatio metu carceris extorta est nulla 218.22.
Obligatus ad factum, re perempta, tenetur ad interesse 109.10.
Obligatus ad factum, contestata lite, præcisè compellitur ad interesse 109.12.
Obligatus infra duos menses aliquid facere, audiendus est in sexagesima prima die 191.6.
Obligatus prima die sistere in iudicio, audiendus est secunda die 191.7.
Obligatus vendere, sufficit, quod semel offerat, vt possit postea alij vendere 190.
Obligatus vendere domum non tenetur eam dismembrare, si commodam diuisionem non recipiat, 188.
Occasio fraudis est vitanda 249.17.
Occidens patremfam. tenetur filijs ad interesse pro tempore, quo occisus poterat viuere 115.7.
Occidens coniugem grauius peccat, quàm qui patrem, vel matrem occiderit 65.2.
Occidere dicitur necessaria denegans alimenta 64.
Odiosa non admittunt extensionem neq; ex maioritate rationis 246.19.
Offensus præsumitur, qui primò aggreditur 115.3.
Officium Magni Cancellarij sextum in ordine supremorum Regni Magistratuū valoris cētū milliū eiusq; dignitas 41.3.
Officium Procuratoris honestum, & nobile, contraria opinione improbata, ac tex. in l. si quis procuratione C. de Decurionib. lib. 10. suo nitori restituto 136.3. 4.
Omissa non vitiant, si non sint de substantia 260.11.
Omne dicens nihil excludit 151.23.
Opinio communis contra communē 27.32.
Opiniones DD. in iure variæ, immo contrariæ 23.23.
Opiniones communes sæpius ignorantur. 25.30.
Ordo non attenditur in his, quæ mistim pertractantur 232.8.
Ordo scripturæ est attendendus 94.11.
Ordo scripturæ an sit attendendus 233.8.
Ordo intellectus, & iuris literæ præfertur 232.10.
Ordinum, familiarumq; dignitas salua esse debet 123.17.
Origo potior est allectione 156.9.
Originalitas ex quibus probetur 162.9.
Originarius quis dicatur 161.6.
In originarijs ius gaudendi spectat ad omnes de familia, etiam transuersales 161.7.
In originarijs cessat præsumptio allectionis 161.8.
Maximè si cæteri de familia sint æquè nobiles ibid.

P

Pacis fauor multa permittit 143.12.
Paciscí de patrocinij pretio turpe est 139.21.
Pactum de retrouēdenda re emphyteotica, ex interuallo appositum, secuta retrouenditione, an pariat duplicatum laudemium 181.6.
Pactum de retrouendendo, & enormissima læsio præstant argumentum vsurariæ prauitatis 108.4.
Pactum de retrouendendo dicitur intentatum per oblatam compensatiōnē 108.6.
Pactum de retrouēndendo non tollit naturam veri contractus emptionis, & venditionis 108.1.
Pactum doti præiudiciale reijcitur 128.13.
Pactum, vt quis possit conueniri in omni curia, & foro, est de Iure nullū 106.3.
Paragio non soluto, an vocetur filia ipso iure ad successionem An verò necessaria sit

sit sententia contra fratres, vel ipsorum haeredes 39.7.
Paragium an possit peti contra tertium possessorem feudum possidentem. 38.
Et an in subsidium 38.2.
Et quid si filia sit haeres matris 38. 13.
Parcere, quàm vincere praestat 46.9.
Parentela, seu vetus consanguinitas fundatur ex inditijs, seu praesumptionibus 34.12.
Item ex enunciatiuis ibid.
Parentelae, seu cognationes arguunt familiae nobilitatem. 33.6.
Parentes per quinquennalem taciturnitatem praesumitur cogitasse de filijs 60.9.
Parentum prouidentia erga filios nulla maior. 2.43.
Parendum praeceptis, quasi Deo parendum 244.3.
Paria sunt esse quem condemnatum, vel de proximo condemnandum. 163.5.
Paria sunt esse liquidum, vel de proximo liquidandum. 163.4.
Paria sunt esse aliquid factum, vel de proximo faciendum. 248.4.
Paria sunt dicere ante 15. diem, & infra 15. diem. 130.3.
Paria sunt dicere die 10. Kalend. vel ante diem 10. Kalend. 130.
Paria sunt non esse, & nullum de iure esse, & non entis nullae sunt partes 107.6.
Paridis à Puteo sententia in materia duelli 169.3.
Parum refert esse tale, nisi in eo conseruetur 125.30.
Parum, & nihil aequiparantur 115.10.
Pater plus diligit filium, quàm se ipsum. 243.
Pater potest alienare bona filiorum, vti legitimus administratur sine decreto. 244.2.
Pater, vti legitimus administrator, an possit alienare bona filij minoris absque decreto 89.8.
Pati, quàm facere scelus, praestat. 175.51.
Patiens viro forti potior 173.31.
Patientia ratione officij non praeiudicat.
Patriam dicitur colere, qui per accidens alibi reperitur: quia non dicitur quis esse in eo loco, in quo ad tempus reperitur 78.4.
Patrias duas potest quis habere 96.15.
Patritiatus originis dicitur competere ex causa naturali, & necessaria; patritiatus verò allectionis ex causa contingenti, & voluntaria, quae in dubio non praesumitur 155.6.
Pax homines, Ira feras decet. 176.59.
Pecunia destinata ad emptionem stabilium, reputatur quid stabile 50.18.
Pecunia in Banco existens reputatur quid stabile 40.17.
Pecunia parua, & magna qua ratione distinguantur 40.15.
Pecunia praesenti res carius, solutione post tempus facienda vilius veneunt, quod contra regulas Neapoli aliquando contigit. 87.16.
Pecuniae imbursatio facit quem principalem 113.9.
Peius est iniuriam facere, quàm accipere. 175.52.
Percutiens calce, vel corrigia, vel alio instrumento non directo ad necem, non tenetur de occiso 115.
Peregrinus, & incola, in quo differant 79. 12.
Peritia sola facit doctorem, quemadmodum strenuitas militem. 234.20.
Peritior, ergo melior, & nobilitor. 234.20.
Peritus imperito praefertur, adeò vt peritus scholaris imperito Doctori praestet 234. 18.
Peroratio ad Principem pro abolendo praecepto de iuramento calumniae 50.44.
Petere, & eligere in quo differant 68.6.
Petere quis non dicitur ante litis contestationem, sed velle petere 68.5.
Et quid in electione fori ibid.
Philippus ex illustri familiae surgenti laudatur. 173.30.
Philosophia est perfectae, animos refrenare. 174.46.
Philosophi, & Medici tenentur ad studium septemnale 41.
Physica longè praestat Chirurgiae 57.3.
Physici, & Medici Viri nobiles, & patricii recensentur 57.3.

Phy-

Physicus, idemq; Chirurgus simplici Chirurgo præfertur. 58.9.
Physicus, idemq; Chirurgus, exercendo simplicem Chirurgiam, an sibi prçiudicet in dignitate physicali 58.8.
Plebei cum nobilibus non sunt commiscendi. 264.8.
Plebei non debent esse melioris conditionis, quàm nobiles. 264.10.
Plebei vsurpantes nobilium insignia, falsi tenentur 123.18.
Plebei cum nobilibus non commiscendi. 123.17.
Plures eiusdem nominis, & agnationis prçsumuntur ęquè guadere familię bonoribus 157.20.
Poena non debetur ex nulla liquidatione. 464.8.
Quod limita vt ibi.
Poena triginta millium à Regni Vicario indicta, an sustineatur de iure 246.18.
Poena, quę non debetur respectu principalis, multò minus debetur respectu aliorum. 246.20.
Poenalia non admittunt extensionem de persona ad personam, etiam ex maioritate rationis. 240.19.
Poetarum authoritas in Iure admittitur 141.3.
Poetarum sententię ad causarum decisionem allegari possunt. 244.3.
Populi pars alteri parti prçiudicare non potest. 265 19.
Possessio intelligitur translata in donatarium per reseruationem vsufructus factam per donantem. 211.25.
Possessio antiquorum sepulchrorum arguit identitatem sanguinis, et descendentiam 155.2.
Possessio antiquorum bonorum arguit identitatem sanguinis, & descendentiam ab eodem stipite 154.
Possessionis verbum potest importare proprietatem 127.4.
Possessor anterior per constitutum præfertur possessori, habenti corporalem possessionem, postea quęsitam. 211.28.
Possessor dolo desinens possidere, tenetur, ac si reuera possideret. 111.6.
Possessor est conseruandus, & manutenendus in possessione, etiam si possessio sit vitiosa 54.11.
Possessor rei emphyteoticæ emens absq; onere annui canonis, postquàm rem alienauit, an teneatur pro tempore, quo possedit, & qua actione, reali, vel personali 110.
Possidens per inuestituram, seu constitutum habet ius retinendæ, & recuperandę possessionis per interdicta vti possidetis, & vnde vi. 211.29.
Possidenti per inuestituram, seu constitutum licet propria authoritate intrare fundum, si per alios reperiatur occupatus. 212.30.
Postulare quid sit in Iure 143.17.
Potentia actui proxima pro actu habetur. 248.8.
Potentiam ambientes, iniuriam dissimulant. Hinc salix flectitur, sed ligat. 174.36.
Prçcedentia declarant subsequentia 269.4.8.
Prçiudicialia in Regno Neapolitano sunt sublata, ideoq; exceptio falsitatis non impedit cursum iudicij ciuilis. 259.7.
Prælatio fortior est, quàm congruum. 98.3.
Prælationi non est locus, quoties Dominus directi non agit pro se, sed pro alio 98.4.
Præponens aliquem certo loco, illius contractibus tenetur. 102.9.
Præscriptio contra facultatem prohibendi non currit, nisi à tempore, quo fuit prohibitum, & prohibitioni contradictum 43.10.
Præscriptio non currit contra rationabilem legem 43.12.
Præscriptio negatiua non currit, nisi à tempore prohibitionis. 265.16.
Præscriptio ędium, ac possessionum, licèt longo tempore inducatur, sepulchra tamen nullo vnquam tempore præscribuntur. 196.22.
Præscriptio rerum Ecclesiæ, vel fiscalium quomodo procedat in acquisitis, & incorporatis, & quomodo in acquirendis, & non dum incorporatis 89.6.

Præscriptum est contra iuramentum de calumnia, ab Aduocatis præstandum. 23.20.

Præsens, & patiens non sibi præiudicat in suo iure, seu credito: scit enim suum ius duraturum. 105.6.

Præsentia arguunt præterita 96 23.

Præsentia, & taciturnitas an præiudicet sine actu positiuo 38.4.

Præsentia simplex non sufficit in his, quæ præiuditium inferunt, sed requiritur actus positiuus. 105.6.

Præsentare, & assentire præsentationi, an differant 53.4.

Paria sunt facere, vel facto assentire ibid.

Præsumitur quis facere, quod sui antecessores fecerunt. 34.11.

Præsumitur quis talis, qualis appellatur 73.9.

Præsumitur quis negotiari de propria, non de aliena pecunia, 85.3.

Etiam si aliena negotia administret, ex qua administratione magnam percipiat pecuniarum quantitatem. 85.4.

Quod intellige, si administrans habeat de proprio 86.10.

Præsumptio transfert onus probandi contrarium in partem aduersam 222 9.

Præsumptio iuris facit intentionem fundatam. 73.11.

Præsumptio transfert onus probandi contrarium in aduersam partem 95.20.

Præsumptio iuris quid operetur, & quos effectus producat 35.15.

Præsumptio iuris veritas est 35.15.

Præsumptio transfert onus probandi cõtrarium in partem aduersam. 119. 11. 157.17.

Præsumptiones, & inditia probant consanguinitatem 73.8.

Praxis legum interpres 23.19.

Praxis optima legum interpres. 128.7.

Pretij quantitas indicat quid veniat in venditione 128.10.

Primò nominatus videtur dignior. 282.4.

Primò agrediens in delictis tenetur: quod amplia etiam ad bruta animalia 115.3.

Principali rescisso, rescinditur, & accessorium. 102.6.

Principalis is est, qui in contractu est prænominatus, & super cuius bonis contrahitur. 186.2.

Principalis intentio attenditur, non quod fortuitò euenit. 139.20.

Principalis is dicitur, ad quem pecunia peruenit: cæteri enim habentur loco fideiussorum 113.9.

Principe nihil vnquam mitius, nihil clementius. 46.8.9.

Principes clementiæ nomen iactitarunt, omisso Maiestatis, & sublimitatis titulo 46.5. *nomenq; ab ipsa masuetudine gesserunt. ibid.*

Principis est benignitatem exercere, & vindictam contemnere 45.2.

Principis est, cùm benefecerit, malè audire. 173.33.

Principis concistorium iudicat, sola facti veritate inspecta, & secundùm forum conscientiæ 134.10.

Principis assensus est stricti iuris 191. 19.

Principis propria, & peculiaris est munificentia 166.8.

Princeps publicam vindictam exercens, ægro agit animo 46.6.

Princeps Dei beneuolentiam sibi conciliat cùm in populos pietatem operatur 45.2.

Princeps maledicta contemnit 100.8.

Princeps celsitudinis, maiestatis, & sublimitatis, titulo omisso, clementiæ, & mansuetudinis titulo gaudet 100.9.

Princeps defensionem tollere non potest. 83.11.

Princeps, concedendo Insignia, concedit nobilitatem: plebeis enim nulla sunt Insignia 123.18.

Princeps sui ipsius respectu vindictam non curat 46.7.

Princeps agit, tanquàm Deus in terris. 238.27.

Principes maximi, ac præcipui ad literas incubuere. 232.11.

Principes sagum potius, quàm togam induunt. 232.5.

Princeps an possit sequestrare puellam in aliquo loco sub pæna, quòd non contrahat nuptias 245.11.

Et quid in nuptijs iustis, & cum æquali, et quid

et quid è contra . 246.15.

Princeps *an possit precipere, ne matrimonium cõtrahatur ipso inconsulto* 244.6. *Et quid si vasallus velit contrahere cum infidelibus corona Regiæ tradendo feudum in dotem* 245.9.

Principum, *magnorumq; virorũ exẽpla, qui vindictam contempsere* 175.54.

Prioritas *temporis in honoribus, & dignitatibus attenditur* 56.

Quòd intellige in habentibus parem dignitatem, aliàs secùs ibid.

Priuatorum *pactionibus ordinum dignitas, & publicum ius non infirmatur*. 232.7.

Priuilegia *quantumuis personalia si sint ad hæredes transmissibilia, sunt etiam cessibilia* 166.10.

Priuilegia *eis demum sunt indulta, qui iustitiam, & honestatem seruauerint*. 171.14.

Priuilegiatus, *non appellans infra decem dies ab emanata lege, sibi praeiudicat, & priuilegium amittit* 45.9.

Priuilegia *mortuorum, & ratio tantorum priuilegiorum*. 202.55.

Probatio *semiplena sufficit, ubi non agitur de alterius interesse*. 158.26.

Probatio *debet esse de necessario, non de contingenti*. 92.2.

Probatio *qualis qualis ad fundandam consanguinitatem sufficit* 34.10.

Probatio *nulla maior, quàm aduersarij confessio* 119.8.

Probatio *debet esse de necessario, non de contingenti* 86.8.

Probationes, *etiam leuiores, & quasi possessio in materia nobilitatis sufficiunt* 73.10.

Probationes *in alio iudicio, & inter alios de familia probat quia Nobilitas vnica est in familia* 158.23.

Probi *improbis semper pauciores* 176.56.

Probi *viri veritatem colant, & à vanis litibus abstineant* 129.16.

Procurator *non potest esse aliquis seruilis conditionis* 141.3.

Procurator *vel etiam infamis potest de iure exercere procuratione͂, quod tame͂ toto Coelo falsum demonstratur* 141.

Procurator *de sua honestate, & nobilitate potest cum nobilissimis viris contendere* 140.29.

Procurator *Dominus est, & alieni iuris vicarius* 139.26.

Procurator *repræsentat suum principalem, adeò vt ipse principalis videatur agere* 166.12.

Procurator, *& Aduocatus præuaricantes, & colludentes an in crimine differant* 144.23.

Procurator *an de iure differat ab Aduocato*. 143.16.

Procurator *ad lites rectè Aduocatus dicitur*. 136.

Procurator, *fatendo aliquid tale, sibi præiudicat*. 104.4.

Procurator *non admittitur, si fuerit persona minus honesta, & adhoc decreta Italici, & Gallici senatus* 143.15.

Procuratori *ad lites an liceat pretio operas locare* 137.8.

Procuratoribus, *bonum ius fouentibus, licet vti cauillis, dilationibus, & versutijs* 28.40.

Procuratoris *officium liberum est* 105.9.

Procuratoris *officium nullum continet probrum nec naturale, nec ciuile* 140.27.

Procuratoris *officium laudabile, & necessarium* 140.28

Procuratoris *merces palmarium, & honorarium dicitur* 139.25.

Procuratoris *officium ad lites honestum, & nobile* 139.24.

Procuratoris *questus an, & quando liceat* 138.18.

Procuratoris *officium honestum, & nobile quicquid alij contrarium falsò credant* 136.3.

Declaratur textus in l. si quis procurationem C. de decurionib. lib. 10. 136.4.

Procuratoris *nomen latissimam habet significationem* 144.24.

Procuratoris *nomine Iudices significantur* 144.25.

Prodigia *zannettæ, siue adulterinæ pecuniæ apud Neapolitanos*. 86.23. *cum seq.*

Pro-

Producens scripturam, censetur probare omnia, in ea contenta. 256. 16.
Professio monachorum, vel monialium an requirat scripturam. 82. 2.
Probibiti alienare non prohibentur alienare inter se. 252. 10.
Probibitio alienandi quid importet. 149. 4. cum seq.
Probibitio alienandi includit omnem distractionẽ, omnemque obligationẽ. 148.
Probibitio alienandi in vltima voluntate impedit dominij translationem. 189. 3.
Probibitio alienandi extra familiam in testam nto facta impedit translationem dominij, secus in contractu. 150. 15. 18.
Probationes, factæ in alio iuditio, & inter alios de familia, probant: quia nobilitas vnica est in familia, vel saltem faciunt semiplenam. 158. 23. 24.
Probibitus alienare non potest in vltima voluntate disponere; cùm idem sit alienare, & extraneum instituere heredem. 149. 4.
Promissio de non receptando bannitos, an intelligatur de præsentibus, an etiam de futuris bannitis. 209. 12.
Promissio de vendendo non afficit rem, neq; impedit dominij translationem, etiam si talis promissio esset iurata. 189. 3.
Promittens impetrare assensum regium, non tenetur tanquàm promittens factum alienum, imò rem impossibilem. 215. 6.
Promissa mulieri, cum qua turpis suspitio militare potest, non debentur, licèt data à maiori non repetantur. 178. 3.
Propria auctoritate licet aliquandò vlcisci, magistratu omisso. 115. 6.
Proreges, & Vicarij sunt in Regno Regis procuratores. 166. 13.
Protestatio saluat, & cõseruat ius. 269. 3. 9.
Protestatio saluat, & conseruat ius. 105. 5.
Protestatio in iuditijs debet præcedere, non subsequi. 83. 9.
Prouidentia erga filios nulla maior, quàm paterna, vel materna. 243.
Prouocans iuditio se submittit, ac prouocatum pro legitimo contradictore dicitur approbare. 171. 12.
Prouocatus, & lacessitus licito iure se defendit. 115. 8.
Proximiores præsumuntur propensiores erga suorum commoda. 244. 2.
Prudens vno consilio multas vicit manus. 233. 13.
Prudentis est, cùm possis, nolle nocere. 174. 44.
Prudentiæ præstantia extollitur. 233. 13.
Publica vtilitas multa admittit contra communes iuris regulas. 142. 7.
Publica priuatorum pactis non læduntur. 232. 6.
Publica vtilitas operatur, vt ratio maximè ampliet legem. 42. 8.
Publicæ vtilitati non præscribitur. 265. 21.
Publicè interest lites celeriter terminari. 142. 6.
Publicè interest literarum fauorem ampliari. 49. 11.
Pudorem suum defendere cuique licet. 170. 8. 11.

Q

QValitas propria nobilium, puta immunitas arguit quem nobilẽ. 94. 9.
Quæstio inter præcellentiam armorum, & literarum latè examinatur. 232. 2.
Quæstiones ob maximum dubium secãtur per medium more rusticorum. 25. 30.
Quæstiones pro amicis quæ dicantur. 25. 29
Quæstiones per sortem diremptæ. 25. 27.
Quæstiones in Iure insoluta, & insolubiles. 24. 25.
Querela inofficiosæ donationis cessat, quoties fuerit renuntiatum beneficio superuenientiæ filiorum. 60. 10.
Querela inofficiosę donationis expirat quinquennio. 60. 8.
Querela inofficiosa donationis an cesset, vbi sit cogitatum de filijs. 60. 6.
Querela inofficiosæ donationis respicit solam portionem, iure naturæ debitam, quoties donatur filijs. 59.
Qui omne dicit, nihil excludit. 239. 37.
Qui per alium facit per se ipsum facere videtur. 167. 15.
Quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet. 263. 5.

Ra-

R

Ratio, quæ vnica potest assignari habetur pro expressa 152.29.189.16.
Ratio ampliat dictum, etiam in exorbitantibus 240.44.
Ratio diuersa vbi reddi non potest, diuersum ius non est statuendum 240.42.
Ratio eadem idem ius operatur 240.41.
Ratio, quæ Religioni fauet attendenda 298 19.
Ratio ad tex. in §. sed, & hoc præsenti Auth. de Sanctis Episc. non est, quia Monasterium succedat loco filij, sed ne deseratur vita spiritualis pro temporali 238. 15. *cum seq.*
Ratio ampliat legem 42.8.
Ratio quoties est generalior dicto, licet à ratione arguere, non obstanto dicti specialitate 240.46.
Ratio est coniunctio diuersorum casuum ad idem tendentium 240.45.
Ratione coniuncta non dicuntur inter se discrepare 240.43.
Reatus omne beneficium excludit 171. 13.
Reip. interest ordinem habere plenum 264. 11.
Reip. interest Medicos habere peritos 43. postnum. 11.
Rei suæ quilibet est maderator, & arbiter, etiam abutendo 166.8.
Rei suæ quilibet est moderator, & arbiter 108.2.
Relatio debet esse pariformis 127.6.
Relatum est in referente 151.22.
Religiosus locus quid nobis denotet 200 46.
Remisso ad eundem iudicem est fauorabilis 103.20.
Renunciatio non trahitur ad bona, de quibus non fuit actum 208.10.
Renunciatio fideicommissi non trahitur ad fideicommissum conditionale 210. 22.
Renunciatio etiam generalis non trahitur ad fideicommissum 210.21.
Renunciatio non operatur vltra mentem renunciantis, etiam Notario aliter scribente 210.20.
Renunciatio est stricti iuris, & non trahitur vltra expressa 209.19.
Renunciatio de bonis deuoluendis in vltima voluntate, non porrigitur ad bona deuoluenda ex contractu 209 18.
Renunciatio non porrigitur ad inuerisimilia, & incogitata 209.17.
Renunciatio facta patri per filiam, an comprehendat bona donata per prædictum ipsi filiæ 209.16.
Renunciatio facta patri per filium, intelligitur fauore masculorum 209. 4.
Etiam quod talis renunciatio ex verbis videatur realis 209.15.
Renunciatio non trahitur ad ius incertum 209.13.
Renunciatio, quantumuis generalis, non porrigitur ad ius de futuro; & quid si dicatur omnibus iuribus, quæ renuncians habere sperat 208. 11.
Repulsare licet testes contrarios, tanquam bastardos, mendicos, delinquentes 81.3.
Reputatio, siue communis existimatio probant identitatem familiæ 72.6.
Repudiatio hæreditatis non est permittenda debitori ad abuiandum peccato capitali 249.15.
Resciso principali cõtractu, rescinditur pænalis caussa & omne accessoriũ 107 7.
Resciffio contractus, seu liquidatio instrumenti non reuocatur, licèt nulliter facta, vbi de nouo esset facienda 164.7.
Reseruatio vsusfructus operatur translationem possessionis in donatarium 211. 25.
Res transit cum suis vitijs, & oneribus 110.2.
Retrouenditio fieri non potest, nisi resoluto primo contractu, & secuto secũdo 80.4.
Reuerentia maioribus exhibenda 172, 27.
Regium est, bene merentes ab indignis insimulationem sustinere 173.32.
Regium est benignitatem exercere, & vindictam contemnere 45.2.
Regiũ est male audire cum benefeceris 44.
Regius assensus est stricti iuris 51.19.
Regius Consiliarius defendens caussam, vti Aduocatus, quomodo sedeat in Senatu 57.5.
Reges respectu propriæ personæ vindictam non curant 46.7.
Reges publicam vindictam exercentes,

agro agunt animo 46. 6.
Reges.clementia nomen iactitarunt, omisso maiestatis, & sublimitatis titulo 46.5.
Reges Angliæ, & Vngariæ conferunt in Regnis suis prabendas, vt meri laici 165.4.
Rege nihil vnquam mitius, nibil clementius 46.8.9.
Regi peculiaris munificentia 166.8.
Remissio causæ ad eundem Iudicem est fauorabilis, ideoq; facilè concedenda 280.
Retractare dictum suum an liceat 272.22.
Rex Dei beneuolentiam sibi conciliat, cum in populos pietatem operatur 45.1.
Rex Neapolitanus potest cedere ius conferendi, quemadmodum Rex Franciæ illud olim cessit 166 11.
Rex Apuliæ multas babet collationes ex cõsuetudine, seu priuilegio 193.3.
Rex Neapolitanus, qui multas babet collationes, an eas babeat tanquam merus laicus an verò tanquam sacer, siue vnctus 165.4.
Rex Neapolitanus multas habet in Regno beneficiorum collationes 165.
Rex an possit cedere priuatæ personæ collationes beneficiorum 165.2.
Romani plus meruere parcendo, quam vincendo 46.9.

S

Sacerdotalis dignitas Regalis præstantior ibid.
Sacerdotes, & ingredientes Monasterium an dicantur nubere Deo, & spirituales nuptias contrahere. 239.34.
Sacerdotes Dÿ, & Angeli nuncupantur, & mundi splendor. 237. 10.
Sacrum Conc. Neapolitanum tanquam Principis Cõsistorium iudicat, sola facti veritate inspecta, & secundum forum conscientiæ. 134. 10.
Salix flectitur, sed ligat. 174.36.
Sanguinis fauore latior interpretatio facienda. 240. 48.
Sapiens facit Imperatorem, non e contra ibid.
Sapientes soli felices 233.15.
Sapientia melior, quàm arma bellica 234. 21.
Sapientia melior fortitudine 234 21.
Sapientia melior, quàm vires, & vir prudens, quàm fortis ibid.
Sapientia sola inter mortales cogitatio mortis 202 5.
Sarcophagus quid significet 196.24.
Scenica bonestissima sunt, dummodo sinè pretio agantur 138.12.
Scientia præsumpta an noceat creditoribus in alienatione 30.8.
Scbolares non matriculati non gaudent tam ex iure communi, quàm ex Regÿs Pragm. 41.
Scbolares in Philosophia, & Medicina tenentur ad studium septennale per matriculas, & testes capulatiuè 41.
Scbolaris promissa turpi personæ non tenetur præstare, immo præstita repetit 178.5.
Sbolaris statim sortitur forum loci studiorum 80.16.
Scbolaris non dicitur, qui toto animo ad scbolas non incumbit, ideoq; scbolarium priuilegio non gaudet 80.15.
Scriptura apud acta caussa producta, & approbata an reprobari possit 259.
Scriptura, quæ nibil facit, impunè debetur, & supprimitur 100.4.
Scriptura an sit necessaria ad probandam professionem Monacborum, & Monialium 89.2.
Scriptura autbentica, & solennis in iudicium producta, non potest redargui, si postea reperiatur apud Notarium, vel Actuarium vitiata 259.8.
Scriptura vitiùm dirigitur contra actuarium, & scribam, ad quos spectat scripturæ veritas 100.
Scripturæ ordo attenditur 94.11.
Senator effectus Episcopus quomodo sedeat in Senatu 57.5.
Senator defendens caussam vt Aduocatus quomodo sedeat in Senatu 57.5.
Sententia non obligat, nisi ex quodam quasi contractu 189.8.
Sententia nulla nullã parit pænam 107.5.
Sententia in contumaciam lata contra vniuersitatem est nulla 184.17.
Sententiã valet, si fuerit actum vna via, &

& probatum de altera 133. 5.
Sententia non conformis libello an valeat 133.6.
Sententia lata pro fratre facit ius ad beneficium cæterorum fatrum 161.3.
Sententiæ Sacr. Conc. Neap. faciunt ius vniuersale in Regno 120.18.
Sententiæ sunt casus fortuiti 28.36.
Sepulchra olim custodiebantur, & quare 196.24.
Sepulchra, mortuorum domos violantes publicè accusari possunt, quia popularis est actio 196.20.
Sepulchra Templis originem præstitere 200.45.
Sepulchra Tulliolæ, & Papiniani cum perpetuo lumine 200.46.
Sepulchri violati enormissimum crimen. 278.
Sepulchri violati publica, & popularis est actio, & quare 278.
Sepulchrorum iura cedi non possunt 198.31.
Sepulchrorum ius saluum, fundo vendito, aliorum opinione improbata 198.32.
Sepulchrorum deturbatio quantopere sit execrabilis, & ad hæc exempla 197.27.
Sepulchrorum iura tam Principali, quàm Pontificali manu tuentur 196 24.
Sepultura vendi non potest 198.33.
Sequestrans bona Ecclesiæ, vel beneficialia, quo casu incidat in censuram Bul. Can. 63.8.
Sequestrum tunc demum expeditur, si neutra pars possideat, alioquin parte possidente, non potest procedi ad sequestrationem, etiam quod sit timor armorum 255.10.
Sequestrum expeditur pro debito certo, secus in debito prætenso, incerto, & illiquido 63.14.
Sequestrum expeditur, vbi subest periculum dilapidationis fructuum 63.16.
Sequestrum est Iudicis arbitrarium, vbicunq; expedierit 63.17.
Seruus non potest esse procurator 141.3.
Sigismundi Cæsaris Scomma 233.15.
Signum vicem nominis præstat 125.32.
Signum arguit signatum 125.32.
Simulata de iure non sunt in consideratione 180.4.
Soluere an possit debitor ante tempus 87. 14.
Solutione eius, quod debetur omnis tollitur obligatio 104.3.
Sordidis, & vilissimis bomuncionibus dānum famæ non est iniuria 115.5.
Soror non habens paragium an agat ad virilem 39.11.
Soror hæres matris rectè agit pro paragio super feudo contra tertios possessores feudum paternum possidentes 39.13.
Et ad hæc decretum Reg. Cam. Summariæ ibid.
Sorores non habentes debitum paragium, an vocentur ipso iure ad paternam successionem per consuetudinem eas excludentem, dummodo dotentur de paragio 39.11.
Species aliquando restringit genus 242. 9.
Spiritualis caussa spectat ad Ecclesiasticos 55.7.
Spiritualia tēporalibus præferenda 237. 4.
Spiritualis caussa, puta matrimonialis, vel similis nihil habet commune cum Iudice sæculari, sed à Iudice Eccl. est tractanda, etiam quod veniat incidenter 135. 13.
Spolians mortuos publicè accusari potest quia popularis est actio 196.20.
Statutorum stricta interpretatio 86.21.
Statutum contra falsantem monetam non militat in moneta minima 115.10.
Stipulari quis intelligitur pro se, & hæredibus 128.12.
Subrogatū sequitur naturam eius, in cuius locum subrogatur, & quare 279.
Quod amplia etiam in correctorijs, & poenalibus Ac etiam si subrogatum in aliquo discrepet ibi.
Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, etiam si subrogati natura videatur repugnare 127.5.
Substantiale pactum si non seruetur, rescinditur, quod actum est, & fit regressus ad primæua iura 280.20.
Substitutio non transmittitur ad hæredes, quod declara &c. 250.4.
Suffragium quid sit de iure 139 22.
Suspectus est, qui in negotia se ingerit 187. 14.

Syndicus Neapolitanus eligitur per plateas in unum congregatas, non autem per Electos Ciuitatis 183.9.
Quemadmodum in creandis Oratorib. Tabularijs, & cæteris grauiorib. ibid.

T

TAcita denominatio, puta vestis, facit præsumptionem 88.
Taciturnitas, & præsentia an præiudicet sinè actu positiuo 38.4.
Taciturnitas quinquennalis inducit præsumptionem, quod donans cogitauerit de filijs 60.9.
Tale non dicitur, quod in eo statu non durat 78.4.
Talis quis præsumitur, qualis in fronte apparet ibid.
Talis quis præsumitur, qualis denominatur 88.
Templa à sepulchris originem trahūt 200. 45.
Tempore belli factum dicitur, quod fit bello instante 87.15.
Temporis prioritas in honorib. ac dignitatibus attenditur 56.
Quod intellige in habentibus parem dignitatem, aliàs secus ibid.
Tempus lati decreti attenditur, quo quidem tempore satis est quod constet de iure agentis 163.3.
Tempus antiquum, quodnam sit in iure 34.13.
Tempus executionis attenditur 112.4.
Tempus antiquum quid sit apud iura ignoratur 25.30.
Testamentum inter liberos sustinetur sola solemnitate iurisgen. 256.34.
Testatoris voluntas pro lege habetur 150. 15.
Testatoris mens attendenda 48.6.
Testatoris præceptum etiam libertati præfertur, licet libertas maior sit, quàm legitima liberorum partio 195.15.
Testatoris præceptum maius, quàm præceptum legis 194.11.
Testatoris præcepto magis, quàm Patriæ parendum 194.10.
Testatoris præcepto vt pareamus, actus nullus, & inutilis parit effectum, ac si vtilis esset 195.14.
Testatoris præcepto vel iniusto parendum 195.13.
Testatorum voluntas lex est, cui vel summi Principes subsunt. 194.9.
Testatorum placita pro lege seruanda 238. 22.
Testator non dixit, ergo noluit 251.9.
Testator præcipiens hæredi, vt pro amico fideiubeat, videtur mandare, vt soluat, ideoq; hæres soluendo, non repetit 102. 10.
Testator non præsumitur voluisse priuare hæredem facultate testandi 257.21.
Testimonium illustrium, proborumq; virorum multùm operatur 260.10.
Testes deponentes de fama, eiusq; requisitis an iungantur 95.19.
Testes in alio iudicio probant, si reperiantur mortui 158.25.
Testes de auditu an probent consanguinitatem 33.9.
Testes de auditu, fama, & existimatione an probent. 110.12.
Testes de auditu probant consanguinitatem, vel saltem transferunt onus probandi contrarium in partem aduersam; etiam vbi adsit aliqua iuris repugnantia 72.7.
Testi vni creditur, vbi non agitur de præiudicio alterius 32.3.
Testis ob pretium deponens, infamis, etiam si verum dicat 138.14
Testis nemo idoneus in caussa propria 96. 26.
Testis mortui augetur fides 158.25.
Testium fama, & conditio diligenter examinanda, alioquin veritas periret 83.4.
Testium maior numerus in vltima voluntate requiritur, & quare 195.12
Textus in §. sed, & hoc præsenti Auth. de Sanctis Episc. an loquatur in persona certa 36.40.ibi.
Textus in d.§. sed, & hoc præsenti, an procedat in personis incertis coniunctis tamen, & consanguineis 240.41.
Et an militet, vbi testator dixerit: 238. 28.

Si

Si sine liberis ex corpore descedentibus 239.32.

Textus in dicto §. sed, & hoc præsenti, loquitur interpretatiuè, & præsumptiuè, ideoq; cessat, vbi constet, testatorem aliter sensisse 239.35.

Textus facit cessare omnia argumenta, in eo enim omnis ratio continetur 238. 24. cum seq.

Tex. in l. si de certa C. de trans. declaratur 270.10.

Tituli, & honores arguunt familiæ nobilitatem . 33. 6.

Tituli, dignitates, & parentelæ indicant familiæ nobilitatem . 71. 3.

Togæ victoria ex cælesti oraculo . 234. 21.

Transigere de rebus Ecclesiæ an, & quando liceat, rebus penes Ecclesiam remanentibus vel non . 89. 6.

Transuersales ad hoc vt gaudeant honoribus aliarum transuersalium, opus est vt sint eiusdem qualitatis . 93. 74.

Transuersales, non demonstrata possessione antiqui stipitis, an sint admittendi ad honores transuersalium . 158. 22.

Triphernis sententia de Peuliæ Regno. 82. 22.

Tutori relicto testamenti executori, an liceat alienare sine decreto . 204. 6.

Tutor creditor an rectè sibi soluat . 204. 7.

V

Validum est argumentum de feudo ad emphyteusim . 125. 33.

Variare is potest, qui eligere potest . 68. 19.

Variatio non datur à Iudice superiori ad inferiorem 68 9.

Vassalli, & famuli cum suis dominis sedere non debent.

Vbi maius vertitur periculum, ibi cautius est agendum . 184. 12.

Velleiano est locus, vbi pecunia mulieri soluta, & re vera in alterius beneficium sit versa 187. 16.

Velleianum deceptis, non decipientib. opitulatur 187. 11.

Velleianum cessat, vbi mulier est conscia fraudis 187. 12.

Velleianum militat, vbi mulier intercedit pro alio, secus si principaliter obligetur 185.

Velleianum cessat, vbi mulier intercesserit pro viro mortuo 201. 49.

Velleianum cessat, vbi pecunia mulieri soluitur. Et nihil refert, quod per mulierem postea soluatur alijs; satis est enim quod ab initio cum muliere sit actum, eiq; facta solutio 186. 5.

Et quid si creditor sciat mulierem alijs soluturam 186. 7.

Venditio annuorum introituum non sustinetur sinè assignatione certi, & specialis corporis 186. 3.

Vendere rē propriam nemo cogitur 189. 4.

Venditio cum pacto de retrouendendo est perfecta venditio, & ex ea transfertur dominium 108.

Venditio rei pupillaris absq; decreto est nulla 103.

Quod limita, & declara, si fiat pro soluendo debito paterno ibid.

Vendito fundo remanet ius sepulchri adeundi, aliorum opinione improbata 198. 52.

Venditor non habet ius congrui, & quare 98. 6.

Venia vltione melior 174 37.

Verba simpliciter, non secundum quid intelligenda 239. 38

Verba in propria, & communi significatione accipienda 238 23.

Verba generalia ab homine prolata nullam admittunt restrictionem 151. 25.

Verba enunciatiua in Principe plenè probant 151. 23.

Verba impropriãda, ne repugnantiam, & absurditatem inducant 128. 14.

Verba illa: Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam quid significent 45. 4.

Verba cum effectu sunt intelligenda 86. 7.

Verba. Ante diem 10. Kal. vndecimam diem significant 130. 2.

Quod maximè procedit fauore liberationis ibid.

Verba intelligenda vt rei subiecto conueniant 128. 14.

Verba illa in nouis legibus: Che da hoggi

nuanti quid importent 113. 6.
Verba iniuriosa ex impetu probata excludunt lesæ maiestatis crimen, quemadmodum excusant à blasphemia 100.12.
Verba ex insania siue ex impetu iracundiæ prolata non inducunt delictum 100 5.
Verba interpretanda, ne reddantur superflua &c. 273.28.
Verba generalia restringuntur pro intentione proferentis 269.6.270.11.
Verba in fauorabilibus in genere sumenda 272.26.
Verbum Posse an, & quando inducat necessitatem 273.28.
Verisimile inspiciendum 242.10.
Veritas attenditur, non quod simulatè concipitur 180.4.
Veritas rerum per simpliores homines habetur 184.13.
Vexatio sub diuersis Iudicib. odiosa, & euitanda 103.18.
Victor victorum est, qui animos compescit 174.47.
Victoria nulla maior, quam seipsum vincere 174.45.
Viduis debetur lectus vidualis 2.10.
Vilissimis, ac sordidis homuncionibus damnum famæ non est iniuriam 13.5.
Vindicta scelus est 174.30.
Vindicta sæpe obfuit 174.40.
Vindictæ genus nobilissimum est parcere 174.41.
Virgines habent fori electionem 67.
Vir ob adulterium amittit alimenta Quod sane intelligas in alimentis ad status conditionem, secus ad uitæ sustentationem 65.6.
Viri adulterium operatur tori separationem: Quod intellige in viro habente concubinam domi ex consuetudine; & quare 65.4.
Viris illustrib. maiora, & pinguiora debentur alimenta 66.11.
Virtus heroica in benignitate, & clementia versatur 45.3.100.11.
Virtutis via ardua 177.62.
Vita cõtemplatiua nobilior actiua 236.31.
Viuens aliena loca occupans à loci domino reijcitur, secus mortuus 196.23.
Viuens exul, vel deportatus licèt ad locum interdictum accedere nequeat, defunctus tamen non arcebitur 196.19.
Viuentis ædes turbans damni dati tenetur, at mortui busta turbans infamia, & sacrilegij reus efficitur 196.21.
Viuentis nullæ sunt laudes, sed tantum mortuorum 202.53.
Viuentis bona quæcunq; licèt de iure præscribantur, mortui tamen sepulchri non vtiq; 196.21.
Viuentes olim ad mortuos honestãdos cruento spectaculo occumbebant 201.51.
Vlpianus ab Imperatore defensus cum periculo, & discrimine vitæ ipsius Imperatoris 20.10.
Vltimus ex vocatis non prohibetur alienare 250.2.
Vltio humilis viri est voluptas 174.40.
Vltione venia melior 174.37.
Vltionem pudoris versutum ius non excludit 170.8.21.
Vltionis caussa licet, quod alioquin non liceret 171.17.
Vniuersitas per publicum, & solemne concilium repræsentatur; adeò vt contraria consuetudo non valeat 184.18.
Vniuersitas habet priuilegium, vt contra ipsam non possit procedi in contumaciam 184.6.
Vniuersitas an obligetur ex diuturna solutione 217.15.
Vniuersitas de facile decipitur 216.12.
Vniuersitas læsa restituitur infra quadriennium 216.13. Quod quidem est tempus vtile, & non currit impedito ibid.
Vniuersitas an teneatur, si conuocato concilio, se obliget; Et quid in Ciuitate libera habente iura Imperij. Et quid vbi non subsit legitima caussa 215.7. cum sequen.
Vniuersitas per publicum concilium, non per particulares repræsentatur 184.18.
Vniuersitas, seu Communitas, eiusq; administratores non possunt vendere bona vniuersitatis sine decreto, Regioq; assensu 214.
Vniuersitas non potest constituere censum sine

siue annuū redditum sinè Decreto Principis, accedente publica auctoritate 215.2.
In quo non sufficit Præsidis decretum, sed requiritur Principis licentia; immo nec Principis licētia sufficit, nisi pecunia sit versa in publicam vtilitatem 215.4.
Voluntas Testatoris pro lege habetur 150. 16.
Vox, & opinio probant nobilitatem, maximè in antiquis 95.19.
Vox, & opinio in antiquis probant 72.7.
Vsurpans, vel inuadens aliena loca, à loci domino eijci potest; quod vsq; ad decemnium permittitur, sed mortuorum ossa in proprium illata fundum non licet pro arbitrio eijcere 196.23.
Vsufructuario mortuo, statim extincta est locatio 211.26.
Vtile per inutile an, & quando vitietur 163.
Vtilitas publica multa admittit contra iuris regulas 143.11.
Vtilitas apud iura quid importet 137. 10.
Vulneris appellatione non venit vulnusculum 115.10.
Vxor bannitum virum non potest occidere, licèt filius bannitum patrem occidere possit. 65. 3. 227. 17.
Vxor diuertens à viro est in graui culpa, quoniam dat caussam adulterij 65.5.
Vxor tenetur vocare maritum dominum, non e contra 230.36 *cum seq.*
Vxor magna Comitissa nubens ll. Doctori dicitur nubere condigno 230.35.
Vxor tenetur ad obsequia, etiam lauando pedes viri 230.34.
Et quid in vxore nobili ibid.
Vxor se fundans in viri sauitia debet illam probare 228.23.
Vxor bannitum virum non potest occidere, licèt filius bannitum patrem possit 227. 17.
Vxorem occidens magis delinquit, quàm qui matrem occidit 227.16.
Vxori adultera debentur à viro necessaria alimenta 66.8.
Vxori an debeantur alimenta, vbi nulla sit constituta dos 229 32.
Vxori an debeantur alimenta, vbi dos fuerit promissa, & non soluta 229.32.
Vxori diuertenti à viro sinè legitima caussa non debentur alimenta 228.21.
Vxoris ignominia est habere virum inopem, & mendicum 56.7.
Vxoris caritas erga virum maior, quàm matris erga filium 228.20.

FINIS INDICIS.

AD LECTOREM PARAENESIS.

Diximus in Conſ. 5. nu. 3. Heroicam virtutem non aliam eſse quàm Clementiam, ex Ariſto. locis citatis, per quæ verba intelligimus Heroicam quidem virtutem non differre ab inſigni clementia vt quæ ſpecies eſt eius virtutis; non tamen negamus Heroicam virtutem poſſe etiam in alijs animi dotibus verſari, prout in Charitate, Iuſtitia, &c.

Diximus in Conſ. 22. in fin ea verba al diſpetto di Dio. Prolata ex iracundia, & corruptela vulgaris vſus loquendi non inducere blaſphemiam, quoniam non animo blaſphemandi ſunt prolata, & per conſequens non inducunt delictum, voluntas enim, & propoſitum diſtinguunt maleficia, vulg. l. qui iniuriæ, l. verum ff de furtis, prout in proprijs terminis conſuluit Bald. conſ. 476. lib. 3. cum quo æquiorem, ac mitiorem opinionem ſequuti conueniunt Abb. Alex. Iaſ. Angelus, Nunius Corrigid. & alij allegat. per Iul. Clarum in Praxi crimin. §. Blaſphemia verſ. ſed nunquid, & verſ. excuſari cum ſeq. Scimus tamen contrariam opinionem eſſe magis communem, iuxta quam decreuerunt Senatus Burdegalenſ. & Neap. apud Boer. & Gramat. relatos à Claro loco citato. Maximè quia licet ille iracundus ex iracundia, vel corruptela vulgaris ſermonis non ſit blaſphemus; verba tamen important blaſphemiam.

Menda	Emenda
Fo. 63. & quid sit	Et quid si
Fo. 37. soror hæres matris rectè agit	non rectè agit
hypotecaria	hypothecaria
Fo. 39. alienatione	alienationi
Fo. 41. ieius	eius
Fo. 43. quitur	sequitur
Fo. 45. illustre	illustrem
Sanctitate	Sanctitatem
Fo. 55. Mottonata	Mattonata
Fo. 57. Cathredali	Cathedrali
Fo. 58. Chyrurgia	Chirurgia
Fo. 60. (vt in casu nostro) in quo	, vt in casu nostro, in quo
Fo. 75. Theuani.	Theani
Fo. 80. decisus	decisum
Fo. 82. iuerulati	querulati
Fo. 83. accusa.	de accusa.
Maledictam	maledictum
Fo. 98. nonnullo	nonnullos
Fo. 105. l.cum quædam ff.de adm.tut.	l.cum quædam C.de adm.tut.
Fo. 107. deteriore	deteriorare
Fo. 111. relatæ	relata
Fo. 113. quidum	quidem
Fo. 120. desertissimus	disertissimus
Fo. 129. vlsterius	Vlterius
Fo. 132. incidentur	incidenter
fuit postea per Curiam	fuit per Curiam
Fo. 137. carnem	carmen
Fo. 149. fiueicom.	fideicommissa
Fo 156. accipiendum	accipiendam
Fo. 160. tribuant	tribuat
gaudenti	gaudendi
Fo. 181. remicto	remitto
Fo. 193. instetit	instigit
Fo. 201. reiciendan	reijcienda
facinæ	facinus
Fo. 227. nu. 15.	adde l. possessionum C. com. vt iudi.
Fo. 230. Augustinus. Suessanus respondit pro literis aduersus arma	respondit pro armis aduersus literas, licet aliter sentiret
Fo. 232. nu. 41. quæ subnectimus	adde. Potissimum vero ex textu in Auth. vt defu. seu fune. eor. vbi Imperator Iustinianus ita cainti Marcus Philosophus, & Imperator, præterens literas Imperio, Maximos autem &c.
Fo. 233. nu. 16. l. quicquid, ibi reuerentia studiorum C. de aduoca. diu. iudicio.	Adde. Quid plura? Imperator Iustin. Philosophiam Imperio apertè prætulit, d. Auth. vt defu. seu funera eorum. ibi Marcus Philosophus Imperator, quod & Dionysius ille &c.
Fo. 236 §. sed, & hoc prædicti	§. sed, & hoc præsenti
Fo. 241. lectum viduale	lectus vidualis &c.
Fo. 251. l. 1. §. fi. ff. de doli excep.	l. fi. §. fi. ff. de doli exc.
Fo. 255. ædi.	edi.
Fo. 270. ac de cõsueta, & trita corsuetudine	ac de trita consuetudine
In syllabo, seu Indice Banditus	Bannitus.

Cętera Lectoris humanitati, & prudentię emendanda commendantur.



